



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

55.

TACITUS

POLITICE RESOLUTUS,
Pro exercitio Academico & manu-
ductione juventutis ad scientiam Politicam
ante quinque lustra ceptus

2

DAVIDE MEVIO J^{cto},
& juris in Academia Gryphisvaldensi
Professore, nunc summi Tribunalis Regii,
quod est Wismariz, Vice-Præside.

*Editus iterum & porro eadem methodo proq̄
eodem fine continuatus*

3

FRIDERICO Gerdesen J.U.D.
& ibidem juris Professore.



STRALSUNDI,
Sumptibus OTTONIS REUMANNI.
ANNO M. DC. LXIII.

Bayrische
Staatsbibliothek
München

✠(o)✠

V I R O

GENEROSISSIMO ET ILLVSTRI

DN. MATTHIÆ BIÖRENCLAVV, Sacræ Re-
giz Majestatis Suedicæ Aulæ Cancellario & Consiliario,
Hæreditario in Elmenhoff, Wannestedt & Tislingen, Do-
mino & Mecænati maximo.

Ut &

GENEROSIS & MAGNIFICIS

DN. EDVARDO ab Ehrenstein/

&

DN. FRANCISCO IOEL de Ornestat/ Sacræ
Regiz Majestatis Sued. Status Consilii que
Secretarius.

*Domini & Favoribus summo opere
honorandis*

Hunc Academici sui Laboris primum factum

Observanter & Officiosissime dicat .

Fridericus Geddesen D.



ILLUSTRES GENEROSI ATQUE
Magnifici Viri.



Pelles, quem artis suæ maximum decus etiamnum admiratur Pictorum vulgus, ut ingenii sui relinqueret documentum, quod eum imitando assequi non posset, saltem admiraretur posteritas, Veneris formosissimæ Deæ solam faciem doctissimo & omnem artem humanam superante penicillo, quam posset artificiosissime adumbrasse fertur, reliquam partem æmulatoris industriz absolvendam relinquens, eo credo fini, ut irrito æmulatoris conatu suam augetet gloriam, Scilicet. Ea rerum pretiosarum natura est, ut ex viliorum comparatione æstimantur optimè. Et quæ sæpè nullius ingenii aut artis putantur, magni laboris deprehenduntur, ubi ea imitanda frustra susceperis. Ast cum oris pulchritudo reliqui corporis imitandi omnem spem auferebat, nemo pictor iuventus fuit, qui Veneris eam partem quam Apelles inchoatâ reliquerat, absolvere ausus fuit, ne quantum inter se & Apellem interesset, orbi exponeret



SI ATQUE

suæ maximum
raratur Pictorum
relinqueret docu-
mitando assequi
mitaretur posteri-
illimz Dez solam
onem artem ha-
bet artificiosissi-
mæ mulatoris in-
redo fini, ne irrito
tam, Scilicet. Ea
orum compara-
è nullius ingenii
chendantur, ubi
moris pulchritu-
spem aufererat,
eris eam partem
solvete ausus fuit,
cellet, orbi expo-
neret

(o)

teret universo. Satius ducebatur Apelli suum conce-
dere principatum, quam frustra affectando viribus ma-
jora insanæ temeritatis pœnam luere gravissimam. I-
dem si accidisse hæctenus Magnifici Domini Mevii
Avunculi mei nunquam satis devenerandi (cujus in
laudibus vel ideo parcior sum, quod arctissima cogna-
tione conjunctum laudibus extollere minus deceret)
aureis verè, in C. Cornel. Tacitum notis politicis dixe-
ro, parum aberravero. Nactus erat hic Author, cujus
nec sublimius quicquam judicio, nec eloquentia gra-
vius, nec ubertate fertilius tota gentilium habet erudi-
tio, quique omnem ferè sapientiz mensuram, qua ho-
minibus licet, explevisse dicitur, dignum se in eo inter-
pretem, & cum paucissimos alios eosque singularis
acuminis ejus admittat subtilitas, reliquis in ipso limi-
ne impingentibus, ac propter cubicula totopum ac re-
ceptacula oberrantibus, sibi de rara Mevii dexteritate
gratulari videbatur. Prodiere opera illius in Duos An-
nal. libros notæ Politicæ cum adhuc fama illius nostra
inclaresceret Academia, foetus tanto Parente dignus.
Ast cum illum nostræ Academiz invidebat æternum
numen, & ad multò altiora natam mentem primo Sun-
densium Consiliis, postea Summo Regiz Majest. Sued.
Tribunali WisMariensù præficiabat, labor ille schola-
sticus, ut ne utilissimus, gravioribus tamen curis cedere
coactus, jam ultra 26. annos interruptus quievit. Operis
absolutionem optimus quisque desiderabat, nemo nisi
imprudens tanti laboris æstimator intermissionem ope-
ris æquo ferebat animo. Verum qui absoluta, quam ille
):(3 inchoa-

(o)

inchoaverat, Venere tantis desideriis satisfacere præsumeret, hætenus inventus est nemo. Usque adeo periculosum est magnorum virorum, quos nec multis parangis assequimur, supplere scripta. Me, si quem alium, officii ratio adstringere videbatur, ut tanti viri tantum scriptum ab imperfectione liberarem. Postquam enim prædictus Dominus Vice-Præses me suæ, quam in hac nostra Academia ex Regia gratia obtinet, honorariæ professioni substituit, simul absolutionem suorum laborum, à quibus divina jubente directione discesserat, imposuisse censi potuit. Nec ingratum foret onus tanta laude refertum modo non viribus majus; Sed eadem me, quæ alios deterruit operis elimati terstitas, quæ imitandi reliqui operis omnem spem tollit, & quidem eo magis, quo reliquis ingenio & acumine ad enucleandum Tacitum summe necessario, posterior sum. Donec tandem verecundiam salubrius fregit consilium. Scilicet, cum ex collatione interiorum optimè judicentur excessi animi, faciendum esse duxi, ut quid distent æra lupinis, & quanto intervallo alios quoque post se relinquat Mevii spiritus, eo magis erudito patefieret orbi. Subivi tandem provinciam ab aliis hætenus recusatam, sed quod palam edico, nullo alio fine, quam ut excelsam Mevii indolem cum meis collatam opellis orbi literato magis admirandam proponerem. Nec tamen pro opinione res successit. Exercitio Disputatorio prout ab Authore factum hanc operam destinaveram, sed cum per solitudinem Academix, indeque Respon-

(o)

Respondentium defectum, tardiùs processurum negotium subveritus Bibliopola, editionem maturaret, quæ ad tertium librum Annal. notanda putavi, præmittere volui, additurus cætera, quam primum per Academiæ incrementum, quod animitus mecum boni quique æternum sollicitabunt Numen, licebit.

Quod dum feci, operique imperfecto patrocinium, quo maxime indiget, quæro, non alii fortiori numini quam Vestro, **VIRI ILLUSTRÉS & Generosi, celeberrimo Nomini**, tanquam Deo cuidam tutelari commendare fortum immaturum me posse judicavi. Ea enim vestri Nominis claritas est, ea quam per virtutes vestras longè eminentissimas perque maxima merita digne consecuti estis apud Sac. Reg. Majest. gratia, tanta auctoritas, ut aptiores operi egeno Patronos qui invenirem non viderim. Tanta præterea vestra in literas earumque cultores per orbem celebratur propensio (estis enim & ipsi illarum ut olim Cultores indefessi, ita jam decora maxima) ut optimam spem conceperim, fore ut pius hic in Avunculum meum conatus Vestr. Illustr. Gen. & Magnif. non displiceat. Auger spem Patrocini in signe illud, quo in hujusmodi res politicas & imprimis Tacitum, omnis politicioris prudentiæ Oceanum inexhaustum, ferimini studio, quod fecit, ut, quem omnis civilis prudentiæ apicem communi suffragio judicatis, in eum si quid annotatum esset, non ingratum fore, sperarem. Suscipite itaque Viri Illustrés Generosi & Magnifici eâ quâ soletis fronte, id est, benevolâ & gratiosâ levidense hoc munus, & si quid dignum

(o)

dignum Tacito reperietis, id pro Vestro in literatos more benevole suscipite. Cætera quæ Authoris sublimitati minus respondent, ingenii maturitati & materiz subtilitati concedite, meque in eorum, quibus bene vultis, gregem adoptatum gratioso favore prosequimini, qui nunquam Vestras Excellentissimas ingenii dotes & admirari & debito cultu venerari desistam. Dabam Gryphiswaldiz 14. Mart. Anno 1663.

*Vestr. Illustr. Generosiss. &
Magnif.*

Humillimas & Observantissimas

Fridericus Gerdesen D.



Ex Corn Taciti Politicè Resoluti

Libro I. Annal.

DISCURSUS I.

THESIS I.



E formâ Veteris Reip. Romanæ ambigua inter Historicos & Politicos est concertatio. Tacitus nullam constantem demonstrat, sed omnes imperii species, Regium, Democraticum, Ploygarchicum successivò ordine placuisse indigitat. Nul- lum tamen purum & sine mixtura. Regium & Populare, Aristocraticâ administratione mixtum fuit. Oligar-

Respond. Ottone à Schwve- rin, Nob. Pomer.

chia Democratiz specimen retinuit. Unde Mixtam Rempubl. non frustra dicit Polyb. lib. 6. vid. Eroliz. Parut. 1. disc. Polit. 1. per tot.
2. Cuncta discordiis civilibus fessa Augustus sub imperium accipit. Nempe id optimum tempus invadendi imperium de tritis vi- scordantis libertati tanquam ex speculâ insidiatus est Philippus Ma- ced. R. Jusin. l. 8. in pr. An non inter sævientia concivium arma id tutum? Negavit Cotio, Dacisq; suis dissuasit, canibus se in theatro invicem mordentibus ursum utriusque infestum immiscens quem isti inter se discordes, in hunc tamen irâ concordi dilacerarunt.
3. Augustus cuncta nomine Principis sub Imperium accepit. An- ge igitur ille Monarcha Romanus primus? Sic ostendit Tacitus, & movet

movet ut Legem Regiam de cuius principiis sententiæ capita fere numero æquant, sub Augusto latam, verius censeamus. Hæc imperium & potestatem populi primò in Principem transtulisse dicitur §. 6. l. de I. N. G. C. F. de Const. Princ. Omnia in Augustum congruunt, Is primus accepit. Deinde Principis nomen, ut nemo ante eum, usurpavit. Tertio accepit, non fumsit, ut Julius Cæsar. Firmat l. 14. de Manumiss. quæ eandem Augusti legem nominat.

4. Difficillimum Principibus vivis, aut paulo post illorum excessum res gestas simplici & ingenuâ veritate, sine irâ & studio describi. *Decora etiam ingenia gliscente adulatione deterrontur. Idcirco res florentibus ipsis ob metum falsa; aut postquam occiderunt recentibus odijs vel amore composita sunt.* Alibi id Tacitus lib. 1. *Histor. Veritas pluribus modis infracta, primum inscitia Reipubl. ut aliena, mox libidine assentandi, aut rursus odio adversus dominantes. Ita neutris cura posteritatis inter insensos vel obnoxios.* Quid ergo de more Magnorum Regum judicabitur, qui in aula, vel ditione Historiographum eximio salario akuit, ut res gestas memoriæ consignet? Famæ atque dignitati suæ consulunt, uti par est, nisi quatenus suspecta scribentis fides nervum historiæ infringit. Suspicionem hanc posteritati haud parum eximit, si pluribus, fidei notæ viris id studium iungitur illorumq; concursus scriptio. Sic Hebræi Historiarum studiosi. *Joseph. l. 1. cont. Apion.* Sic Mahometes 2. Turcar. Imp. censuerunt *Jov. in vit. Mahom. 2.*

5. *Tribunitio jure ad tuendam plebem Augustus contentus fuit. vid. Tac. 3. Annal.* Prudens consilium, quod imitatus est Tiberius. Gratum id nomen populo, quia ad ipsorum tutelam repertum semperque usurpatum est. Plurimum valens grata Populo nomina, & apud inania curantem asperam non raro molliunt, dum in nomine omen ponit. E contra invisæ sunt, qui invisæ populo nomina & titulos habent. Testatur *Tarquinijs* nomen apud Romanos quod tanquam periculosum libertati Collatinum, cum nihil offenderet, invisum reddidit. *Liv. lib. 2.* Achillis apud Tenedios, *Diod. Sic. lib. 5.* Friderici apud Mediolanenses *Sigon. lib. 14. de regn. Ital.*

is sententia capta fere
as censemus. Hæc im-
cipem transtulisse dici-
Omnia in Augustum con-
pis nomen, ut nemo an-
asit, ut Julius Cæsar.
Augusti legem nomi-

aut paulo post illorum
ritate, sine ira & stu-
dulatione deerrantur.
postquam occiderunt
libi id Tacitus lib. 1.
num inscitia Reipubl.
us odio adversus domi-
natos vel obnoxios.
abitur, qui in aula,
alunt, ut res gestas
sæz consulunt, uti
des nervum historiz
ad piam eximit, si
illorumq; concors
lib. 1. cont. Apion.
in vit. Mahom. 2.
Augustus contentus fuit.
natus est Tiberius.
lam repertum sem-
a Populo nomina, &
ent, dum in nomine
a populo nomina &
n apud Romanos quod
o, cum nihil offen-
illis apud Tenedios,
Sagon. lib. 14. de regu.
lib.

3
14. Annon ergo prudenter Johannes & Laurentius Medices,
nomen gentile ob Petri Medicis exilium Florentia exosum omise-
runt, ubicunque in tabulis & insignibus eraserunt, seque Popula-
nos dici voluerunt? *Jov. lib. 1. Histor.*

6. Disce ab Augusto favoris conciliandi media. Pellexit (1.)
militum donis. Liberalitate qui utuntur benevolentiam sibi con-
ciliant. *Cic. 2. de Finib.* omniumque dulcissimum est accipere
Senec. de benef. An rectè & prudenter? Negat Julius Cæsar 3. *de*
bell. civil. Indulgentia inquit & largitio speciosum reddunt præsen-
tem exercitus amorem, paulatim tamen & occultè militarem
disciplinam severitatemque minuunt. Ita & Galba *ap. Tac. 1. Hist.*
Largitione & ambitu favorem militum malè acquiri. Sed *ut iste*
subjungit, Nocuit antiquus rigor, & nimia severitas cui pares
jam non sumus. Discerno mores militum; disciplinam integram
à corrupta, & tempora. Milites pæna & timor in sedibus corri-
gunt; in expeditionibus, spes & præmia faciunt meliores. *Veget. de*
rem. lib. 6. Aliud quoque sub novo principatu, aliud firmato Im-
perio decet.

7. (2.) Populum annonâ. Scite *Lucan: 2. de Bell. P.arsal.* ira-
tum causas & summa favoris Annonâ momenta trahi.

8. (3.) *Cunctos dulcedine otij.* An id tutum? Occupato re-
center imperio & inter feroces gentes probatur, ut homines di-
spersi, rudes belloque faciles quieti & otio per voluptates assue-
scent. *Tac. in Agric.* Pars ea servitutis est, sed apud imperitos hu-
manitas vocatur. *Tacit. d. l.* Firmato eo ac bene constituto miseræ
est, ut Romani exemplo docet *Salust. de bell. Calil.* pluribus firmat
Camerar. 2. bor. success. c. 16.

9. Preparato hominum favore non arripere potestatem
sed paulatim insurgere Augusto placuit. Igitur ut de eodem *Dio*
lib. 52. non omnia statim, uti decretum erat executus est: veri-
tus ne parum succederet, si simul homines transferre & invertere
veller, sed quædam ex tempore disposuit, quædam rejecit in
tempus. Utile consilium occupantibus aut convertentibus im-
peria. *Bodin. 4. de Rep. 1. & 9.* Quod Vespasianus, *ap. Tac. 2. Histor.*

4
alt. Imperium cupientibus nihil medium inter summa aut precipitia esse, ad finem & eventum occupationis spectat, qui nunquam in mediocri, non ad occupationem. Quærentium lævis lentusque gradus esse debet, ut potiantur antequam quærere videantur. Hinc discitur quare Julii Cæsaris ausus infeliciores evaserit; nempe plurima simul, & violentius immutavit. Sueton. in vitæ ejus.

10. *Munia Senatus, magistratuum, legum in se trahere debet;* qui ad sceptrum aspirat. Ea præcipua majestatis vis est, Leges condere, abrogare, moderari, usque non obligari. Magistratus creare, Senatum obtemperantem habere. *Clapmar. de art. Rerump. l. 1. c. 22. seqq.*

11. *Nulla adversante Augustus cuncta peregit.* Adversarii namque è medio sublati erant. Commodum est agendi tempus cum non amplius adest, qui adversetur. Ut absit, prima cura esse solet. Ea ratio quare iste meliori exitu egerit quam Cinna Sylla, Marius cæterique dominatum Romæ aucupantes.

12. *Placent principibus humilia suorum obsequia.* In aula quanto quis servitio promptior opibus & honoribus extollitur. An decora hæc promptitudo? Ita si cum moderamine. Decet inter abruptam consumaciam & deforme obsequium, pergere iter ambitione & periculis vacuum. *Tac. 4. Ann.* Sed id difficile. Ratio dominantium habenda est. *Pessimis Imperatoribus sine sine dominatio, egregijs etiam modus liberatis placet. Tac. 4. Histor.* Utrique moribus corruptis adulatio perinde anceps si nulla, & ubi nimia est *Tac. 4. Annal.*

13. *Novis ex rebus ausi tum & presentia, quam vetera & periculosa malunt.* Ita & Persæ sub initio Cyri *Justin. lib. 1.* Sapere hos ait Annibal Scorus ad h. l. Ego non aliter, quam si salvâ libertate, Religione, Republicâ id fit. In hæc ut Principes liberius grassentur, Patientiæ singulorum voluptatis & commodi glaucomata obijciunt, pauci id sentiunt, quia tantum ex publicis malis saltem sentimus, quantum ad privatas res pertinet. *Annib. ap. Liv. l. 30.* Sed felices & boni cives, qui cavent spernunt, proque publica salute periculosa privatim tutis præponunt. Ea charitas patriæ

summa aut precipua
 spectat, qui nunquam in
 tantum laevis lentisque
 am quare videantur.
 elictor evaserit; nempe
 Sueron. in vit ejus.
 gium in se irabere debet,
 s. v. s. est, Leges conde-
 Magistratus creare,
 er. de ars. Rerump. l. 1.

a peregit. Adversarii
 est agendi tempus cum
 , prima cura esse solet.
 a Cincia Sylla, Marius
 rum obsequia. In aula
 moribus extollitur. An
 beramine. Decet inter
 um, pergere iter ambi-
 did. simile. Ratio domi-
 one sine dominatio, e-
 ter. Utraque mori-
 , & ubi nimia est Tac.

quam vetera & peri-
 on. lib. 1. Sapere hos
 quam si salva liberta-
 ur Principes liberius
 & commodi glan-
 ortum ex publicis ma-
 pertinet. Annib. ap.
 ut sperant, proque
 vocant. Ea charitas
 patia

ruz est ut tam ignominia, quam morte si opus sit servemus. *Len-
 ul. ap. Liv. lib 9.*

14. Quem caput ac Metropolis Imperii, illum nec Provincia
vram statum abnuent. Ita fere semper. Quid igitur in rerum
 mutationibus praestantius a Sede Imperii inchoare, an a subjectis
 ditionibus? Illud vulgo praefertur.

15. *Suspecto imperio* facilis mutatio exoritur. Sed undè illud,
 duo praecipue efficiunt: *Certamina potentium, & de aris magi-
 stratum.* Illa turbant, haec corrumpit tempubl. Utraque efficit
 ut indignans populus in illos armetur, formam reip. convertat, &
 vel ipsa occupet imperium, vel alii occupanti alittat. *Vid. Bodin.
 4. de Rep. 1. ubi exempla reperies.*

16. Pellimus reip. status est, existente *invalido legum auxilio.*
 Actum est tibi mores perduxere leges in potestatem suam ac ex mi-
 fere ad parietem fixa clavis ferreis *Plant in Trinum.* Id malum
 extribus malis, quando *vi, ambitu, postremo pecuniâ turbantur.*
 Annon ergo aliquando gratiae, potentiae & divitiis aliquid indul-
 gendum? Leges uno ore si cum omnibus loquuntur, quicquid illis
 tribuetur, harum nervo demitur. Cessent in republ. casus pro po-
 tente, pro amico, nisi & jus pro eis sit. Nihil in penatibus prin-
 cipum venale sit aut ambitioni pervium. *Tac. 13. Annal.*

17. *Subsidia dominationi* quaesivit Augustus homines fidos &
 dilectos. Haud frustra Helvidius Priscus dixit, nullum majus in-
 strumentum boni Imperii quam bonos amicos. *Tacit. 4. Annal.*
 Qui legendi sint, sanguine juncti, an extranei? dubium est. Mos re-
 gum hos praefert dum suspectus insensusq; semper est dominan-
 tibus, quisquis proximus. destinatur Secus Augustus sensit & an-
 te eum Micipsa *ap. Sals. in bell. Jugurth.* ubi ad Jugurtham. Neu
 malis alienos adungere, quam sanguine conjunctos retinere; &
 post; quem alienum fidum invenies si tuus hostis eris, &c.

18. Agrippa, *ignobilis loco, geminatis consulatibus elatus.* Quid?
 in tanta nobilitate copia: Annon praefertendi nobiles plebeis?
 Distinguit Politia ratio inter solo genere, sola virtute, & utraque
 simul nobiles. Hos omnibus praefert, quia duplici jure nobiles.

Sed medios primis. Vir Politicus totâ viâ errat, si in rectore non requirât quis sit, sed è quibus. *Plutarch. in Syllâ vid. hæc de re grat. Marj ap. Salust. in bell. Jugurib.*

19. *Specie recusantis flagrantissime cupere callidæ & frequentis artis est.* Hanc optimè simulandi artifex Tiberius novit. Sed quando utilis? duobus potissimum, temporibus. Cum suspecta aut quæ suspectum reddunt petuntur & cum populus nova quædam, grata licet ultro desert. Hoc ad opinionem atque auctoritatem servandam maximopere spectat, si impetrata secus cadant.

20. *Nero collega imperij assumitur, omnesque per exercitus ostentatur, igitur ad illum cuncta vergere,* quid mirum? An salutari id fiat consilio, Politici discordant. Augustus probavit, ne successor in incerto foret, ut pravas aliorum spes coerceret. Simul modestiæ Neronis & suæ magnitudini fidebar. *Tacit. 3. Annal.* Ex his causis & nos probamus, Priora id utile statuerunt, Posterius si adest tutum efficit: Quod si neque ex collegæ modestiâ, neque propriâ majestate, neque ex subditorum amore incomparabili tutamen, in tutum & inutile est: Orientem Solem omnes lubentius adorare quam occidentem, Pompejus Syllam admonuit *Plutarch. in Pomp. Vere Seneca in Agam.* Nec regna socium, ferre nec tædæ sciunt. Igitur assumi rectè, imposterum dicetur, sed periculo se ostentari hinc patet.

21. *Augustus quò pluribus munimentis insisteret,* plures liberos adoptione quæsit. Nempe, non legiones, non classes, neque firma imperii munimenta, quam numerus liberorum *Tac. 5. Histor.* innuit Alexander M. querendo: *Orbitas mea, quod sine liberis sum, spernitur Curt. lib. 4.* Spes enim & amor ad speratum successorem flecxit, ne injuriæ vindex metuitur post principis mortem.

22. *Abolende infamia adversus Germanos bellum gestum, Jure num injuria? Illud defendimus,* quia ad majestatem imperii quæ salutis tutela est, *Curt. lib. 7.* necessarium fuit. Quæ negligentia metuendus contentus, & inde etiam à contentu incurfus.

23. *Mutata republ. infracta populi potestate, magistratum*

LAMEN

erat, si in rectore non
 n. s. d. id. h. a. d. e. r. o. r. a. t.
 upere callidz & frequen-
 x Tiberius noie. Sed
 moribus. Cum suspecta
 am populus nova quz-
 tionem atque authorita-
 petrata secus cadant.
 omnes que per exercitum
 cid mirum? An salutari
 bus probavit, ne succes-
 s coerceret. Simul mo-
 at. Tacit. 3. Annal. Ex
 sta unte, Posterus si
 e mo letitia neque pro-
 e incomparabili tuta-
 e omnes lubentius a-
 m admonuit Plar. arch.
 tium, ferre nec tze-
 ceant, sed periculo-
 r. p. f. f. e. r. e. t, plures li-
 es, non classes, x-
 liberorum Tac. 5.
 itas mea, quod sine
 & amor ad speratum
 post principis mor-
 s bellum gestum, Ju-
 maiestatem imperii
 h fuit. Quā negle-
 genter incursus.
 itate, magistratum
 iam

men eadem vocabula manserunt. Reprehendit hoc Machiavel-
 is Immerito; Nam converso imperio, speciem veteris aliquam
 relinquere gratus est. *Clapmar. de Arc. rerumpubl.*

24. *Verfu Civitatis statum nihil usquam prisca & integri moris.*
 Quis regendi forma peculiare civium mores & Jura asserere & po-
 terat. Aliter sub Domino, aliter sub rege, nec eodem modo in li-
 bertate populari agitur. Judica erga, An prudenter mutata Impe-
 rii conditione pristinis legibus & prerogativis vigor desideretur?
 Frustra ad antiqua privilegia aut sero nimis provocari discas, ubi
 fundamenta illorum transformata ea abrogarunt.

25. *Omnes exatā aequalitate jussa Principis aspellare.* Ita sem-
 per statum publicum immutari reclamans populus, murato applau-
 dit. Non enim sapientia aut dilectio ducitur ad judicandum, sed
 impetu & quadam temeritate. *Cic. pro Plane.* More magis quam
 judicio post alium quasi prudentiorem sequitur. *Salust. in O-
 ras. ad Cas.* Vertens statum periclitatur, sed verso eo an securus
 esse que princeps, an vindicias metuere debeat? Prius hic asse-
 rit noster & paulo post astruit dicens, *paucos bona libertatis disse-
 rere, sed in cassum, plures bellum pavescere*, ideoque lubenter que-
 scere cura & preteana malentes quam vetera & periculosa.

26. *Nulla in prasens formido cum Princeps etate validus seque
 & domum & pacem sustentat, sed postquam provelta jam senectus,
 agro & corpore fatigatur, adestq; finis & spes novi imperii*, in discrimi-
 mine est res publica: Vidit est metuit Ludovicus II. Gall. R. *Comin.
 lib. 9.* Contemnitur senectus imperantis; exoritur multorum va-
 na spes, eamque juvat rumor & spes populi. Quod ergo remedi-
 um? Successorem deligi ab his quibus legendi potestas; *juxt. ib.
 20.* Ut sit qui metuatur & molitionibus aliorum resistat.

27. *Plures bellum pavescere, pauci cupere. Qui meliores? Ut
 tunc erat Romæ stans prudentiores fuerunt, qui pacem prxtule-
 runt bello civili, unde incertum remedium, certa vero pernici-
 es. Pejus deteriusque tyrannide sive injusto imperio est civile bel-
 lum Plar. in Bruc.*

28. Reformidabat Populus Rom. Agrippam ut *trucem & i-
 gno.*

8
gnominiam accensum. Optima cautio, non admittere ad nocendi licentiam & imperandi fastigium, quos ante offenderis. Tegunt iram pernicie tua erupturam. Nec suffragii beneficium supprimit indignationis acerbitatem.

29. Agrippam indignum imperio censebant, tanquam *non ante necrerum experientia tanta molem parem*. Annon & Juvenes publicis muneribus præficiendi? Aliis gerentibus adjungi salutare est, ut regere discant. Sed ut regant, judicii imbecillitas non permittit. Deest ipsis prudentia imperantis propria & unica virtus *Aristot. 3. Polit.* cujus magister usus est, tutor vero cavendi dexteritas. Sed illi molles & vate fluxu dolis haud difficulter capiuntur. *Salust. in bell. Catil.*

30. *Metuitur in Nerone vetus atque insita Claudia familia superbia*. Non sine ratione. Vitia quæque gens quasi gentis præterea plerumque habet, tanquam ex traduce ad posteros transeuntia. *Appianorum* ambitionis manifesta fuit. *Faby* ex amore patriæ. *Valerij* favore populi, *Scipiones* bellicositate, *Bruti* constantia semper laudati sunt. Unde? non convenit. Multum ex natura esse puto. Sed plurimum ex æmulandi studio, quo quisque mores antecessorum bonos seu improbos naturali quasi reverentia & errore sequitur. An legendi vel recusandi hinc norma idonea? Affirmantibus astipulamur Poma haud præculà stipite cadunt.

31. *Multa indicia sevitie, ut ut premanetur erumpunt*. Scilicet nihil difficilius tegitur, quam naturale vitium, quod fortius elucetatur quam humana moderatio supprimit.

32. Reprehenditur in Tiberio, quod nimium matri tribueret, ideoque si imperio præficeretur, *serviendum femine*. Meritara reprehensionem incurrunt, qui ex mulierum arbitrio dependent, easque ad consilia publica vocant. Id semper Romanis displicuit. *uti Cato ap. Liv. lib. 34. testis est*. Non modo quia consilium muliebri plerumque deterius est, *Tac. 15. Annal.* sed quia noxia muliebri impotentia, inde populi indignatio, principis contemptus. Hinc malè audit Imp. Justinianus quod cuncta ex consilio Theodoræ egit.

DIS-

9
CORSUS POLITICUS II.

etiam I. Annal. Tacit.

THESES 33

1. Tacit. Pop. Rom. ominatur, quod prima ad
2. Tacit. in domo regnarice ac congesti Juveni
3. Tacit. Sed quod de hoc judicio judicium
4. Tacit. An præfates privatis, honestis tamen,
5. Tacit. Imperio præficere? Ubi libera
6. Tacit. probabitur. Probant quæ sub
7. Tacit. lib. 3. Argenti. Probavit Imper
8. Tacit. ferè impemre didicisse. Utis in
9. Tacit. dilectus est, cogitare quid aut
10. Tacit. nolueris Tac. 1. Histor. Eo carent
11. Tacit. excæcârunt.
12. Tacit. quod uxori Martiæ secreta ape
13. Tacit. a aut intimis revelanda esse, qu
14. Tacit. temur. Sed an Maximus merito
15. Tacit. caret. Delegere arcana prin
16. Tacit. vult. Bodin. 3. de Republ. cap. 1.
17. Tacit. periculo sancitum Curt. lib. 4.
18. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
19. Tacit. lib. 2. Sed in Maximo ea poena for
20. Tacit. sed privatum offendit.
21. Tacit. ad avertendos mortuo repente p
22. Tacit. Livie consilium, quod ac
23. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
24. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
25. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
26. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
27. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
28. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
29. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
30. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
31. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
32. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
33. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
34. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
35. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
36. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
37. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
38. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
39. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
40. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
41. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
42. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
43. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
44. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
45. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
46. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
47. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
48. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
49. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
50. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
51. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
52. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
53. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
54. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
55. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
56. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
57. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
58. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
59. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
60. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
61. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
62. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
63. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
64. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
65. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
66. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
67. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
68. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
69. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
70. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
71. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
72. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
73. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
74. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
75. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
76. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
77. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
78. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
79. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
80. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
81. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
82. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
83. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
84. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
85. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
86. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
87. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
88. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
89. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
90. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
91. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
92. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
93. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
94. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
95. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
96. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
97. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
98. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
99. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto
100. Tacit. l. 38. s. 1. de Pen. in Ægypto

B

DISCURSUS POLITICUS II.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

THESIS 33.

MAlè de Tiberio Pop. Rom. ominatur, quod *primà ab infantia eductus in domo regnatrice ac congesti Juveni consularis triumphi.* Sed quod de hoc iudicio iudicium faciendum? An præstat ex privatis, honestis tamen, domibus an ex regis principes Imperio præficere? Ubi libera est res, ubi & libera electio, prius probabitur. Probant quæ sub persona Dunalbi recitat Barclaj. *lib. 3. Argenid.* Probavit Imperator optimus, qui dixit *privatum se rectè imperare didicisse.* Utilis in imperio bonarum malarumq; rerum dilectus est, cogitare quid aut voveris sub alio Principe, aut nolueris *Tac. 1. Histor.* Eo carent quos molles delitiz abincunabulis excæcarunt.

R. Respond. Philippo Christo-phoro Libun / Nob. Rom

34. Ex periculo **Maximi** quod uxori Martiz secreta aperuit, *anquam ne uxori quidem aut intimis revelanda esse, quæ occulta manere debent, docemur.* Sed an Maximus merito extinctus sit? *Dubitatioe hand caret.* Defegere arcana principum salus Reipubl. capitale esse vult. *Bodin. 3. de Republ. cap. 1.* Ita apud Persas silentium vitæ periculo sancitum *Curt. lib. 4.* apud Romanos furcæ suspensio *l. 38. §. 1. de Pen.* in Ægypto linguæ abscissione *Diod. Sicul. lib. 2.* Sed in Maximo ea poena forte durior, quia non rempubl. sed privatim offendit.

35. Optimum & ad avertendos mortuo repente principe subito motus imitatu dignum Liviz consilium, quod *acribus custodiu domum & vias sepsit: latiq; interdum nuntij vulgabatur, donec provisis qua tempus monebat, simul excessisse Augustum & rerum potiri Neronem eadem fama tulit.* Idem factum mortuo Ottonæ 3. Imp. *Sigon. lib. 1. de regn. Ital. & Rodolpho Bob. R. Du-brav. l. 19.*

36. *Primum novi principatus facinus fuit Postumi Agrippæ cadet.* Scilicet quia æmulum ac locum Imperii ferre non expedit.

B

Nulla

non admittere ad nocendi
re. fenders. Tegunt
beneficium supprimit

tenfebant, tanquam non
Annos & Juven
erentibus adjungi salu
judicii imbecillitas non
is propria & unica virns
te r vero cavendi dexteri
atid dñi. uiter capuntur.

Claudia familia su
gens quid genita ple
ster struere. Ap
m de patre. Valerij
cor dñi in semper lau
ex natura esse puo. Sed
mores ante ell-ram
na & err-re liquor.
Am. tuncibus a
Scilicet
quod furcæ elu-

D.S.

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit, *Lucanus recinit*. Tollere ergo inter Dominationis arcana. Id apud Turcas aliisque in regnis frequens. *Late Camer. 1. hor. subc. c. 87.* An excusandum huiusmodi factum? Non aliter quam si pax & tranquillitas publica, quam æmuli turbant, defendit. Alias cavere oportet mitioribus remediis, non occidere.

37. Tiberius cuncta fere ad Senatum vocans, *de cade Agrippa nihil differuit*; quæ odiosa & dominatione nondum firmata infensa auribus. Exemplum præbet, eorum quæ in scio Senatu agenda sint, non tamen sine consilio.

38. Augustus in nullius unquam suorum necem duravit. Rarum exemplum. Aliis verò inter amicos & consanguineos; ubi ita devicit naturalem amorem, inimicitie sunt gravissimæ & ferè irreconciliabiles. *vid. Camer. 1. hor. subc. c. 92.* Caveant tamen qui inter illos discordiarum semina serunt & fovent. Erumpit nonnunquam naturæ, amoris & conscientie vis eorum pernicie.

39. Metu subjecti juvenis necem festinavit Tiberius. Ita plerumque homines injuriam faciunt, quam nisi fecerint pati possent: An licite? Negat Cicero inquit: *Quis hoc facit unquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum jure potuerit occidere, à quo metuisse se dicit, ne ipse posterius occideretur.* Futurum incerto à huc est: nec quemquam oportet eo commotum inimicitias suscipere non jam futuras sed certas *Thucyd lib. 1.* Metus cautionem desiderat, offensionem non excusat. *vid. Gell. 7. Noct. Att. c. 3.*

40. Ad suspicionem atque odium avertendum facit Tiberii factum, qui rem odiosam etsi imperasset, non tamen imperasse se & rationem facti reddendam apud Senatum. *Centurioni respondit.* Quod ille in re turpiter, in licita quoque odiosa tamen seu periculosa leniendæ invidiæ prodest, ut quæ reluctante populo sunt aliorum ope ita expediantur, quasi nescio seu invito Principe. Ut cuique cadant, ille extra odium est, agentes sub simulatâ accusatione, occulto tamen a sylo *Cæsar. ad Tac. lib. 4. Annal.*

41. Facti cuius princeps autor est, in iudicio reum accusare. *juxta periculosum seu facta seu vera promet.* Tutius eum ab oculis

oculis indignantiū fuga specie discedere, donec indignatio desinat.

42. *Codicillos miserat Salustius*, queis cædes Agrippæ injungebatur. Ita receptum apud Romanos, ut auctoritatis Imperatoris autoritate tutius ageret miles. *Lips. adh. l.* Mos haud in occultis & si quæ autore incerto perfici debent, imitandus.

43. Tria minimè vulgari salutariter, Crispus movet. (1) *Arca domus*, quia disci ab aliis periculosissimum. Clapm de Arcan. *Renu publ. l. 6. c. 18.* Imperatores Rom. nulli nisi per literas duplicibus obsignatas tabulis significabant: *Herodian. in Maxim. Veneti* conservationem cum exteris ea de causa severe prohibent. *Forstn. ad libr. 1. Tac.* Egyptii Cleomenem Spartanum quod arcana regia perdidicisset, ne vulgaret occiderunt. *Plumrb. in vit. Cleom.* Sed hoc durum, custodiæ arctæ nec tamen duræ includi melius fuisset. (2) *Consilia amicorum.* Libertas hinc tollitur, metu offensæ ac discriminis. Ideo defuturi sunt qui suadeant si male fuisset periculum sit *Curt. libr. 3.* (3) *Ministeria militum.*

44. *Vim Principatus resoluti cuncta ad Senatum vocando*, Sapiens censuit. Multi cum illo. Nos non aliter quam si Senatus in communionem Majestatis & Imperii, assumitur, quod salvo principatu fieri nequit, quia in Aristocra iam convertatur. Secus cum in partem curarum & consilii. Id olim Imperatores fecere, *uti nosser, plurib. in locis testatur. v. l. 8. C. de LL.* Hodie etiam fit in Imperio Romano, ubi cuncta majoris momenti ad Comitium referuntur atq; Ordinum consensu decernuntur. Monarchicum tamen id esse, utur quâ administrationem Aristocraticè temperatum, rectè defenditur. Ita Galliæ & Angliæ Reges cuncta ex autoritate Parliamentorum, Poloniæ Reges consensu ordinum ardua expediunt.

45. *Ea conditio imperandi est, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur.* Id namq; Monarchiæ proprium, ut unus supra omnes sit, omnium actiones sub unius judicio. Mali principes inobedienciæ tegumentum petunt, Boni rationi reddendæ pactionibus se spontè submittunt. Sic Imperator Rom. coram Ordinibus Imp. Galliæ R. coram Parlamento se convenire patitur. An salva Majestate? *Affirmamus cum Carpzov. de Capitulat. c. fin.*

46. *Roma*, sub Principe *ruere in servitium Consules, Patres, Eques; quanto quis illustrior et magis falsi ac festinantes*. Ita generosum spiritum sub Imperio unius tegere aut supprimere oportet, ut serviro dedignant, servire tamen videantur. Ii soli placent, qui specie obsequii regant: ad omniaq; quæ agenda sunt quietà cum industrià adfunt *Tac. 3. Histor.*

47. Optimum temperamentum est mortuo Principe ita moribus *vultus, esse composita, ne læti excessu principis, neu crifiores primordio videantur*. Debetur ultima Principibus pietas in luctum eruptura. Sed si nimia, sperni se aut deteriorem judicari judicat successor. Majorum celebrando virtutes si non illis major, sua sibi exprobrari vitia existimat. *Perez. Epist. 6.*

48. *Tiberius cuncta per Consules incipiebat, tanquam veteræ Republ. & ambiguus imperandi*. Præbebat semper ut alibi in *b. lib. noster dicit*, Simulacra libertatis Senatui, atq; ejus morientis vestigia remanebant. Ita potestas summa apud principem, umbra potestatis, istis qui servitutem pati aut uni obsequii nondum didicerunt, relinquenda est, ut sensim novo principatui assuescant. Idque Aristocratix in Monarchiam vertendæ arcanum simulacrum est. *Clapmar. de Arcan. rerum l. 6. c. 5.*

49. *Verba edicti fuerunt pauca, & sensu permodeste*. Duplex hæc virtus legum, (1) ut breves sint. *Senec. Ep. 95.* Litium fomenta suggerunt, qui prolixas tuadent, nec tamen varietatem casuum ulla prolixitate comprehendant *Bodin. 6. de Rep. c. 6.* (2) ut moderatæ & cum quadam humanitate efficaces. Sanciant, nec supra delicta faviant. Hinc Draconis leges, quæ ob rigorem non atramento sed sanguine scriptæ dicuntur, apud Politicos vapulant.

50. Insignia imperii prævit Tiberius, sed vim ejus ac nervum ascivit. Militem nempè. *Signum iis ut Imp. dabat, excubix arma, cætera aula. Miles in forum, miles in curiam comitabatur, Listeras ad exercitus tanquam adepti principatu misit*. Imperium habet cui obsequium militare subest. Discerne hinc, quid potius occupanti sceptrum, populi magis & prius, quam militum favorem captare. *Machiav. 1. disc. 20.*

ritium Consules, Patres,
falsis ac festinantibus. Ita ge-
gere aut suppressere oportet
videntur. si soli pla-
nitiq; quæ agenda sunt

mortuo Principe ita mo-
m principis, non tristiores
Principibus pietas in lu-
aut deteriore iudicari ju-
virtutes si non illis major,
Epist. 6.

rebat, tanquam vetere
temperat: in b. lib.
atq; ejus morientis ve-
quod principem, umbra po-
sequi nondum didice-
parati assuecant. Id-
arcanum simulacrum

permodeste. Du-
Senec. Ep. 95. Litium
nec tamen varietatem
de Rep. c. 6. (2)
Sanctiant, nec
quæ obrigorem non
Politicos vapulant.
sed vim ejus ac ner-
Imp. dabat, excuria
curiam comitabantur.
Fatu misit. Imperium
ne hinc, quid potius
quam militum favorem

51. For-

13.
51. Formidabilis principi qui cum velit, nocere possit. Ta-
lis cenferur, in cuius manu legiones, sociorum auxilia, mirus apud
populum favor. Hæc extorquenda aut imminuenda si talis esse
velit, nec alter habere, quam expectare imperium malit.

52. Ad introspiciendas Procerum voluntates à Tiberio inducta
dubio. Verba vultus in crimen detorqueus, recondebas. Prius
prudens est, ut cognitis suorum de se opinione, & in se affectu,
quæritus latent, ac haud facile explorantur nisi actu, censuram
imperii habeat. Posterius Tyranni Lubricum linguæ non facile ad
penam trahendam est. l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Majest.

53. Testamentum Augusti in quo Tiberius imperii hæres,
dubiam quæstionem suggerit. An de regnis & Principatibus tes-
tificarice? Negat Crantzius l. 2. Dania c. 3. Novum, inquit, &
antebac incompertum munus testamento datum. Equidem ades, a-
gros, prædia vineas testamento dari audivimus. Regnum autem
prestare chara beneficio prodigij loco habitum est. Multi cum ipso.
Quibus stipulamur quoad regna electitia & quæ ex lege aliqua im-
perii ad certos successores deferuntur. Merè hæreditaria & quæ nul-
la lege delata pleno jure ad possidentem spectant ultima voluntate
legari nihil obstat. Tbolof. 7. de Republ. cap. 12. Sic populo Rom.
Pergami Regnum Attalus Iust. l. 36. Bithyniam Nicomedes Eutrop.
l. 6. Egyptum Alexander reliquit. Cic. 2. Orat. Agrar. Ita Atre-
us ex Minoe duobus Idomeneis, Dithys Cret. libr. 1. de bell. Troj.
Alexander M. Perdicæ Iust. l. 12. Arsaces Parthiz Rex exclu-
sis liberis fratri Mitridati Iust. l. 41. imperia dederunt.

54. Consulatum de honoribus ultimis Augusti. Eos decoros
pietas jubet. Sed quid de multarum gentium more preciosa quæ-
que cum defunctis cremantium aut inhumantium? Is olim apud
Romanos Rosin. libr. 5. Antiq. Rom. c. 39. Germanos Tacit. de mor.
Germ. Gallos Cas. l. 6. de bell. Civ. Improbatus postea à Romanis
per LL. 12. Tab. Rosin. d. l. à Spartanis & Atheniensibus, Cic. 2.
de LL. à Cyro Xenoph. l. 8. Cyropæd. Non sine ratione. Ea namq;
sepulchrorum superbia, defunctis nec honorem nec commodum
viventibus damnium, maleferiatis prædandi occasionem tribuit v.
Casiodor. 4. Epist. 34.

B 3

55. Be-

55. Bene, perversâ licet mente, Messala: *neq; in iis qua ad temp. persinerent consilio nisi suo se usurum, vel cum periculo offensio- nis.* Turpes qui ex alienâ libidine huc illuc fluctuantes agitantur: Interdum alia, deinde alia decernunt, uti eorum qui dominantur si- multas atq; arrogantia fert, ita bonum malumve publicum existi- mant. *Salust. in Orat. ad Caesar.* Consilium sine suadendi libertate mera adulatio est. Sed annon periculum tacendo vel dissimulando evitare licet? Id adversum officio, fidei & conscientiæ. *Keckerm. disc. de Consul. q. 14. Libentib. disp. Polit. II q. 6.* Inde contra offensam solatium. Sæpè fides in præsentia quibus resistit, of- fendit: deinde illis ipsi suspicitur laudatq; *Plin. lib. 3. Epist. 9.*

56. *Nimis studiis sumus Caesaris turbatum.* Ea frequens tur- bandi materia studiis erga quempiam concertare. Nimia ergo non minus vitabit princeps quam nulla.

57. *Occisus Dictator Caesar aliis pessimum aliis pulcherrimum facinus videbatur.* Qui rectius? Prioribus assentimur. Neq; enim ista cædes fuit è Republ. quæ defendendæ libertatis viibus care- bat; neq; ex jure & ratione. Invasorem alieni Imperii qualis Cæ- sar sine dubio fuit, ejicere permissum est, sed quamdiu dom natus ac possessio ejus nondum obsequio approbatus est. Subsecuta ille- gitimi Domini approbatio, qualis teste *Sueton. in vit. Jul. Caf. & Dion. Cass. l. 42. & seq. multifariam Casari evenit,* v. tum injustæ occupationis purgat. *vid. Hug. Gros. de Jur. Pac. & Bell. libr. I. cap. 4. n. 15. seqq.*

58. Cæde Cæsaris improspere repetita libertas? Unde verò Bruti similis ferè huic contra Tarquiniun. *Julus de quo Liv lib 1. in fin. felicior?* Mirum id merito, cum tunc e Populi Rom. tanta ef- set potentia, nec cognita libertatis ducedo. Diversitatis ratio tra- ditur diversa. Sed ex divè his Civitati moribus optima habetur. Ejecto Tarquinio corrupti ij, nullus ambitioni locus, omnes æ- qualitatis amantes, nemo in civitate tam potens, ut favore vel o- contra niti posset. Sed cæso Cæsare paucorum ambitio cui cæteri famulari aut adulari consueverant, regnabat, gratus is militibus e- rat, multos ex præcipuis amicos habebat, perdita civitas resistere non valebat. *v. Parut. lib. 1. disc. Polit. 8.*

59. *Mulus de Augusto Sermo. Apud prudentes vita ejus varie extollebatur, arguebaturve.* Ea fors optimorum quoque principum. Quia omni populo inest malignum quiddam & querulum in imperantes. *Plutarch. in Polit.* Linguarum effrenis licentia in altissima quoque sibi nimium tribuit: Disputet hic Ethicus quid velit. Honor tamen honorati est, quia ipsa virtus honor est. Evulgatio, quae lubrica & varians, honorantium. Hanc gloriam qui spreverit veram habebit. *Fab. ap. Liv. l. 22.*

60. *Necessitudine Reipubl. in qua nullis legibus locus ad armata civilia actum.* Ita domestica pax legum vigore nititur, ut iis sublati nec ista sustineri queat. *v. Salsit in bell. Catil.*

61. *Arma civilia neque parari possunt, neque haberi per bonas artes.* Disciplina in pace inexorabilem discordiae civium resolvunt, paratis utrinque corruptoribus & perfidia impunita. *Tacit. 1. Histor.* Idcirco rectorum aut coercitorum supra leges esse oportet. Videntur & docuerunt Romani Dictatoris exemplo seditionibus com-pescendis libertissima potestate praefecti. Judicetur hinc qua ratione inter civiles morus, non secus ut in tranquillis Principes legibus subiciantur; discedentes arguantur. Non magis jure eos accusari puto, quam nauas quod procelloso mari rectum cursum non tenent *Baud. l. 2. de Induc. bell. Belg.* Silent leges inter armata. Nec tamen jus dicentium culpa. Temporum injuria & Reip. necessitudo cogunt & excusant.

62. Lepidus discordia senit, Antonius per libidines pessima datus est. Observa ferocium virorum corruptelas. Haud frustra Scipio ad Massiniam: *Non est (mibi crede) tantum ab hostibus armatis atque nostri periculi, quantum a circumfusis undique voluptatibus.* *Liv. l. 3.*

63. *Non aliud discordantis patriae remedium, quam ut ab uno regeretur.* Pacis interest omnem potestatem ad unum conferri *Tac. 1. Histor.* Ubi plures obtinent, dum quisque princeps esse optat, & in dicenda sententia vincere, ad ingentia inter se odia evadunt. Ex quibus seditiones, inde caedes. *Darius ap. Herod. lib. 3.* Arduum est eodem loci potentiam & concordiam esse *Tacit. 4. Annual.* Qui igitur turbidis rebus sedandis vel continendis plura capita aequa potesta-

potestate præficiunt, annonæ majoribus turbis ansam præbeant; meritò dubitatur.

64. Firmi & optimè constituti imperii notas exemplo Romani has ostendit Tacitus. (1) *Si Oceano aut omnibus longinquis septum imperium v. Lips. de Magn. Rom. l. 1. c. 3.* Ita ab incurfu hostili, & vicinorum incommodis tutum. (2) Quando *legiones, provincia, classes, cuncta inter se connexa*, ut ad mutua ac repentina subsidia composita sint. Quomodo id in Romanâ republ. docet *Lips. de Magn. Rom. l. 1. c. 4. seq.* Hinc *Forstner. ad Tacit.* rationem petit, quæ Rex Galliæ ditionum & populorum numero inferior Hispaniæ Regi viribus non cedat. (3) *Jus apud cives*, in hoc anima imperii. (4) *Modestia apud socios.* Ea fidei, amoris, & obsequii nutrimentum. (5) *Urbes magnifico ornatu.* Hic tam ex incolentibus, quam ædibus cum publicis tam privatis. An eleganter ædificandi studium civibus implantare expediat? Politici dissentiunt. Nos affirmamus, si modum, morem legesq; præscribi solitas non excedit *Patrii. lib. 8. de Rep. tit. 11. vid. Tholof. l. 2. de Republ. c. 9. & 10.*

65. *Pauca admodum vi tractata quo ceteris quies esset.* Vis quædam ob remp. justa est, dum hæc sine eâ salva esse non potest. *Salus publica supra privatorum commoda est l. un. §. fin. C. de Cad. toll. l. 3. C. de Princip.* Quam sæpè in parvis & privatis injusta admittenda sunt, ut in magnis justitia servetur? Scitè hoc *Tacitus 14. Ann.* expressit. *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur.* Sic publicæ salutis causa permittitur privatis res & jura auferre, *Gail. 2. Observ. 56.* ut pax habeatur, damna subditis illata remittere, *Gail. 2. Observ. 57.* tempore caritiæ, ad frumenta & annonas vendendas aut pauperibus dandas cogere, *latè Köppen. decis. 59. libr. 1.* occupare civitatem unde turbatum metus, *Charron. de la Sageffe Liv. 3. ch. 2. num. 10. ubi rationem & plura exempla notat.*



17.
DISCURSUS POLITICUS III.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

THESIS 66.

Queritur Populus Rom. ab Augusto, *Pietatem & tempora* *Respond.*
Reipubl. obtentui sumptu. Dux quidem hæ actionum re- *Diderich*
gular, sed prætextui sapius servientes, quam usui. Pre- *von der*
quens ars multa temporis obtentu defendere, quamvis *Eube /*
estempore non sint. Hinc istud Politicorum Asylum quod Ratio *Nov. Mo-*
status audit, de quo *N. de la Brigue* in *liv. de la Raison, d' est ascri-* *gaph.*
bit, Periculosam & omnium scelerum regamentum esse istam vocant.
Sed de hoc alibi plura.

67. *Cassii & Brutorum exitus pacernis inimicitis dati.* Sed
annon rectè defenduntur? Vix eà de causâ quæ hic allegatur. Sed
ex Augusto securitatè optime. Darius Alexandro M. exposuit:
Exempli, communisq; omnium regum esse causam, quam negligere
illi indecorum & periculosum, quippe cum in altero injustitia &
jur, in altero etiam utilitatis causa versetur. Cædis igitur in Prin-
cipem perpetrata ultor est quiquis successit. *Tradito Principibus*
more, munimentum in presens, in posteram ultionem, ait Tacit. 1.
Histor.

68. *Fas est privata odia publicis utilitatibus remittere.* Hoc
Senatus Rom. Fabium Papyrio privatim insensum admonuit, ut
memoriam simultatum patriæ remitteret. *Liv. lib. 9. Histor.* Lau-
dantur hinc Themistocles & Aristides, qui invicem insensissimi,
quoties ad obeundam legationem aut ducendum exercitum profi-
ciscerentur, inimicitiam in finibus patriæ deposuerunt, reversi re-
sumpserunt *Plutarch. de preced. gerend. resp.* Nec minus Camil-
lus, qui in *Liv. lib. 5. ait.* maluit patriæ suæ quam injuriæ suæ me-
mor esse. Hoc edictis Magistratus procurat, promovet. Sic apud A-
thenienses inductum *αμνησία, ἡθισμα*, seu oblivio injuriarum.
Plutarch. in Polit. Romanis post mortem Julii Cæsaris pro recon-
ciliandis Bruti & Cassii affectis idem placuit *Appian. l. 2. de bell. Civil.*
C
Hoc

Hoc imperantibus non licere modo, sed incumbere etiam exortis in perniciem publicam privatis odiis arbitramur.

69. *Pompejus imagine pacis, Lepidus specie amicitia decepti sunt*: O quam sæpè hæc honesta nomina, fraudi serviunt & profunt. Nemo facilius decipitur, quam qui credit pacemq; & amicitiam sibi imaginatur. Præsertim in aulis principum ubi nomen tantum amicitia inane irritumq; remanet. *Plinius in Paneg.* Sed ut *Oratorum Princeps ait*, perditissimi est fallere eum qui lesus non esset nisi credidisset. At, nunquamne ea fraus excusari potest? Ita censemus, quoties cum amicis nobis res est. Hi fide colendi, nulla fraude, nisi forte ad ipsorum salutem uti; *Paulus 2. ad Corinth.* decipiendi. Sed adversus hostes, quamdiu hostes sunt, licere gentium Jure decretam est. Ita *Agefilaus censuit: Fœderatum injustè fallere impium est: ac hostes, non solum justum, sed etiam suave & fructuosum, Plus arch. in Apoph.* Bonus ille dolus qui contra hos intenditur, *l. 1. §. 2. ff. de dol. mal.* nec interest vi an fallacia agatur *l. 26. ff. de Capt. & Poss.* Idq; non modo inter actus bellicos, sed etiam in ipso pacis negotio. Durum hoc forte delicatis & imperitis auribus, Sed dextre accipiant. Sicut in Privatorum contractibus se invicem naturaliter decipere licet, *l. 16. §. fin. ff. de Minor. l. 22. in fin. ff. Locat.* dum quisq; lucrandi voluntatem & spem assert *l. 8. C. de rescind. vend.* sine hoc incitamento non contracturus. Ita etiam in Pace & Amicitia pangenda; Quam quisq; ab adversario quibuslibet technis licitè extorquet, ac sibi fructuosam reddit, dummodo salvâ fide. Antequam pax composita est, ad pacem impetrandam dolus justus est, sed eâ initâ quia hostes esse desierunt, tantquam cum amicis agendum est. Fidem hosti datam frangi detestamur. *de quo aliò loco plura.*

70. *Queruntur Romani Tiberium non caritate aut Reip. curâ successorem ascitum: sed quoniam arrogantiam sevitiâq; ejus Augustus introspexerit, comparatione deterrimâ gloriam qua sibi se. v. Sueton. in Tiber. c. 21.* Is frequens mos officii successorem vel collegam pessimum & ineptum eligere, ut laudatior vel magis desideratus sit antecessor. Annon improbus? Merito: quia ex alieno dedecore sibi laudem, ex Reip. periculo sibi commodum querere haud

incumbere etiam exortis
erantur.

...us specie amicitia decepti
a, fraudi serviunt & pro-
ter credit pacemq; & amici-
pncipum ubi nomen tan-
... in Paneg. Sed ut O-
lere eum qui Iesus non est
... excusari potest? Ita
est. Hi fide colendi, nul-
... Paulus 2. ad Corin. b. de-
... h. stes sunt, licere genti-
... fuerunt: *Federatum in ius*
... sum, sed etiam suave &
... ille dolus qui contra hos in-
... an fallacia agatur l. 26.
... actus bellicos, sed etiam
... delicatus & imperitis auri-
... contradiis le-
... f. de Minor. l. 22. in
... & spem affert l. 8. C.
... tracturus. Ita etiam
... ab adversario quibus-
... am reddit, dummo-
... ad pacem impetran-
... esse desierunt, tan-
... datam frangi detesta-

... caritate aut Reip. cu-
... antiam savitiamq; ejus
... omnia gloriam quasvis
... officii successorem vel
... adator vel magis de-
... Merito: quia ex alieno
... commodum quarere
... haud

huc decet. Improbatur Seneca ap. Tac. lib. 14. *Annal.* dicens: *Sa-
pienti viro decorum non fuerit, unde amico infamiam parat, inde
gloriam sibi recipere.*

71. Augustus *quamquam honorâ oratione quadam de habitis,
colorib; & institutis Tiberis jecit, qua velut excusando exprobra-
ret.* Ita excusativo vitiorum sæpè probro, videlicet, quando di-
latur quæ aut regi potius quàm nominare oportet, aut parvi æsti-
mantur vel oblivioni jam tradita sint. In his tutius omittitur.

72. Verè Tiberius: *Se in partem curarum ab Augusto voca-
tum experiendo didicisse, quam arduum, quam subjeclum fortuna,
regendi cum illa omni.* Pauci credunt, ambitiosè sceptra anhelantes,
sed experiendo discunt. Prudentissime Rex ille qui diadema capiti
imponere dubitans dixit: *O nobilem magis quàm felicem pannum:
quem si quis penitus cognoscat, quam multas sollicitudinibus & peri-
culis & miseriis se referat, ne humi quidem jacentem tollere vellet.*
Valer. Maxim. l. 7. c. 2. Monstrat prolixè *Camerar. 1. bor. subcis.*

73. Sed in hac fortitudo merito ab officiis publicis depellat? hæsito.
Amor patriæ, qui cunctos amores vincit, suâ lege aliud deponere
videtur. Boni viri justæ & civis boni munus est pro republ. nihil ti-
mere Patriæ. *de Republ. c. 10.*

74. Suadet, ut simulatè, Tiberius *in civitate tot illustribus
viris subnixâ, non ad unum omnia deferri.* Præfert Aristocratiam
Monarchiæ. Vetus ista lis est, quæ Reipubl. forma præstantissima
Non omnibus gentibus eadem convenit, sicut non omnibus æquis
idem frenum. Sed ut ille moribus discrepant, ita & diversis imper-
randi formis gaudent. Idcirco quæstionem ex singulis populis de-
finire facilius licebit. *Paul. Parut. 1. disc. post. 1.* Monarchiam o-
mnibus præferendam ducimus. *Plat. l. 3. de LL. Aristot. 3. polit. 10.
Lipp. 2. Polit. c. 2.* Hæc sententiâ in concertatione cum sociis vicit
Ennius Herod. l. 3. Rationes suggerit *Dion. Cass. l. 44. Hist. in pr.
& Herod. d. l. 3.*

75. *Plures facilius munia Reipubl. sociatis laboribus exequuntur
sunt.* Nempe si concordet. Sed id rarum, ut eodem loci potentia
sit & concordia, *Tac. 4. Annal.* idcirco *Machiavellus* rectè, Rei-
publ. *Antum componi non posse, si plures pari imperio rerum arbi-
tri*

eri existunt. Ergo uni committenda semper Reipubl. munia? Distinguo. Alia capientibus potentiam addunt, atq; summa sunt, in quibus superior non est aut metuitur, qui discordias regere aut coercere queat. Alia inferiora, quæ sub principe aut aliis superioribus geruntur. Illis unum præfici tutius; ob contentionum atque æmulationis periculum. Hæc pluribus utilius demandantur. Multitudo ferè melius, quàm singuli, de rebus omnibus iudicat. Singuli enim quasdam habent virtutum particulas, quæ simul collatæ unam excellentem virtutem conficiunt.

Quod in Medicorum Pharmacis, ac in primis in eo antidoto, quod Mithridaticum vocant, perspicæ cerni potest. In eo enim pleræq; res per se noxiæ, ubi consultè fuerint, salutare adversus venena remedium afferunt. Similiter in hominibus aliis tarditas & cunctatio; aliis præceps temeritas obest: hæc in multitudine commixtæ temperamentum quoddam & quam in omni genere virtutis quaerimus, mediocritatem pariunt. *His verbis iudicat Buchanan. de Jur. Regn. ap. Scot.*

75. *Plus in oratione Tiberij dignitatis quam fidei erit.* Totus orbis, ait faceret quiddam autor, exercet histrionicam, certè nesciam magis scenæ & populo servitur, quam in actionibus magnæ tum, ubi quo plus pompæ & ostentationis apparet, eo minus solidæ veritatis subest. *Baud. de Induc. Bell. Belg. l. 2.*

76. *Tiberio etiam in rebus, quas non occuleret, suspensa semper & obscura verba, seu natura, sive assuetudine.* Laudant hoc alii, amant, imitantur: Detestantur alii ac notam mali ingenii inde capiunt, quod cogitationes suæ solum impunè conscientium nunquam solidæ, sed ad cæterorum credulitatem tantum idoneæ pietati & virtuti studet. *vid. Barcl. Icon. Anim. c. 11. Examen des Esprits p. m. 116.* Interdum tamen nisi ut sensus sui penitus addantur, in incertum & ambiguum dicta implicentur, non utile modo, sed necessarium quoque est. Scilicet cum arcana imperii, odiosa, invidiosa tractantur, cum mentes & sententiæ aliorum, in senatu etiam explorantur. Nulla sunt meliora consilia, quam quæ ignoraverit ipse consiliarius, qui dederit. Deliberare huius est, sed probare, statuere Principis. Ita occultâ mente, ut quo inclinaturus sit nescire ad libertatem & sinceritatem consilii maximopere spectet. Multa secus

cedere quod qui perficere debebant, magnæ cogitationis nimis manifesti fuere, *Tacit. 15. Annal.*

77. Patribus Rom. *unus metus erat, ne intelligere viderentur.* Periculosum callidas aliorum machinationes exploratas ostendere, si resisti iis primo ictu non possit. Erumpit furor & subdole mentis non quiescens rabies, pernicie intelligentium peractura quod semel destinatum est: Studiosa semper prævenit ne præveniatur. Id igitur sæpe solum insidiarum remedium si non intelligitur. *Tacit. 14. Annal.* Hoc usus Archelaus Cappadociæ R. si intelligere crederetur vim metuens. *Tac. 2. Annal.* Corbulo *Tac. 3. Annal.* Agrippina securitatem simulans *Tac. 14. Annal.* Ut ut igitur intelliguntur artes, pars obsequii in eo est ne deprehendantur. *Tac. 1. 4. Histor.* Sub cuius specie egregio fructu majori astu simulantium machinas eludere atq; antevertere licet. Hoc Marcello profuit adversus Bannium Nolanum *Liv. 1. 23.* Lucretio contra Gentium *Liv. 1. 42. Scip. Amir. 1. disc. polit. 4.*

78. Necessarium est imperanti nosse rempublicam, quantumq; valeat. Metiri sua regna decet viresq; fateri, *Lucan. 8. de Bell. Phos.* Ignorantia virium multum delinquitur. Dum multi, se cum magnos quàm audiunt, credunt, attraxere supervacua & in discrimen rerum omnium perventura bella *Senec. 6. de benefic. c. 70.* Unde id sciri possit saluberrimo exemplo docet Augustus, qui libellum conscripsit, in quo arcanæ imperii vires continebantur. *Opes publica, quantum civium sociorumq; in armis, quot classes, regna, provincia, tributum aut vectigalia & necessitates ac largitiones.* Quem rationarium & breviarium Imperii nominat *Sueton. in August. c. 28. & c. ult.* Similem Cosmum Medicem Hettur M. Ducem habuisse refert Annib. Scotus ad h. l. Augustus verò *cuncta ea sua manu perscripserat.* Id quoq; imitari oportet, ne arcana Imperii periculose evulgarentur. Ut præcipui Mercatores librum rationum secretum fidelissimos quoq; ministros celant, ne patrimonii arcana, ex quæ fidei nervus, detegantur: Sic & principes omnino studio evitabunt, propalari robur & opes reipubl. *vid. b. de re plur. ap. Scip. Amir. 1. disc. Polit. 5.*

79. Dedit Augustus consilium coercendi intra terminos Imperij.

perij. Incertum verò metis an per invidiam. Si posterius, egit ex more multorum, qui comparatione deterrimâ gloriam quærentes successorum virtuti invident ac obicem ponunt; sed improbo: v. *sup. lib. 70.* Si prius (quod verisimilius, quia alibi Alexandri M. res in Oriente gestas legens admiratus fertur, quod ille nunquam induerit in animum parta conservare, sed quæstis alia adicere. *Camerar. 1. horar. subcisf. 2.*) suavitè prudentissime. Vidit magnitudine suâ laborasse Imperium Romanum, pluresq; gentes subjugatas, quam quas tueri aut regere, vel ob ferocitatem aut remotum situm vel ob militum licentiam liceret. Idem Scipionis sua ætate consilium, nolens, cum Censor esset, in soleani carmine precari: *Dij augete, sed servate Rempubl. Saxis auctam dicens, sed quæ difficulter servari queat.* Errant igitur qui ex magnitudine robur imperii æstimant; ac finium dilatationi student. Similes hos aleatorib. *Antigonur* dixit, qui spe lucri nunquam suis contenti, dum alienis inbiant, sua prodigunt.

80. *Nequaquam decorum pudori, legere aliquid aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet.* At controvertitur anue seipsum ad dignitatem quis eligere possit? Sigismundus Imp. cum ob regiam dignitatem primo ordine suffragium diceret, se elegit dicens: *Me novi, alios non aequè an mecum orbis imperio digni sint.* *Dubrav. l. 23. Histor. Bohem.* Sed hoc ipsum improbant Jura *l. fin. ff. de Off. Prator. l. 5. ff. de Off. Proc. l. 4. ff. de Tut. & curat. dat. c. f. x. de Justit. c. permaterias x. de Jur. Patr. c. 33. ib. Panorm. x. de E. l. 11.* & imperantis auctoritas, quæ ambitionis opinione labefactatur. Suspectus est quisquis operas suas ingerit. *l. 25. §. 2. ff. de Procur.* Ubi verò eligentium major pars vel utrinque æqualis aliquem elegerit, votum sibi quemq; dari posse in Aurèâ Bullâ constitutum est. *A. B. c. 2. §. fin. & observatum in electione Ruperti Imp. Abb. Trithem. in Chron. Spanb. Anno 1400.* Ludovici Bavari. *Cuspin. de divis. Imp. ob compet.* Tunc non tam suum quam aliorum judicium salvo pudore sequitur v. *Caval. decis. 40. n. 1. lib. 1.*

81. Negat Afinius Gallus Imperium dividi posse, *Vnum, ait esse reipubl. corpus, atq; unius animo regendum.* Huic in ancipiti quæstione de Regnorum & Ducatum divisione merito stipulamur.

23.
mnr. Iſtam non admittentes, quia eâ dignitas impem̄ per plures
& promiſcuis ſucceſſiones diſperſa, & exhausta vileſcit, robur u-
nitum fortius decreſcit, familiarum ſplendor perit. Domini ſubdi-
torum incommodo multiplicantur, & quæ alia plura inde damna.
Hinc Fridericus Imp. prohibuit *c. un. §. Præterea Duc. 2. F. 55. &*
Carolus IV. in A. B. c. 24. vide hac de re plura lectu digniſſ. proli-
xi ap. *Cochman. conf. 1. per tot. vol. 5. Reinking. de Reg. ſecul. l. 1. cl.*
46. 17.

82. *Aſinius eſſi laudaret Tiberium, nec mmen inem ejus leni-
ni, pridem in viſus.* Nempe nova beneficia veterum injuriarum
oblivionem non inducunt, ut *Machiavelus* probavit. Fruſtra & ſi-
ne pondere improbat *Autimach. l. 3. Theor. 6.* Quare verò apud ho-
mines, præſertim potentes, validior ſit injuriæ quàm benefacti æ-
ſtimatio, traditum legimus ap. *Dion. lib. 46.*

83. *Inviſus Aſinius Tiberio ſanquam ductâ in matrimonium
Viſpanicâ M. Agrippa ſiliâ, qua quondam Tiberij uxor fuerat plus
quam civilia agitaret.* Ita ſerè omnis qui ex regio ſanguine ducit u-
xorem, regio ſaſtigio imminere videtur. Exemplum in *Davide 1.
Reg. 18. & Sejano Tac. 4. Annal.* Judicant enim Principes multum
ex republ. peti, ab his qui ſanguini illuſtri ſe immiſcent, cujus nec
Tiberius ignarus fuit, cum Agrippinæ matrimonium averſaretur:
Sejani cum *Liviâ* diſſuaderet *v. Tac. d. l. 4.* Hoc promovit *Caro-
lum Burgundum*, quod filiam ſuam unicam multis ſpoſpondit, nul-
lâ ſe vivo deſpondere voluit. *Comin. l. 3. Hiſtor.*

84. *L. Arruntium divitem promptum artibus egregiis, &
pariſamâ publicè, Tiberius ſuſpectabat.* Nempe, ſi adverſaretur,
facile reſiſtere poſſet. Id hominum genus maximè cavendum, il-
lis, qui ſoli rerum arbitrium ſibi vindicant, *Cavrian. ad Tac. b.*
Sed quiſquis ejus conditionis ſibi quoq; à Principè caveat. *Arrun-
tius, quæſquam Tiberio nulla vetus in eum ira, perinde offendebat.*
Patet hinc ratio, quare citius & levioribus admiſſis offendant præ-
cipuæ autoritatis viri, quam in inferioribus ſubſelliis locati. Suſpi-
cio eſt, quæ onerat.

85. *Auguſtus ſupremis ſermonibus tractabat, quinam adipi-
ſci principem locum ſuſſecturi abnuerunt aut impares vellent, vel ii-
dem*

dem possent, cupereud. Haud rarum illud de successoribus id electitiis principatibus præcox Judicium. Sed meâ opinione periculofum. Inde & eligentibus turbæ, electo odium & invidia, non capienti ignominia & apud capientem suspicax diffidentia, inde injuria, & tandem exitium. Multis prava spes & conatus.

86. Triplex hominum genus & mens in capiendis dignitatibus ex Judicio Taciti notatur. *Alius suscitatus abnuvit, capax aspernatur: alius impar est, & vult; avidus & minor: alius potest & cupit, non indignus est casus daretur ausurus.* Sed quis ex his melior? Primus, nondum delato honore. Postremus, quando legitime defertur & capiendi sana adest occasio. v. *Charron, de la Sageſſ. l. 1. c. 20. & 60. & l. 3. c. 42.* Ambitionis est captare honores, sed tributos recusare rufficitatis. Medius nunquam excusandus; culpa est asſeſtare, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem suam alii periculofam futuram. *L. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 6. §. 7. ff. de Off. Pras.*

87. *Suspiciam animam* quibusvis verbis perfringi Tiberii exemplo docemur. Cautus verbis esse debet, quisquis sine offensâ tali præditum alloquitur. Et an unquam satis cavere possit, dubito, quia sollicitæ & suspicacis mentis vertiginem animadvertere nendum avertere difficillimum est. Tutius fortè est tacere aut roganti paucissimis respondere.

88. *Tiberius Scaurum, cui implacabilis ira ascebat, silentio transmissit.* Hoc iræ atq; gravis simultatis proprium callide regi. *Tac. 3. Histor.* Obscuri illi irrevocabiles. *Tacis. in Agric.* Idcirco ibidem Noster scitè ait: *Sava cogitationis indicium esse secreto suo asſiari, & in presentia odium reponere.* Sed quid magis decorum Principi tegere an aperire iram? Tacitus in *d. l. de vit. Agric.* exponit. *Honestius, inquit, puta offendere, quam odisse.*

89. *Flexit paulatim Tiberius, non ut faceretur suscipi à se imperium, sed ut negare & rogari desineret.* Nec enim aliter poterat, ne sub specie recusantis, flagrantissime cupere videretur, ac ambitio glucesceret. Astutia imitanda illis qui Tiberium recusando imitantur *juxta*

ibidem. 19.

DIS-

DISCURSUS POLITICUS IV.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

THESIS 90.

Haterius deprecandi causa Palatium introiit, sed offensam non lenivit, majus periculum incidit, cum ambulantis genua advolveretur, penè à militibus interfectus. Ita anceps offensum adire principem, cujus animus ad gratiam paratus nondum est. Qui hoc audent non minori in discrimine sunt, quam qui irato leoni se objiciunt. *Annal. Marcell. l. 24.* Paranda aut querenda per alios gratia est, quam presentia infesti, utit supplex, ingrata tamen impellit.

Respond.
Michaele
Friedo-
borni.
Scrim-
Pom

91. *Haterius Augustam rogavit, ejusq; accuratissimis precibus procedit.* Ita in aulis principum multa fœminas posse ac suis delinquentis iras implacabiles sæpissimè mitigare Livie & Agrippinae exemplis Noster pluribus locis ostendit. Specimen hujus Maximini conjux præbet *ap. Marcellin. lib. 14.* Hinc inter arcana Aulicæ carolarum, fœminarum gratiam clam parare *Forst. ad Tac. b. l.*

92. *Moderandas fœminarum honores Tiberius distulit, muliebres fastigium in deminationem sui accipiens.* Haud sine ratione *ubi. 31. dictum.* Sed annon eadem privilegia Augustæ competunt, quæ principi? Ita dispositum *in l. 31. ff. de LL. l. 6. in fin. ff. de Jur. Fisci. l. 3. C. de quadrien. præsc.* Privatorum uxores, radius mariti continent *l. fin. C. de Incol.* an ergo principum deterioris conditionis? In Gallia sæpius constitutum legitimus, ut Reginae eodem quo reges jure fruantur, privilegium ante omnes creditores habeant, ingressu primo in regni civitates captivos solvant, & quæ alia refert *Tilius lib. de Republ. Gall.* Ego discerno ea, quæ dignitatis atque utilitatis sunt à majestate ejusque juribus. Hæc neganda fœminis. Idcirco venior obtinuit opinio, in Augustam læsæ Majestatis crimen non committi.

93. *Germanico Casari Tiberius proconsulare imperium petiit, licet maximè ipsum formidaret, ut supra noster dixit.* Callido confi-

D

confi-

DIS-

consilio, tum ut insensum & suspicacem animum tegeret, tum ut hoc beneficio Germanici favorem alliceret, tum denique ne ab omni honore exclusus ad novandas res accenderetur. Politica ratio negat ab omni favore principum uno impetu excludi insensos, ut ut iram merentes, ne turbare malint, quam perire inulti.

94. Renuit & juramento obstrinxit Tiberius se numerum *Candidatorum ab Augusto traditum non excessurum*. Liberum procul dubio ex juris stricti ratione Tiberio fuit recedere ab Augusti more, per ea qua not. Dieter. de Summ. Imper. Jur. concl. 38. seq. Reink. de Reg. Secul. l. 1. cl. 3. c. 10. n. 1. seq. Eo magis, quia Lege Regia ad imperia devenientes antecessorum facta, nisi ad dignitatem vel utilitatem Reipubl. peracta, præstare aut sequi non tenentur. Reinking. de lib. num. 18. seq. arg. lib. 22. §. 1. ff. de Adopt. lib. 3. ff. de interd. & releg. Decorum tamen est & ad laudem non minus successoris quam commodum spectat ea, si fieri potest, nihilominus servari Bodin. 1. de Republ. cap. 8. Imò & è publicâ salute, quæ subiras & frequentes mutationes detestatur, eosque qui ut aliquid sui videantur asserre, etiam recta commutant. *Quæst. lib. 3. Infit.*

95. Maxima vis comitorum est, & summa Imperij majestas in iis sita. Unde inter potissima regalia à Politicis semper ea indicendi potestas recensita est Arnif. 2. de Jur. Majest. c. 4. n. 16. Hinc & à Principib. Romanis paulatim & pedetentim attracta. Julius Cæsar comitorum Jus cum populo divisit, consulum creatione, tanquam superioris magistratus, sibi reservatâ Sueton. in Jul. Cas. Idem Augustus secutus est, ita ut potissima arbitrio Principis, quadam mæmen studio tribuum fierent. Tiberius tandem è campo ad Patres transiit, sed usin fin. hujus lib. 1. noster subjungit, *Species ea verbis, re inania aut subdola*. Haud tamen illis assipulamur, qui comitia imperii celebrare summæ majestati ac potestati adversum finistrâ opinionem judicant, quos merito reprehendit eleganti oratione Hospitalius ap. Thuan. l. 27. Histor.

96. Comitorum Jus populus ademptam questus non est, vis inani rumore. Is mos vulgi semper queri, sed si dux absit ultra questus nihil moliri. Sine rectore præcept, pavidum, secors est, Tac. 4. Histor.

Histor. ultra verba nihil aufurum. *Tac. 3. Histor.* Impigræ ejus linguæ ignavi animi. *Salust. in Orat. Marc.*

97. *Mutius princeps licentiam turbarum & ex civili bello ipem premiorum ostendebat.* Sub novo principe in ancipiti est Republica. Magnis conatibus oportuni sunt isti transitus rerum *Tac. 1. Histor.* Quisquis insidiatur imperio, tunc conatus exerit, nondum firmata successoris potentia; tunc quisque demerito suo satisfieri cupit, dum ille obviam ire nondum audet, incerto favore populi ac et asperis odij metu. Quæ cautio? Non inutile Augusti consilium, qui, ut noster in præcedentibus ait, *pauca per vim egit sub Principatus initio, quo ceteris quies esset.* Habendus aut faciendus metus est, *Salust. in Orat. Lep.* Novum Imperium inchoantibus, utilis quidem clementiæ fama est. *Tac. 4. Histor.* Sed ita servanda ut turbamur licentiæ resistatur.

98. *Junius Blafus quia intermiserat solita munia, eo principio lascivire miles.* Ita otium militaris seditionis fons est. Exercitus ex re ipsa atque opere exercitij nomen accepit, *Veget. l. 2. de re mil. cap. 1.* & assuetus expeditionibus, otio lascivit *Tacit. in Agric. Expertus* Corbulo cui plus molis adversus ignaviam militum, quam contra perfidiam hostium erat, dum legiones longa pace segnes mentia ægerrimè tolerant *Tac. lib. 3. Annal.* Idem Metello evenit *ap. Salust. in bell. Jugurth.* Quomodo Romani huic malo laboribus continuis obicem posuerint, tractat fuse *Lips. l. 5. de Mil. Rom. c. 11.* Perniciose errant, qui indulgendo otium & licentiam favorem militum quaerunt. *Tac. 1. Histor.* Reddit indulgentia speciosum præsentis exercitus amorem, sed paulatim & occultè militarem disciplinam minuit *Cæsar. l. 3. de bell. civ.* Delectari videntur milites istis facilibus, sed eosdem contemnunt *Appian. Iberic.*

99. Progressum militaris turbæ scitè Tacitus notat. Notandum his, qui præpedire cupiunt. Principio obstantum, sero medicina paratur, *Primò lascivire, solet, hinc discordare; postim cuiusque sermonibus aures prætere, denique luxum & otium cupere, disciplinam & laborem aspernari.*

100. *Perceunius imperitos animos impellere paulatim nocturnis colloquiis aut flexo in vesperam die, & dilapsis melioribus deterris*

nam quomōdō congregare. Quantum mali ex malæ turbæ p̄vatis conciliabilis præsertim nocturnis, hinc discē. An toleranda? quæritur. Sed quia turbis inde origo & fomentum, merito damnamus. Ita Cato Censor: *A nullo genere non summam periculum est, si casus & consilia, & secretas consultationes esse sinas Liv. l. 34.* Dissuasit Augusto Mænas *Dio. lib. 38.* Fridericus I. Imp. severissime prohibuit §. *Conventicula 2. Feud. 53.* Jure Civili sine autoritate Principis ea celebrare interdictum, & ne patiantur, magistratibus locorum injunctum *lib. 1. pr. lib. 2. §. 1. ff. de Colleg. & Corpor. pœnalæ majestatis in usurpantes statuta lib. 2. ff. d. t. lib. 1. ff. ad L. Jul. Maj.* Collegia tamen quævis non improbamus *vid. Bodin. 3. de Rep. cap. 7.*

101. Rogat commilitones Percennius, *quando ausuri exposcere remedia, nisi novum & nutancem adhuc principem precibus vel armis adirent?* Ita ferè semper *erga novum Principem licentius usurpatur libertas, uti Noster lib. 1. Histor. ait.* Cum & ipsi clementiæ fama sub imperii primordiis comparanda *Tac. 4. Histor. & ut renuendo ostendat graviter metuendum, cum nihil prius aut antiquius favore hominum quærere debeat. Multis tunc spes occupandi Principem adhuc vacuum, Tac. 5. Histor.* Plurimis impetrandi, quæ antea petere ausi non sunt. Omnibus ea cura, ut si quas prærogativas meruerint, eas concedi aut confirmari flagitent, antequam Imperium suscipiat. Sed cum plerumque faciles sint, qui nova scēptra capiunt, atque in concedendo liberales, disceptatur inter Politicos. Anne nimis liberaliter indulta revocare firmato postea imperio possunt? Multis ita placuit, & usu assiduam, etsi non apertè, paulatim tamen & testè infringere subditis concessa semel privilegia, quasi vis quædam concedere cœgerit. *Cæsar. ad Tac. lib. 3. Annal.* Sed displicet. Adversum id fidei, quæ nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corruptitur præmio *Senec. Epistol. 89.* Turpes qui omnia recta & honesta negligunt ut potentiam consequantur *Cic. 3. de Offic.* Melius non promittere quam promissa non servare. Alexander M. cum capto Lampſaco, preces Anaximētis non attendere juravit, quid principi decorum ostendit. *vid. Valer. Max. lib. 7. cap. 3.* Sola voluntatis mutatio in principe, indigna ejus majesta-

maiestate. *A. Fab. in Conf. de Ducat. Montisferr. p. 1. f. 11.* Pro suo igitur bono nunquam revocabil. Pro Reipubl. necessitate tamen poterit. *l. fin. § tot. tit. C. si coner. Jus vel ut. publ. cui liberalitate suae nee plenitudine quidem potestatis praedjudicare potest, Reink de Reg. Sec. l. 1. cl. 3. c. 12. n. 66.* sed & oblationem illius restituitur *Pruckman. § solus a posest. c. 4. n. 2. eff. 1. n. 66.*

102. *Ne dimissis quidem finem militia, sed apud vexillum re- tentor, alio vocabulo eisdem labores perferre, queritur Percennius.* Id ex Augusti instituto, qui post completa stipendia exauctoratos milites onere militiae solvebat, nisi pugnae in hostem, interim non sub signis aut aquilis relinquebat ut ceteros milites, sed sub uno vexillo leorsim, & Veteranos dixit. Nempe ut usum eorum, quos nos militiae dimittebat, retineret, tum quia plenae missionis com- moda semper à Reipubl. representari non poterant. *vid. Lips. de Mil. Rom. l. 5. dial. 19.* Ars in aulis non insueta quâ emeriti eluduntur & vacationis specie falsâ praemiis saepe privantur, & iisdem tamen laboribus, nonnunquam majoribus subiciuntur. Contra refractarios subditos ac onera debita ferre recusantes utilis dolus, ut aliis vocabulis gratioribus eadem Reipubl. munia subeant. Prosiunt blandae voces, subsidij, subventionis, relevij, auxiliij &c. quibus se- licitus impetratur, quam duris istis tributorum, Accisarum, collectarum, Gabellarum, Angariarum nominibus imperatur. *Gentil. adv. Machiav. in pr. Theor. 1. p. 32.* Ita Edvardus 4. Angliae R. Benevo- lentiam tributa nominavit, atque singulis conferendi arbitrium reliquit, sibi inde de affectu in se benevolo iudicium reservans. *Kekerm. in mss. Philos. disput. 34. quest. 8.* Simile exemplum de Constantino Chloro refert *Pezel. in mss. Hist. p. 2 sub Constant. Chlor.*

103. *Depulsi a mulatione seditiosi milites, dura sua quisq; le- gionum honorem quarebant.* Pestis concordiae est mulatio, atq; invidiosus mater, quae, quos sub potestate suâ habet, sapere non sinit. *Dionys. Halic. l. 11. omnesq; perire mavult, quam pares nedum superiores ferre Lamprid. in Commod.* Perniciosum Reipubl. experientia Graecia Medicis terroribus defuncta *Sabellus. lib. 5. Ennead. 3.* & Italia cum Magnis Sfortia & Braxius Montonenf. optimi amici in vicio ad infensos animos progressi publica arma, moverunt *Iovius*

ex male turbz privatis
i.e. An toleranda? quæ-
mentum, merito dampna-
nissimum periculum est,
eff. *l. 1. § 1. 34.* Dis-
dencius I. Imp. severissi-
tate Civili sine authorita-
te patiantur, magistrati-
ff. *de Colleg. & Corpor.*
lib. 2 ff. d. 1. lib. 1. ff. ad
probamus vid. Bodino

is, quando a usuri expo-
e principem precibus vel
m Principem licentius u-
t. Cum & ipsi clemen-
da *Tac. 4. Histor. & ut*
cum nobis prius aut anti-
Multis tunc spes occupan-
Plurimis impetrandi,
ea cura, ut si quas præ-
ari flagrent, antequam
ciles sint, qui nova sce-
disceptatur inter Po-
are firmato postea im-
dunt, etsi non aperte,
concessa semel privile-
Carion. *ad Tac. lib. 3.*
quæ nulla necessitate
anno *Senec. Epistol. 89.*
ut potentiam conse-
ere quam promissa non
to, preces Annimontis
m ostendit. *vid. Valr.*
in principe, indigna ejus
maiestate.

in vit. Sfort. Prohibenda ergo ubi concordiam servari expedit. Cum hæc Reipubl. exitiosa, optimum remedium æmulationem ferere, eâq; conatus noxios turbare. Ita ea contra Rempublic. conspirantes sæpè discegat, ac invicem infensis animis commiscet. Juvat Magistratus, si alios magis colit & honorat, alios negligit: *Roderin. de Rep. Florent. c. 32.* Idem metuendæ nimis unius potentis remedium collegam addere ac æmulationis studio accendere. *Clapm. de Arc. Rerumpubl. l. 4. c. 12.* Hoc Mecænas Augusto suavit, cum duos Præfectos Prætorii constitui morderet. *Dion. Cass. l. 52.* Eouius Fibrius Germanico jungens Pisonem. *Tacit. 2. Annal.* Ferdinandus Hispaniæ Rex contra Magnum Consalvum *Clapmar. d. l. v. Bodin. 4. de Rep. 5.*

104. *Properantibus Blasus advēnit, increpabatq; & retinebat singulos.* Prudenter nec ne? merito dubitatur. Furenti plebi aut militi occurrere & resistere contrariis exemplis felix & improspertum aliquando legimus. Arduum & anceps est adversus iram præliari *Plutarch. in Mar.* Compertum tamen unius viri auctoritatem plurimum valuisse. Exemplum in M. Popilio consule *Cic. in Brut.* Menenio Agrippa *Liv. l. 2.* Petro Loredano apud Venetos *Bodin. 4. de Republ. 7.* Franc. Soderino apud Florentinos *Machiav. 1. disc. de republ. c. 54.* ubi id imitandum proponit. Probatur à melioribus, quando nondum adulta seditio est, sed incipit: Ubi vires jam sumit atq; in cæcum furorem prorupit, plebs istar feræ est, quam quo durius ferias eo magis effertur, nemini parcat, & *ut Noster l. 3. Histor.* inclementer in Principem invehi solita, nihil spei sibi inter adversa relinquit. Idcirco popularis vitæ se objicere tunc periculosum.

105. *Tandem perviciaciâ vitæ inceptum omisere.* Multum valet adversus turbantes constans & immotus animus, se turbari non patiens. Omittit potius prævalidas turbas, quam ut moventibus cedat. Fortiter resistendo, quamdiu id sine discrimine licet, multorum audacia languescit. Omnis multitudo, maxime militaris, mobili impetu fertur. Ita seditionis non remedia; quam principia majora sunt. *Curt. l. 9. Histor.* Ferocior illa ad rebellandum quam bellandum. *Liv. lib. 7.*

106. *Non per seditionem & turbas desideria militum ad Casarem ferenda, ait Blasus.* Nempe quia *contra morem obsequij, contra sui disciplina, vim meditari.* Indignum, nec utile. Obsequio mitiganatur imperia. *Curt. lib. 8.* Contumacia atq; inanis jactatio famosa fatumq; provocat. *Tac. in Agric.* Caveat princeps per turbas postulantibus concedere, ne acies autoritatis hebescat, & periculosa armis adeundi Imperatores assuetudo tandem licentius effertur. Ita Consules Rom. *ap. Liv. l. 4.* *Concedendo omnia non mitior in se plebem, sed asperior, alia ex alio iniquiorum postulando, cum prima impetruisset futurum:* &c. Præstat igitur primam dimissionem subire, quam serò aut nunquam audaciæ temeritatique obviam ire.

107. *Parum in tempore incipientes principia curas onerari,* Blasus monet. Prima quippe Imperiorum exordia Principibus gratulationum non negotiorum tempora esse solent, & meritò debent. Cumenim *ut ante dictum,* novum & nutantem principem adire moris serè sit, ne ob fortunæ dementamenta, aut nonnihil cogniti seu firmati Imperii necessitatem sibi vel reipubl. facilitate suâ noceat, expediet certum tempus à negociis vacuum firmandæ potentæ ac noscendæ reipubl. servari, nisi si quæ moram non patiatur. *Cæcilian. ad b. l.*

108. *Adclamant milites, Blasii Filius Legatus peteret missio- nem ab sexdecim annis, ceterum mandaturus, ubi prima provenisset.* Inconsultum putatur, plura simul à principibus desiderare. Dividere preces & aliquas ex iis differre impetraturis commodius. Ob illud namque Princeps offenditur, concedere omnia gravabitur, aut relictis gravioribus levia concedet, minori culpâ quàm si singula petita renuat. *Forstner. ad Tac. b. l.* Adversus id consilium cautio Principis est, ne facilitatem suam tentare nec in futurum præjudicia & frena voluntatis introduci permittat.

109. *Superbire miles, quod filius Legati orator publice cause, facit ostenderet, necessitate expressa, qua per modestiam non obtinuerunt.* Eum ut cristas erigat populus, si quædam vi & metu à dominantibus extorta videt aut putat. Inde leges & incitamentum turbarum, quoties precibus impetrare desperat, *vid. Thef. 106.* Imò pesti-

32.
pessimam seditionis flabellum, si vulgus se metui sentit. Nihil in eo modicum terret ni paveat, ubi pertimuerit impunè contemnitur *Tac. 1. Annal.*

110. Contagiosa omnis seditio est. *Manipuli Naupturum missi ubi in castris turbatum accepere vexilla convellunt.* Contra luem remedium, segregari ab infectis, ita adversus turbas, à turbidis longè quietos removeri *Guicciard. lib. 16.*

111. *Rufus in vitis operis ac laboris, eoque immitior, quia toleraverunt.* Ita ferè semper aliis nihil quidquam indulgent, qui oneri ac legi satisfecerunt. Salutare, id si cum modo & temporum hominumque discrimine adhibito. Corruptis nimium moribus inepti isti rigorosi, qui prævalidis vitiis, quibus ira ipsorum non sufficit, paulum connivere & corrigendi commoditates expectare aut fastidiunt, aut ignorant. Nocet antiquus rigor & nimia severitas cui pares jam non sumus *Tacit. 1. Histor.* Aut coercentis infirmitas ludibrio erit, aut sævientis medicina evadet carnificina exitio ipsius Reipubl.

112. *Blasus paucos maxime prædâ onustos ad terrorem cæterorum adfici verberibus, claudi carcere jubet.* Num prudenter? exitus ostendit. Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: Sic animadversiones magnarum potestatum terrent latius, quam nocent *Senec. 1. de Clem. c. 8.* Metuendi causa si apud omnes eadem, nec quisquam, aut saltem pauci aliorum furori impares incorrupti, corrigere quam coercere tutius est: Periculosum paucos punire, cum omnes penam merentur, quia cæteros aut commiseratio, aut terror & similibus metus ad turbas plerumque adigit. Supplicium vel mitissimum exasperat. Violentæ actiones utut sint omnium iustissime irritant. *Dion. lib. 55.* Magis noxium si id in conspectu aliorum, ubi, dum nihil reliqui fontes faciunt, quo minus invidiam, misericordiam, metum & iras permoveant, accurrunt ab universis.

113. Uno turbante facile plures seditioni duces. Omnes quibus ex turbis lucrum periculo teip. insurgere malunt quam suo quiescere. Sed id miserissimi quod in potestate sceleratissimi, ejusque linguâ in optimis necis vitæque arbitrium situm est, ut *Fibulenus* exemplo suo testatum reliquit.

DIS-

DISCURSUS POLITICUS V.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

THESIS II.

Quia seditiosi milites, effructo carcere desertores, ac rerum capitalium damnatos sibi miscent, flagrantior inde vi. Nempe isti faces & turbae turbarum sunt, quibus neque res neque spes bona ulla: quibus quæta movere magna merces videtur. *Salust. in bell. Catilin.* Ob metum seditiones movent, tam hi, qui fecere injuriam, metuentes poenam; quam ij, qui in se expectant, prævenire volentes, priusquam ea inferatur. *Aristot. 5. Polit. c. 3.* Nihil frequentius quam ut plebs furiosa primo impetu carceres effringat, victos liberet, sibi misceat, majori Reip. periculo. *Bellè Cyr. Sponto. p. 4. cor. dol princip. ait. Il Principe non trovò a maj nemici più feroci de cittadini de sperati.* Non raro placuit sub auspiciis turbarum confestim mittere, qui delictorum manifestos in custodia necarent, ne inde malo incrementa, sicut Florentiæ factum refer: *Petr. Ateſtin. de reb. Florentin. lib. 6.*

Respond. Christiano Redj Resp. Arch. Mezapol.

115. *Ne hostes quidam sepulcrum invadent.* Sepelivit Hercules hostes suos, Achilles Hectorem, Ulysses Ajacem. *Camerar. 2. bor. sub. cap. 64. in fin.* Hannibal Emilium Paulum, Tib. Gracchum, Marcum Marcellum Romanorum Duces, *Valer. Maxim. 4. s. c. 1. L. Cornelius Conf. Roman. Hannorem Liv. 1. 22.* Mithridatem Pompejus, Archelann Antonius, Antonium & Cleopatram Cæsar. *Plutarch. in vit. Anton.* Ita Græci contra Xerxem dimicaturi, fœderis capitibus & Juramento hæc verba continebant: Socios omnes sepeliam, & ubi bello existitero victor, etiam Barbaros *Mures. 1. 3. var. lect. c. 10.* Fit sepultura ob humanæ conditionis memoriam *l. 27. pr. ff. de Condit. Inst.* atq; humanitati & naturali affectui debetur *Senec. 5. de benefic. c. 20.* Jure gentium sancita *Petr. Faber 2. Semest. c. 1.* cujus communionem hostes vivi fruuntur *l. fin. ff. de Legat. nendum mortui.* Mors juratorum finis est mortalibus. Nam majus aliud quid potest letho dari? *Enrip. in An-*

E rigon.

se memi sentit. Nihil in
tuerit impunè contemni-

Manipuli Nauptorum
la convellunt. Contra luem
clius turbas, à turbidis locu-

coq. immittor, quia tol-
m indulgent, qui oneri
pelo & temporum homi-
nimum moribus inepti
tra; forum non sufficit,
ates expectare aut fa-
lor & nimia severitas cui
te coercentis infirmitas
et carnis exitio ipsi-

illos ad terrorem catero-
Num prudenter? exitus
cadant, omnium metu:
te terrent lacus, quam no-
la si apud omnes eadem,
ori impares incorrupti,
sum paucos punire,
aut commiseratio, aut
es a digit. Supplicium
suntur sint omnium ju-
m si id in conspectu a-
quo minus indignam,
urritur ab universi.
duces. Omnes quib.
ant quam suo quiesce-
teratissimi, ejusq; lin-
strum est, ut Fibu-
eliquit.

D/S

tigon. Idem in Supplic ait. Fecere vobis siquid Aegrii male, cecidēre; in hostes ista vindicta est satis. An idem in hæreticis? ambigitur. Sepulturā eos non privare humanum est. *per l. 9. C. de Hæret. & Manich. Warenb. ab Erenb. in Medicam. pro Fæderib. l. 2. cap. 1. n. 92. Autor de Jur. Princip. concl. 32. lit. d.* Sed Ecclesiasticam seu quæ ceremoniis & ritibus Ecclesiæ Christianæ consensu receptis peragitur, indulgere impium videtur *c. Sacris est 12. ext. de Sepult.* Hæc enim defunctorum ultimo honori tribuitur, & pietatis testimonio à cuius commercio impii excluduntur. In hoc piis DEUS ipse præmium posuit, *2. Chron. 24. v. 18. & c. 34. v. 27. 28. Num. 20. v. 29. 1. Sam. 25. v. 1.* improbis poenam determinavit, *1. Reg. 14. v. 11. 13. & c. 21. v. 28. seq. Jerem. 16. v. 4. 6. 7.* eorumque exequiis discrimen divina autoritate constituit, *uti patet 2. Chron. 24. v. 26. & c. 28. v. 27. Actor. 8. v. 2. Junct. c. 5. v. 6. & 10.* Quid absurdius, quos vivos ad hæresin damnamus, eos mortuos beatos prædicare velle. *De damnatis atrocium criminum sepeliendis disse- rendi ad lib. 5. Ann. occasio erit.*

116. Miserrima Ministrorum aulicorum conditio est. Quicquid invidi principes delinquent illi luunt, iræ vulgaris piacula, Ob Blâsum à Vibuleno accusatum *pars militum gladiatores, qui è Servisio Blâsi erant, pars cæterum ejus familiam vinciunt.*

117. *Tiberius abstrusus, & tristissima quæq; maxime occultans* exemplo admonet, quantopere expediat, perplexa & mœsta à Principibus dissimulari. Ut navarcha desperante navigantes maximè terrentur. Sic nullares populum magis commovet, quam si imperantem metu consternutum cernunt. Hinc fit, ut de medicinâ incuriosos, in summa pericula mittat. Venturi timor ipse mali, *uti Lucan. l. 7. canit.* Inde enim animi deliquium, rerum neglectus, in imperantes questus, indignatio, nullum cavendi studium, sed ingruentium stupida expectatio, & desperatio. Hæc mala prudenter prævenit apud milites suos Scipio *Liv. l. 29. Vercingetorix. Cesar lib. 7. de bell. Gall.* E contra Varro auxit post Cannensem cladem rerum suarum suiq; contemptum nimis detegendo nudandoq; apud Campanos atq; hi deficerent effecit *Livius l. 23.*

Lij. Tria præprimis celando proficiunt. (1) Si alacritatem in tribus simulat, nec metus indicium promat. Id de Alexandro M. *Cari. l. 4. & Vercingetorige Caf. d. l. 7.* laudatur. (2) curet ne rumores divulgentur ac periculum si tristitia essutire. Laudabile verus Gallorum institutum, de quo Jul. Cæsar *l. 6. de Bell. Gall.* ita habet: *Qua civitates commodius suam rempublicam administrare existimantur, habent legibus sancitum, si quis quid de Repub. à finitimis rumore aut fama acceperit, nisi ad magistratus deferat, neve cum aliis communicet: quod saepe homines temerarios atq; imperitos falsis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de summis rebus consilium capere cognitum sit. Magistratus qua visa sunt occultare, queq; ex usu judicaverint multitudini produnt.* (3) Avertat à vero falsis præoccupando mentes hominum *nisi de Scipione Liv. d. l. 29.* Italici præventæ aures adversa difficilius admittent aut dubiè credent. Sed hæc in rebus quæ cæleri possunt. Sed quæ supprimi si leatio nequeat ab ipso principe evulgari tutius, *nisi exemplo suo docet Eumenes ap. Justin. l. 14.* Sed de hoc alibi plura.

118. *Missi Tiberius Drusum filium cum primoribus civitatis, nulli certis mandatis, ex re consulturum.* Id apud Romanos receptum in ambiguis, dubiis & periculosis negotiis laxis mandatis mittere legatos *Salust. de Bell. Jugurth.* cum hac clausula caverent nequid Resp. detrimenta caperet: *Liv. lib. 2. Histor.* rebus turbidis pro tempore ut consulerent *Tac. l. 12. Annal.* consilium pro re & tempore caperet *Cæs. lib. 5. de Bell. Gallic.* Repertum est variis experimentis caruisse successu actiones, quod agentium potestas nimis restricta fuit nec lignites mandati excedere ausu est. Ita gloriæ stimulus cum nihil virtuti & studio reliquum est, perit & industriam enervat, celeritas rerum gerendarum impeditur, occasio gerendi perditur. Impossibile cuncta mandato includere quæ præsens rerum status demum suggerit. Consilia magis res dant hominibus quam homines rebus *Æmil. Paulus ap. Liv. lib. 22.* Opportunitas etiam & occasio, quæ animarum actionum est, *Pachym. l. 3. Histor.* in cunctis rebus humanis dominatur *Polyb. l. 9.* magnamq; partem in quibus vis rebus ad expediendos magnos conatus habet

E 2

Polyb.

quid Argivi malè, cecidit in hæreticis? ambiguum est. per l. 9. C. de Hæreticis. pro Fæderib. l. 2. lit. d. Sed Ecclesiasticæ Christianæ consensu legitur. Sacra est 12. ext. de honori tribuitur, & pietatè xcluduntur. In hoc piis 2. 4. v. 18. Ec. 34. v. 27. 28. pœnam determinavit, 1. m. 16. v. 4. 6. 7. eorumque constituit, nisi pater. Chron. 1. 3. c. 5. v. 6. 8. 10. Quid timemus, eos mortuos beatos, numerum sepeliendia disse-

corum conditio est. Quicquid, iræ vulgaris piacula, Obsequium gladiatores, quæ Sor-

am vincunt.

ma quæ maxime occulans

perplexa & mœsta à

perante navigantes ma-

commovet, quàm si

fit, ut de medici-

venturi timor ipse ma-

deliquitum, rerum ne-

nullum cavendi stu-

& desperatio. Hæc

Scipio Liv. l. 29. Ver-

patra Varro auxit post

temptum nimis dete-

beneficentia effecit Liv. l. 29.

Polyb. l. 10. nec definiri potest, nec informationē superioris expectat sed momento prætervolat, si cunctatus paulatim fuerit, eam omis-
sam mox nequicquam quereris *Liv. l. 25.* Hinc judicare licet, An &
quando legatos strictis mandatis ablegare expediat? Nempe si quæ
geruntur certa sunt, certo prævidentur nullis aut modicis casibus
incertis obnoxia. In cæteris affirmativæ aliorum non astipulamur.

119. *Germani custodes Imperatori Tiberio aderunt.* Is honor iis
à præfisis Imperatoribus habitus est olim. Hispanis datus est à Julio
Cæsare *Sueton. in Jul. Caf. c. 86. & Augusto Sueton. c. 49.* ut custo-
diam corporis gererent. Sed iis dimissis hic Germanos ascivit Sed
ob Vari cladem metu & suspicione dimisit, *Sueton. c. 48.* mox re-
sumpsit. Idem subsequitis Cæsaribus placuit ad Galban usq; qui co-
hortem Germanorum olim à Cæsaribus ad custodiam corporis insti-
tutam atq; multis experimentis fidelissimam dissolvit, *uti ait Tacit.
l. 1. Annal.* Sed postea receptam Historia testatur. Nostro ævo mos
perennat. Imperator, Papa, Hispaniæ, Galliæ, Sarmatiæq; Reges,
Magnus Hetruriæ Dux aliq; exteri Principes vitam suam Germa-
norum & præsertim Helvetiorum tutelæ commendant *Lans. in O-
rat. 1. pro German. p. m. 78.* Hinc disquirendi materia, An prin-
ceps exteros potius quam suos ad custodiam eligere debeat? Si hos
planè excludat metu ne Tyrannidis suspensionem atq; suorum indi-
gnationem moveat. Qui vitam fortunasq; Principis arbitrio com-
mittentes indigne ferent, se custodiâ indignos judicari. Prompta
alias indigenarum ira & invidia in exteros quos eminentiori loco in
civitate suâ cernunt. Suos simul & exteros excubiis præficere de-
corum magis & utile. Ita Romanis Imp. præter Germanos ad-
erant milites prætoriani Italiæ alumni & Romana vere Juventus *Tac.
1. Hist. & Evocati vid. Lips. l. 1. de Magnit. Rom. c. 4.* Galliæ Reges
tria satellitia habent Scotorum Helvetiorum, Gallorum. *Claud. Ma-
lingre en Histoire de Louis 13. Roy. de Franc.*

120. Nullum animal morosus est, nullum majore arte trañan-
dum quam homo. *Senec. 1. de Clem. c. 17.* nedum bellua ista mul-
torum captum Vulgus, præsertim cum furore agitur, pruden-
tem rectorem desiderat. Hoc officio per alios tutius Princeps fun-
gitur,

...is superioris expectat
 ...miferit, eam omif-
 ...iudicare licet, An &
 ...e die? Nempe si qua
 ...aut modicis calibus
 ...non astipulamur.
 ...aderant Is bonor iis
 ...datus est à Julio
 ...*Sueton. c. 49.* ut custo-
 ... Germanos ascivit Sed
 ...*Sueton. c. 48.* mox re-
 ... ad Galban usq; qui co-
 ... bodiam corporis insti-
 ... solvit, ut ait Tacit.
 ...*Nostro* xvomos
 ...*Sarmatizq;* Reges,
 ...*pep* vicam suam Germa-
 ...*Lanf. in O-*
 ...*com* mendant *Ant. in O-*
 ...*rendi* materia, An pro-
 ...*eligere* debeat? *Sihos*
 ...*atq;* *lucrum* indi-
 ...*Principis* arbitrio *com-*
 ...*ignos* iudicari. *Prompta*
 ...*quos* eminentiori loco in-
 ...*nos* excubiis præficere de-
 ...*præter* Germanos ade-
 ...*omana* vere *Juventus Tac.*
 ...*Roms. 4.* Galliz Reges
 ...*Gallorum. Claud. Mæ-*
 ...*um* maiore arte tractan-
 ...*edum* bellua ista mul-
 ...*te* agitur, pruden-
 ...*os* rucus Princeps fun-
 ...*giur,*

gitur, cui anceps furor plebeiose obicere aut profiteri, *Dyon. Halicarn. l. 39.* Sejan. exemplo magna apud Principem autoritate ef-
 fedebet, & ceteris periculorum prætorumq; ostentator Ex hoc spes
 & metus, quæ duo laetant, cogunt, regunt populum.

121. Furibunda plebs ad sanam mentem non tam prope re-
 dit quam inde recedit. Saepe quasi per officium agit, prætere videri-
 tur; Sed his iniitiis haud temere fidas aut de illis glorieris. Osten-
 dunt seditione legiones quæ intus de formis & vultu, quamquam
 inoffensivè instarentur, consumaciæ proproveserant. Ita & alibi
 Noster ait, *Rarus per vias populus, mixta plebs, dejecti in terram*
multum vultus, ac plus tristitia quam penitentia Tac. l. 1. Histor.
 Verum hoc de militibus Romanis Offilij Calavii ad Campanos suos
 augurium ap. Liv. lib. 9. dicens: *Silentium obstinatum, fixos in ter-*
ram oculos, & surdos ad omnia solaria aures, & pudorem intuen-
da lucis ingentem molem irarum ex alto animo cœntis indicia esse.

122. Leve & inconstans vulgus esse instar marinorum fluctu-
 um accedentium & recedentium Antoninus dixit ap. *Dion. lib. 71.*
 Vivis id picturis nostro exemplo Legionum delineat. *Quoties oculos*
ad multitudinem reulerunt vocibus truculentis strepere. Quippe
 ipsa metus exsolnerat audax Turba suos: quicquid multis pecca-
 tur inultum est, caente *Lucano* & ubi vires suos respiciunt, securi-
 tas *Tac. l. Histor. viso Casare trepidare* Nempe Majestas vultu &
 aspectu saepe terret: *ut exemplo Augusti b. l. noster monet.* Inde in-
certum marmar, atrox clamor & repente quies. Ita diversis animo-
 rum motibus pavent, terrentq;. Felix qui inter hos fluctus mediè
 moderari novit, ut paventes moveat, terrentes non irritet.

123. Lupum a iunc auribus non teneri, at populum & civita-
 tem auribus maximè oportet ducere *Plumarch. in polit.* verba apud
 eum plurimum valent. *Tac. 4. Histor.* His improba furentis plebis
 desideria saepe eluduntur. Idq; Tiberio placuit conari. *Mittit li-*
teras quas interrupto tumultu Drusus recitat. Primò grato sollicitu-
 dinis suæ atq; laudum nuncio aures occupare studet scribens, præ-
 cipuum ipsi fortissimarum legionum curam, quibus cum plurima bel-
 la toleravisset. Hinc pollicetur ubi primum à luctu requiescet animo,

acturum apud patres de postulatis eorum. Promptitudinem contēstandæ ait *mississe interim filium ut sine contatione concederet quæ statim tribui possent.* Ita in levissimis annuendo spem majorum differre voluit, existis horum spem injecturus. Et quo non sponte suâ differri ostenderet: *cætera senatui servanda præterdit.* Ita laus, promissa, dilatio & cupitorum in alios rejectio flagrantem plebis furorem sæpe sedant, aclaçant.

124. *Senatum neq; gratia neq; severitatis expertem haberi par est.* Pro Senatu semper præsumptio firma optimi judicii militat. Inq; eo fraus præsumitur qui sapientes civitatis tanquam suspectos recusat. *Bald. in l. hoc modo n. 1. ff. de Condit. & demonstr.* Unde Senatus vel Decurionum ordinem ut suspectum recusari non posse communis tradit Jctorum sententia, *Vivius l. 1. Comm. opin. in verb. Suspecti Gail. 1. Observ. 33. n. 2.* quam sub hac limitatione accipio, nisi causa suspicionis omnes qui in Senatu sunt æqualiter attingat & oneret. *Boer. decis. 269. per tot.*

125. *Novum id plane milites clamant, quod Imperator sola militis commoda ad Senatum rejiciat.* Non ita nova ars est, quæ aperte denegari non possunt, ad alios referre. Ab anterioribus ea quoque usurpata est Principibus, culpam denegationis à se amolientibus.

126. *Noctem minacem & in scelus erupturam fors lenivit.* Hæc plurâ sæpe præstat, quæ consilio & studio assequi non licuit. Plus humanis consiliis fortuna pollet. *Liv. lib. 44. & destinata salubriter omni ratione potentior discutit, Curtius l. 3.* Interdum tamen levi momento res maximas decernit. *Plutarch in Cleomen.* Absit tamen ut ea præses aut rectoris consiliorum constituatur. Veterum sententia probatur. *Rerum dubiarum & que in casu posita sunt, quoties de Republ. agitar, nullum pondus esse oportere. Bodin. 3. de Republ. c. 1. ubi Fortunam à consiliis plane arcendam suadet.* Pulchrum est, quod Cæsar hic egit, quæ casus obtulerit in sapientiam vertere, atq; ex Fortunâ præsentis consilia capere. Sed ea in incertum & futurum ejus arbitrium conferre, eiq; rationem submittere stultissimum. *Excipio ardua & perplexa consilia quibus impar pruden-*

dentia est, hæc fato permittenda *Tacitus lib. 6. Ann. monet.* Nos divinæ providentiæ DEI fortunæ summi arbitri committenda ex sacris oraculis edocemur.

127. *Mobiles sunt ad superstitionem percussa semel mentes.* Nec enim ut apud *Curtium lib. 4. Histor. legimus*, ulla res multitudinem efficacius regit quam superstitio, quæ alioquin sæva, impotens mutabilis, ubi semel religione capta est, melius vatibus paret quam ducibus. Veteres verè quidquid autoritate apud Romanos id frequenter voluerunt, id eo munimine inceperunt. Apud Gallos *Jul. Cæs. l. 6. de Bell. Gall.* apud plurimas gentes inde legibus autoritas sua petita est *uti ostendit Schönborn. 3. Polit. c. 2.* Trahunt ferè huc omnibus quibus quæstuitunt capiti superstitioe animi *Liv. l. 4.* Sed num utile consilium in superstitiosos errores mentes populi adducere? Inter Politicos anceps digladiatio est. Multis hoc palpo imperitos animos decipere ac flectere probatur. Inter hos *Polybius*, qui de Romanis disrens his verbis judicat. *Quod partem eam, qua Religionem & Deos spectat, in Republ. sua sic conformarint, & penè tragice extulerint, ut nihil sit addere, mihi quidè videntur plebis cau- sã fecisse. Nam si è sapientibus viris Rempubl. fas constituere: nihil prater leges appetat, incunda ac violenta, utile fuit interno hoc terro- rus Superstitiois velut trugedia cobiberi.* Veruntamen multiplex ratio mecum improbat huic humanarum mentium ludibrio, *uti vo- cantur ap. Curr. l. 7.* causam aut fomentum præbere. Hinc pietati ple- rumq; pernicies. Gens superstitioni obnoxia religioni adversa est *Tac. 5. Histor.* Nam error insanus illa existit, dicente *Senec. Epist. 124.* amandos timet, quos colit violat. Quo qui est imbutus quietus esse nunquam potest *Cic. 1. de Finibus.* & qui eum studiosè implantant, canense *Lucretio*, faciunt animos humiles formidine Divùm depre- sosq; preant ad terram. Inde tenax persuasio, quæ stupido impe- tu in contumacem pertinaciam, sæviciam immitem, morus & rebel- liones plerumq; exit. Quare torrentium instar superstitionem esse dicitur, qui nullis obicibus retardari queunt, quo minus campos

intra-

audent & aliquandiu noceant, *Papyr. Masson. lib. 3. Annal. Francor.*
 Exempla furoris superstitiosæ multitudinis *vid. ap. Camerac. 1. hor.*
Subcis. c. 40. & 41. Cohibet quidem animos sed raro ad bona, sæpius
 ad mala incirat. Cæterum si jam moveatur superstitione populus,
 nec aliudquam ex eadem turbarum remedium, quatenus salvâ pie-
 tate quæ inviolabilis servanda est, fieri potest. *Utendum eâ inclina-*
tione, qua & casus obrulit in sapientiam vertenda sunt. Drusi factum
 haud reprobamus aut si quod isti simile erit.

128. Utilis ad tumultus sedandos virorum prudentum ac e-
 loquentium opera est, Sed eorum qui *grati invulgi* sunt. *Boter de*
Politia. 5. c. 8. Insuper animo infesto turbant magis moventq; Hac
 ratione Romanis quondam placuit Oratorem ad plebem mitti *Me-*
nenium Agrippam faciendum virum & quod inde oriundus erat, ple-
 bi carum *Liv. 2. Histor.* Sed quomodo grati esse debeant, Noster
 ostendit, *Boni* videlicet *artibus.* Nam qui ambitu aut largitione
 aliisq; infidiis favorem popularium suæ potentix quærunt, peri-
 culosè ad verborum licentiam aut consiliorum communicationem
 cum populo admittuntur, ne sibi non reipubl. inde commoda quæ-
 rant. Sicut plurimis experimentis probat *Historia. Marnix. re-*
solut. polit. 7. c. 3. Concionatores & Religionum Antistites præ cæ-
 teris egregios ac animis, in quibus post ejectam majestatis humanæ
 reverentiam divini metus reliquæ remanere solent, sedandis ac-
 commodos *conferet Job. Boter. d. l. c. 8.*

129. Dux res plurimum in animis humanis valent *Spes &*
Metus. Contrarii hi affectus & rarius salubres cum separati sunt.
 Spes sine metu audaciam generat & incautam securitatem *Thucyd.*
lib. 7. Metus sine spe omne consilium & rationem demit. *Xiphil.*
Pomp. malus interpret est *Liv. lib. 27.* in desperationem inquietam,
 ac turbas inducens. Cæterum cum inter se miscentur juncti ma-
 gnas ad regendum & suadendum vires habent. Quantum ex me-
 tu horrent animi tantum spes eos erigit. Qui illum in patienter fer-
 runt hoc facile demulcentur *Appian. lib. de Bell. Hispanis.* Id igitur
 turbantibus militibus sedandis prudenter observatum quod qui gra-
 ti in vulgus eam curam suscipiunt, simul *spem of-*
ferunt, metum incendunt.

DIS-

DISCURSUS POLITICUS VI.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

130.

Tarda sunt quae in commune postulatur, privatim gratiam statim mereris, statim recipias. Vel quia multitudini difficilium indulgetur, in qua plures non merentur, aliis invidetur, alij odio habentur, vel quia singuli acius petunt, quam omnes, studiis voto & conatu inter se discordes. Scipius placuit hoc consilium, multitudinis preces & desideria eludere dam potentioribus, sine quibus invalida plebis ira est, privata tribuitur gratia, quo in commune postulare ac caeterorum petita informare desinant. Sed an viri boni sit, cum legitimè petitur, objecto bolo à communibus commodis se pati divelli, valde haesito. Ea enim quae communiter omnibus profunt iis quae specialiter quibusdam utilia sunt proponenda esse didici, *Antib. res quae C. commun. de Leg. Nov. 39. c. 1.* Plus quisque reipubl. debet quam sibi suoj; patrimonio privato.

Respond.
Georgio
Andrea
Zburn /
Nobil.
Pom.

121. Non ut impetu exarsit Populi furor, sic exstinguitur. Peditentem & per gradus ad quietem revertit aut reduci solet. Quomodo ostendit Tacitus. Primum commovere mentes turbidas oportet, ut ad cogitationes alias deflectant: Deinde suspectas reddere, ut fiducia, vinculum conspirationis dissolvatur: postea dissociare. Sic redit amor obsequij. Sed paulatim.

122. Drusus quanquam rudis dicendi, nobilitate ingenitâ inusu prius, probat praesentia, negat se errore & minis vinci; flexos ad modestiam si videat, si supplices audiat, scripturum patri. Ejusmodi generosus spiritus Principem decet qui constantiam suam attentari non patitur sed inter timidam lenitatem & invictam duritiam media vi vendit, ut nec audacia cedat nec modestis precibus ares obtinet. *vid. thes. 106. & 109.*

133. Caeterarum sententia cum alij comitate permulcendam militum conferent: Alij fortioribus remediis agendum. Ita scipius certatum. A consulibus Romanis ap. Liv. l. 2. Histor. Caesare & Catone. *Salust. de bell. Catilin.* Sed quae sententia prudentior?

F

Du:

Annal. lib. 3. Annal. Francor.
vid. ap. Camerac. i. bor.
feditario ad bona, scipius
superstitione populus,
dum, quatenus salva pie-
tate. Utendum ea inclina-
tenda sunt. Drusifacum
erit.

virorum prudentum ac e-
pau. in. gus sunt. Beter de
bunt magis movent. Hac
torem ad plebem m. m. Me-
mod. inde oriundus erat, ple-
grati esse debeant. Nolite
qui ambitu a. u. l. a. g. tione
potentia querrunt, peri-
torem communicationem
publ. inde commoda qua-
Historia. Mar. m. re-
v. Ant. ib. res. p. r. ce-
e. m. m. a. j. e. l. a. s. h. u. m. a. n. a. z.
re. f. e. l. e. t. , s. e. d. a. n. d. i. s. a. c.

humanis valent Spes &
libres cum separati sunt.
a securitatem Thucyd.
tionem demit. Xiphil.
erationem inquietam,
se miscentur juncti ma-
ent. Quantum ex me-
qui illum in patienter se-
A. 2. Hispania. Id igitur
servatum quod qui gra-
timal. p. e. m. e. f.

DIS-

Durior Drusum pervicit, nec infelici exitu. Astipulamur eidem. Seneca i. de Clem. c. 2. monet inquam: *Non tamen vulgo ignoscere decet. Nam ubi discrimen inter malos bonosq; sublatum est confusio sequitur & vitiorum eruptio. Imq; adhibenda est clementia moderata, quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat, &c.* Sed coercendi momentum discernimus. Non omne aptum æquè est. Id saltèm probatur, cum mentes in furorèm & turbas prolapsæ, metu perturbatæ sunt aut ad poenitentiam conversæ. Tunc patienter facinorum & correctionis monumenta erigi, quæ sub recessu diræ cogitationis perhorrescant. Sed ubi in fermento sunt terrenes non retriçæ, sine discrimine furiosum aggredi cætum non liceat, anthea thes. 112. ostensum est.

134. *Nil in vulgo modicum: terrere, ni paveant ubi pertimmerint, impune contemni, scite Noster ait.* Hæc natura multitudinis est, *Luxià Liv. l. 24. Histor.* aut servit humiliter, aut superbè dominatur. Libertatem, quæ media est, nec spernere modicè, nec habere sciunt. Quid? Ergone populus in continuo metu tenendus, aut iste, si non adest, incutiendus? Visum ita multis, sed imperitè. Id non modo tyrannidem redolet, sed & in tutum est *latè Scip. Amicit. l. 17. disc. Polit. 5.* Metus & terror infirma vincula caritatis sunt, quæ ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient. *Galgacus ap. Tac. in vit. Agricol.* Malus ille diuturnitatis magister, *Cic. Philip. 2.* ita ut nulla imperii vis tanta sit, quæ præmeate metu possit esse diuturna *Cic. 2. Offic.* Captatur ab omnibus nocendi occasio, & qui non tantum opibus valent, nescio quam tamen fortunam & tempus expectant. *Cic. de Aruspic. Respons.* Tantum igitur necesse est quis timeat, quantum timeri voluit: & manus omnium observet & eo quoque tempore, quo non captatur, petse judicat, nullumq; tempus immune à metu habet. *Seneca. i. de Clem. 9. 19.* Ne quisquam à multis metuendus est, quin formido ad eum ex multis recidat. *Salust. in Orat. de republ. ad cas. Cunctis inest naturalis iste stimulus libertatis §. 1. Inst. de Stat. Person.* cui cum metus adverteretur, ab eo se vindicare quisque nititur: nec sibi substituit sed periculo petere cum studet qui sibi periculum est. Horreat igitur una cervix multorum manus irritare. Quam

Quam multos execrabilis iste versus: *Oderint dum metuant:* precipites dedit. ignaros quanta rabies oriatur, ubi supra modum odia creverunt. *Sen. d. l. l. de Clem. c. 12.* Cum grano salis ergo accipienda erit recita sententia. Ad ferocientem plebem & in motus prolapsam ea spectat, quam hoc remedio scilicet sedatam Historia refer. Inde Dionys. Halic. l. 8. *Histor.* inquit. *omnes, qui inter se dissidii communis periculi metus conciliare solet.* Hic nonnunquam fingitur, non raro ultra infertur, ut illo teneantur quos fides non tenuit *Liv. l. 7.* Cum enim mentes oculosque hominum obrundat *Guicciardus l. 7.* nihil aptius reperitur, quo animus & consilium machinationibus dematur. De quietis & obsequii promptis, quæ in contrarium dicta sunt, intelligimus. Hos in metu vivere volumus, ne inde motibus scaturigo, extra metum tamen illos omnino esse nec expediat. Sed spe miscendus est, ita ut reverentiâ potius quam metu ducantur. Ita Seneca d. l. l. de Clem. c. 12. pulchre distinguit his verbis. *Temperatus timor cohibet animus, assiduum vero & avaritia admoveus, in audaciam jacentes excitat & omnia experiri suadet* & porro: *Relinquat oportet securi aliquid metus, multoq; plus spei quam periculorum ostendet: aliqui ubi quiescenti paria metuantur, incurrere in pericula juvenas & aliena animâ abuti.*

35. Monitum à nonnullis, dum superstitio urgeat adjiciendos ex duce metus, sublati seditionis autoribus. Ita more majorum placuit esse *Veget. l. 3. de re milis. c. 4.* in autores criminum vindicari, ut ad omnes metus. ad paucos poena perveniat. Id tutius spe veniæ multitudini relicta, imo & æquius, quam ut in seditiosos promiscuè seviantur. Cum Scipionis milites turbarent, certatum sententis utrum in autores tantum seditionis animadverteretur an plurimum supplicio vindicanda tam facti exempli defectio esset. Vicit sententia lenior, ut unde orta culpa esset, ibi poena consisteret, ad multitudinem castigatiorem satis esse, *vid. Liv. lib. 28. Histor.* ubi in oratione ad seditiosos habitâ hæc verba Scipio prolocutus fertur. *Non ego vulgari facinus per omnes volo, sed multitudo omnia sicut naturam maris per se immobilis est, ut venti & aura cients, aut tranquilla, aut procellosi: & causa in vobis atq; origo omnis furoris*

xiu. Astipulamur eidem. Non tamen vulgo ignoscere omniq; sublatum est confusio b. n. da est elementia modè deploratis scias, &c. Sed Non omne aprum æquè est. irrorem & turbas prolapsæ, converfz. Tunc patieg nta erigi, que sub recessu ubi in fermento sunt terrenum. aggredi cærum non lice-

vere, ni patiant ibi peris er ait. Hæc natura multum er vit humiliter, an: superbè est, nec spernere modice, nec in continuo metu teneandus, sum ita multis, sed imperi sed & incutum est late sup. erit infirma vincula caritate detestant, ocille incite Malus ille diuturnitatis eris tanta sit, que præ- er. Captatur ab omnibus us valent, nescio quam *Cic. de Aruspic. Respons.* utum timeri voluit: & ptere, quo non capta- ne à metu habet. *Senec.* uendus est, quin formi- *Orat. de republ. ad cas.* s. 1. *Inff. de ffat. Per-* edicare quisque micur: h. thidet qui sibi pericu- *teorum manus irritare.* *Quam*

penes auctores est, vos contagione insanuistis, & postea. Itaq; quot ad vos universos attinet, si erroris puniet, satis superq; puniorum habeo, nefarie seditionis auctores sanguine luent quod admisistis. Sic turbarum fiabellis è medio sublati exemplum deterrebit alios & turbare desinent cum turbatores abfunt. Sed quomodo tollantur, difficilioris quæstionis est: Legimus non rarè illorum nece accensam iram fuisse, plebem idem sibi metuentem truculentius vindictæ aut securitatis suæ causa sæviisse, ægrius sedatam ob diffidentiam, quam inde concipit. Tempus & modus Prudentiæ canones accurratè servandi. Sub furoris popularis incrementis id anceps, sed ubi desidet & languet tutius peragitur. Sic dolo & clam hoc quam apertè & palam moliri consultius censetur. Tollantur auctores ne plebs sentiat aut videat, deinde ut omnes ij perimantur, ne in pari culpæ gradu repertum similis exitii metus ad desperationem, & conatus in festiores compellat *Caesariæ. ad h. lib. 1. Tac. Perez. epist. 5.* Prudenter igitur Drusus qui vocatus *Vibulanus* & *Perennium* interfici jubet, traduntq; intra tabernaculum dæcis obrutos. Ita apud Genevates duces plebis aliquando in curiam blandis verbis evocati sunt ibique necati, interim irâ vulgi per moram infractâ, & promissis lactatâ *Chronis. Genev. part. 2.*

136. Quosdam ipsi manipuli documentum fidei tradidere. Hæc à plebe gratia, quod quos sequitur, hos inconstantis animi vertigine ad aliam deflectens sententiam insensibilis habet. Gaudet agnitum errorem suum læte erroris ducem aut comitem, imo propœnitentiæ fide ut piaculum mactare non dubitat. Idem nos ter exemplo Germanicæ Legionis, *infra. hoc. lib. 1.* ostendit quæ gaudebat commilitonum cædibus tanquam semet absolveret. Ita postquam terror semel offusus est, non patitur saltem adversa sed ultro perpetrare populus. Unde discitur quam fragili & periculoso se suosq; conatus præsidio muniant, qui populo innixi magnas & ancipites res suscipiunt. *vid. Camerar. 1. Histor. Subcis. c. 4. in fin.*

137. Nolamus desolatus aliorum discessione imminentem necessitatem sponse præveniri. Auctoritas & benevolentia inde deminutio est,

is, & postea. Itaq; quot
satis superq; penarum
ne lucent quod admisissent.
Exemplum deterrebit alios
nt. Sed quomodo tollan-
tibus non raro illorum nece
mentem truculentius
e, & acrius sedatam obdifi-
is & modus Prudentis
popularis incrementis id
peragitur. Sic dolo &
consultis censetur. Tol-
at, deinde ut omnes ij
rtum similis exitii metus
compellat *Carian. ad*
scitur Drusus qui *vocatos*
præduntq; intra tiberna-
s duces plebis aliquando
ne peccati, interim irâ
luctatâ *Cbronis. Gener.*

non fidei tradidere. Hæc
onstantis animi vertigi-
nos habet. Gaudet a-
m aut comitem, imo
non dubitat. Idem no-
oc. lib. 1. ostendit quæ
m semet absolveret. In-
patitur, saltem adversa
scitur quam fragili & pe-
ant, qui populo innixi
emerar. 1. Histor. Subcis.
sone imminente necesse
olentis inde deminatio
est,

est, cum ab iniuriis extorquetur, quod impetratur *Senec. 2. de Be-
nific. 1. Quæ præstantissima bona cum servari semper interest, hoc
unicum contra importunos tuendi remedium, ut ultro concedi vi-
deatur, quod petitur. Ita cum Regem Populus Rom. desidera-
ret idq; censissent patres offerendum ultro rati quod amissuri erant,
gratiam ineunt. Liv. lib. 1.* Ita cum *Cerialis* per occultos nuncios
Civilem moneret fortunam belli tot cladibus adversam opportu-
no erga Pop. Rom. merito mutari, huc suorum inclinatione &
suo periculo incitatus pervenire statuit, *Tac. 5. Histor. in fin.*

138. *Germanica Legiones iisdem causis turbata, quanto plu-
restantio vehementius.* Turba eo magis turbulenta, quo major est: ex
multitudine furentium tumultui vis est. Quum infracturis, opus est
multitudinem disperse. Id quod variis modis tentatum legimus.
Præcipui sunt, plebis tumultuantis partem promissis ac concessio-
nibus à cæteris divellere, discordiarum semina, quæ in turbidos
facillime concipiunt, serere, maxime infestos utilitatis aut honoris
specie ad alia loca abducere; Sicut Romanis coloniarum deductio
huc in usum quoq; inservit. *Lips. de Magn. Rom. l. 1. c. 6.*

139. Raro movetur populus nisi fit qui moveat. Is motus ex
seditionum vocibus, & exemplo. Sed non raro etiam ex opinio-
ne, quæ autorem & ducem conatum sibi fingit, qui tamen ab istis
consiliis longissime abest. Ista præsumptio sæpe seducit plebem.
Ita *Legiones* turbarunt magnâ spe fore ut *Germanicus* *Cæsar* imperi-
um ulterius pati nequiret, daretq; se legionibus, si suâ cuncta tra-
harum Sicq; aliorum imaginaria spes maximi periculi causâ ei exi-
stuit, qui periculum non meretur & detestatur.

140. *Legiones quibus Silius moderabatur, fortunam sedition-
is aliena speculabantur.* Idne probandum? Annon viri boni est se
civilibus turbis miscere? Ita *Solon* aliquando lege cavuit; *In casu
civilis discordia, qui non alterutri parti se adjunxerit, sed solitarius
se patiatur, à communi malo civitatis secesserit, in domo, patriâ, for-
tunâ, omnibus careto, exsul extorâq; esto. Gell. Noct. Attic. lib. 2. c.*
12. Sed publicis muneribus præfectos sine dubio respexit, quos in-
ter turbas Remp. deserere ac suâ pace tumultibus eam obnoxiam re-
linquere vetuit. Cæteris civibus neq; tutius neq; honestius quido-
F 3 - quam

quam erit, quam ab omni contentione abesse *Cæsar. 17. Epist. Cic. ad Attic. 10. Epist. 7.* Laudatur hoc nomine Titus Atticus, qui ita in Republ. versatus est ut temper optimatum partium esset, & existimaretur: neq; tamen se civilibus fluctibus committeret, quod eos non magis in sua potestate existimabat esse, qui se his dedissent quã qui maritimis jactarentur. *Corn. Nepos in vit. Attic.* Prudenter Asinius Pollio, cum ut ad Asiaticum secum proficisceretur Cæsar eum rogaret, respondit. *Ego discrimine vestro me subtraham & ero potius præda victoris Vell. Paterc. l. 2. Histor.* Id etiam reipub. commodius, quæ eo vehementius concutitur quo plures sunt qui turbant. *sup. thes. 138.* eo citioris tranquillitatis spe gaudet, quod quidam innoxii existunt. Boni ergo viri esse judicamus à civilibus controversis abesse, ac alieni tumultus fortunam, si potest, avertere, si id non licet, spectare *vid. Lips. lib. 6. Polit. c. 6.* Sed in legitimis bellis quæ vicini aut convices invicem gerunt, haud peræq; id probatur. *Damnant vulgo neutralitatem. An recte? alio loco videbimus.*

141. *Plurimum vecordia constantiam Legato exonerat.* Generosi spiritus est adversus multitudinem niti, quæ cæco impetu sævit. Quem retinuisse aut erga turbulentos exercuisse plurimum proficit, cum pervaciã victi incæptum sæpe omittant, *uti supra ex Tacitò didicimus.* Pusillanimitatem aut metum ostendere, ferocientium animis incitamentum est, ut arrogantia inflati furorì aut contumaciæ modum vix relinquunt. *Annib. Scot. ad b. l.*

142. *Ea vetustissima militaribus odiis materies & seviendi principium, centuriones invadere.* Imò omni populo iste infusus mos inter turbas sævitæ primordia à magistratibus ducere. Illud ambitiosum libertatis nomen ac seditioni originem præsumq; dat. Ad cuius defensionem cum prorumpit, qui licentiæ obstare videntur prima furoris ludibria esse solent. Nec quisquam magis magistratui invisus: nec quicquam imperio infestius, quod libidini projectæ adversum est. Tunc pessimus quisq; asperimè reñorem patitur. *Salust. in Orat. de republ. ad Cæs.*

143. *Septimus cum persugisset ad tribunal pedibusq; Cæcina advolveretur eo usq; flagitans est, donec ad exitium dederetur.* Jure hoc an injuriã? An innocens civis aut subditus hosti dedi possit, ut pericu-

periculum evite:ur? difficilis & controversæ quæstionis est: Negat Valsquius *lib. 1. contro. c. 13. per tot. hominem ab homine deferi necdum furor ab sævitæ hostili objici iniquum, judicans. Si non extrema urgeat necessitas nec inevitabile ad sit periculum ei faciliè astipulamur. Sed hoc patriam vel civitatem premente, an non melius est perire unum quam unitatem & multitudinem hominisque morte necem multorum & ditionis integræ excidium avertere ambigo. vid. Hug. Gro. lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. c. 25. n. 3. Ita censuit Phocion Nicoclem deposcenti Alexandro dedendum *liturch. in Phocion. Assentitur Cicero lib. 3. de sp. iniquens: Vir bonus & sapiens, & legibus parens & civilis officij non ignarus, utilis tati omnium plus, quam unius alicujus aut sua consulit, & alibi in Orat. pro Sext. Si mihi in aliquâ navi cum amico naviganti hoc accidisset, ut multi ex multis locis pradones clasibus oppressuros se eam navem minarentur, nisi me unum sibi dedidissent, jecissem me ipse potius in profundum, ut cæteros conservarem, quam illos mei tam cupidorem non modo ad certam mortem sed in magnum vitæ discrimen adducerem Et quis succenserebunt unum istum solum perire qui cum omnibus periturus erat. Nihil ille damni eo exitu sentit, qui eum etiam non deditus sed captus sensisset. Multum in publicum commodi, sibi gloriæ affert, dum suo spiritu multorum spiritus redimit. Ita Euripides in *Ericheo. Si namq; numeros, quidq; sit plus aut minus percipiunt animo, non malo unius domo commune vinci, sed nec aquare potest* 144. *Id militares animos alius conjectantibus precipuum indicium magni atq; implacabilis motus, quod neq; discessi, nihil paucorum instinctu, sed pariter ardescere, pariter florent, tantâ aquarum furor tantis viribus lævit ut probatissima quævis seditionum re media spernat. Ea esse accepimus cum autores è medio tolluntur, ænimi conspirantium æmulatione ac discordiis implicantur, vel aliis quibus si satis fiat, ut desistant cæterosq; deserant. Quibus locis tantâ concordia & constantia non relinquitur. Ita deterrima est seditio quæ iis artibus regitur, quibus optima impetia sustinentur.* 145. *Germanicus anxius occultis in se patris aviaq; odiis. Nec unquam securus est qui fucato amore colitur, infestis ac clanculariis***

riis insidiis petitur. Præstat aperta multari irâ, cujus vis vitatur aut citius mitigatur, quam inter amore tecta odia versari. Horum *causa acriores quia inique*. Scitè alius dixit. *Immerita odia semper infestiora esse*. Hæc enim temeraria ira & invidia inquieta suggerunt, quibus aded nunquam satisfacit, ut qui bene agendo evitare cupit, magis accendat. Cæterum quæ quis meret, ea poenitentia ac mutata res nullo negotio extinguunt, cum aliter merendo cessent. His remedium emendatio, illis innocentia, quæ securitatem affert sola *Curr. lib. 6. Histor.* Integervitæ, scelerisq; purus, Non eget Mauri Jaculis, nec arcu &c. *Horat. Od. 22. lib. 1* Qui non deliquit, decet audacem esse, confidenter pro se & protervè loqui *Plaut. in Amphitryon*. Sed id cum modo & cautione. Adversus eos quibus nulla honesti ratio, pro ratione voluntas, jusq; in manu est, parum tuto loco stat innocentia, *Ammian. Marcell. lib. 15*. Multi inter exeuntes spiritus lamenta docuere: quod Atherbal ad Romanos querendo dixit: *Parum tutam per se ipsam probitatem esse. Salust. de bell. Jugurt.* Plerumq; innocentes recenti invidiæ impares sunt *Tac. lib. 2. Annal. ubi cautio modusq; latius ostenditur.*

146. Suspectus semper, invisusq; dominantibus, quisquis proximus destinatur. *Tacit. lib. 1. Histor.* Ad ejus securitatem & vitandam suspicionem spectat, ita cuncta peragere, ut appareat malle eum expectare imperium quam habere. Ita Germanicus, *quantò summa rei proprior, tanto impensius pro Tiberio niti*. Meritis quippe aut mitigatur suspicax & infestus animus aut saltem apud cæteros diluitur suspicio, innocentia ostenditur.

147. Duobus his incitamentis hominum animi & præsertim militum fluctuantur. Laude, qua non minus quam præmio gaudent *Liv. lib. 2.* & exemplo. Maximè movet similitudo & exemplum *Cic. 3. de Orat.* magisq; quam verba *Aristot. lib. 10. Ethic.* Hinc Germanico consilium sedandæ turbæ militari. *Flebit ad victorias triumphosq; Tiberij, præcipuis laudibus celebrans, qua apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima fecisset.* Nempè ut officii pristini memoriâ facinoris præsentis verecundiam excitaret. *Italia inde consensum, Galliarum fidem extollit, nil nequam turbidum aut discors,* quo exemplis his pudor & imitandi ardor rediret.

DIS-

DISCURSUS POLITICUS VII

ex Lib. I. Annal. Tacit.

148.

Magnus in Germanicum populi favor erat. Causæ plures *Respond.*
 istius exemplo eundem quærentibus notandæ à *Nostro*
 notantur. (1) *Drusi Patriæ magna apud Pop. Rom. me-*
moria. Amoris & Odij paterni ad liberos hæreditarius *Alexan-*
 penetrantius est quia virtutis criminisve hæreditarij sperantur aut *doro à*
 metuntur exempla. *l. f. s. i. C. ad L. Jul. Majest. Si ex parente* *Motteno-*
burg/
Nobil. Si-
teso.
 beneficia, populo ex liberis spes eadem. Unde ex laudatis princi-
 pibus nati faciliori benevolentia semper utuntur. (2) *Juveni ci-*
 vile ingenium. Nihil populo gratius. Amat quem à suis moribus
 voluntate quam proximè alienum esse cernit. (3) *Mira comi-*
 ut. Ut majestati advertam plurimi spernunt. Eamens Trajani
 aulicis, qui Imperatorem quod comis esset, carpebant. Sed scitè
 respondit iste: *Talem se Imperatorem privatis esse qualem sibi Im-*
peratorem privatis vellet. *Eutrop. l. 8. Epitom. Histor. Rom.* Sed
 temperamento curioso hæc in re opus est, ne facilitas auctoritatem
 imminuat. Vulgatur Majestas si imperans vulgo nimium se vulget.
 Exemplo eleganti admonuit Pericles ante imperium familiaris, illo
 accepto à cætu populari se subducens. Rationem *Plutarch. in Pe-*
ricl. reddit: Comitas facile fastum omnem atterit, & in familiari
consuetudine agre custodias illud opinionis de te augustum. (4) *Mo-*
res diversi à Tiberij sermone, vultu, arrogantibus & obscuris. Prin-
 cipis persona non solum animis sed etiam oculis servire debet civi-
 aded sentiebat, ut apud Senatum sic quondam jactaverit: Usque
 adhuc certe animum meum probastis & vultum. *Sueton. in Domi-*
tian. cap. 18. Pulchrè hac de re *Plutarchus in Comment. ad Princip.*
Indolè. Qui mentem non habent Reges & Principes, imperitas imi-
tantur statuarios, qui existimant colossos suos magnos & venustos su-
tuos: si tibi quam maxime diducit & inflatos & hiantes fecerint.
 Sic

G

Sic isti gravitate vocis, & torvimeæ aspectus, & morum asperitate & in sociabili quâdam vitâ, dignitatem & majestatem imperantium exprimere se cinsent.

149. *Milites faustis in Germanicum nominibus (sicut militi & populo Romano ergo Imperatores moris erat Lips. in Comm ad h. loc.) nisi, si vellet imperium se promptos ostentare. Sed ille, quâsi scelere contaminaretur præceptis tribunali desiluit. Erat quippe adversus fidem, fulgentibus ostro quæ potior Regnis, Silius l. 13. nullaque necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmiõ, uti Senec. Epist. 89. ait. Docet iste quam scelestum sit alienos subditos rebelles imperium offerentes in clientelam recipere contra veros Dominos. Correat hic subditorum perfidiæ, quos ad obsequium reducere aut hortari omittit. Postquam civiles societates institutæ sunt & Rectoribus cujusque speciale quoddam jus in suos quæsitum, istis alteri quam veris Dominis se submittere salva fide non licet, Thom. Michael. de Jurisd. conclus. 138. lit. d. nec alius quisquam eos recipere potest. Ut in suos quisque animadvertat equum censuerunt Corinthij ap. Thucyd. lib. 1. Histor. Idq; jus regum Euripides in Heraclid. exprimit. Nos quotquot hujus colimus urbis mania, sufficimus ipsi nostræ judicæ exequi. Hinc Imperij Roman. constitutionibus severè prohibitum. R. R. de Anno 1529. S. Wie auch Churfürsten / etc. Haben uns einmütiglich verglichen / das keiner des andern Untertanen und Verwandten des Glaubens / oder andere Ursache halber in sondern Schutz und Schirm / wider die Obrigkeit nehmen solle. R. R. de Anno 1548. in princ. Nullus casus excipitur, nisi qui justam subtractio is causam continet, quæ receptionem alieni imperij ac protectionis defendit, de qua vid. Coler. ad c. cum non liceat n. 10. seq. de præscript. Aliter sensit Julius Cæsar qui Euripidis versus. Nam si violandum est Jus, regnandi causa violandum est? alia rebus pietatem colat, semper in ore habuit. Sueton. in Jul. Cæs. c. 30. Quam multi hoc mente & opere assiduo colunt qui juxta Cicer. 3. de Offic. omnia recta & in honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur.*

150. *Germanicus se moriturum potius quam fidem exueret clami-*

clonitas. Præstantissimum mortalium bonum fides est, qua solâ
 exterâ bona omnia nituntur & valent. Decus ea, ut *Silius canit*,
 Divumque hominumque. Quasine non tellus pacem non æquo-
 rantur: Justitiæ confors, tacitumque in pectore numen. Qua-
 re mirum non est quod apud bonos ult. ma. ejus jactura esse sileat.
 Ita judicavit Triump. para. Cochini in Indiâ Orientali Rex cum Ca-
 lectuensis Rex ad defectionem à Lusitanis prætextu summæ crude-
 litatis excitaret, dicens. *Omnia se potius amissurum quam fidem.*
Si quis è subditis aut amicis id suaderent, eos vero magis hostes se du-
cere ipso Calecutense: quoniam ille regnum aut vitam modo eripere,
isti paleberrimam viriutem comarentur. Et vita spacium breve ac de-
stinatum, perfidia maculâ sempiternam esse. *Lips. in monit. & exempl.*
Poli. cap. 13. ubi plura exempla præfractæ virorum clarissimorum
 contra mortis periculum contumaciæ referies. Hinc celebratissi-
 mas urbes famem dirisissimam, crudelissimam obsidionum mala ac inte-
 ritum pati quam fidei gloriam amittere maluerunt. In quarum ca-
 talogo referuntur Saguntum *Florus lib. 2. cap. 6. Liv. l. 21.* Numan-
 tia *Florus lib. 2 cap. 18.* Casilinum *Liv. lib. 23.* Petellia *Liv. de lib. 23.*
 Calaguris *Valer. Maxim. lib. 7. cap. 6.* Cæterum quos urgentissima
 & inevitabilis necessitas à fide abducit, dum se hostibus cedere co-
 guntur, an voluntariâ nece hostium arbitrium prævenire liceat, du-
 bium quæstionis est. Sic Germanicus censebat dum ferrum à latere
 diripuit, elatumque deferebat in pectus. Idque gloriosum juxta &
 forte factus ab Ethnicis existimatum est, dolores, extremo corporis
 dolore anticipare. Nec hodiernum desunt qui summis laudibus e-
 vehunt illorum animositatem, qui naves, civitates & corpora sua
 subiecto pyrro pulvere Vulcano & aeri commendare præ optant,
 quam hostium in potestatem ut pervenire velint. Sed displicet hic
 liberandæ aut ostentandæ fidei motus. Si Autocheiria Divina lege
 & naturâ ratione turpis ac prohibita est, *Sicut data occasione in-*
subsequenti bus demonstrabitur, hæc data que execrabilis nec agi be-
ne nec gloria captari merito potest. Non malum malo à verti de-
 cet, vide: *plura ap. Augustin. de Civit. DE lib. 1. cap. 19 & seqq.* ubi
 Reguli exemplum laudat qui manuit ad cruciatus hostiles reverti
 quam

morum asperitate &
 auctoritatem imperantium ex-

nominibus (sicut militi &
 cis erat Lips. in Comm ad
 sententia. Sed ille, qua-
 lis d. finit. Erat quippe ad-
 nor Regnis, *Silius l. 13.* nul-
 lullo corruptitur premio,
 am scelestum sit alienos sub-
 chetrelam rec. pere contra
 eum perfidiz, quos ad obse-
 Postquam civiles societates
 spectale quoddam jus in suos
 nis se submittere salva fide
 melius sit. *Ita d. nec alius quis-*
 se quisque animadvertat e-
 lib. 1. *H. flor.* Idq. jus regum
 quoque hujus columnæ
 x. qui. Hinc Imperij Ro-
 m. *N. N. de Anno 1729. S.*
ne cinnimigridi regis d. d. d.
Germaniam des. Glumbens.
h. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d.
Nullus ca-
nam continet, quæ re-
dit de qua vid. Coler.
Alter sentit Silius Ca-
regi sui, regnandi causa
perio in ore habuit. Sue-
erte & opere assiduo co-
& in honesta negligunt
quis quam fidem exuerit
clami-

quam morte spontaneâ effugere. Quos necessitas atq; hostilis violentia ex militiæ sorte eripit, his tamen haud licet injussu Imperatoris, id est DEI de præsidio & statione vitæ discedere uti Pythagoras docuit. Cicer. in lib. de Senectut. ne minus humanum ad lignatum à DEO defugisse videamur. Cicer. in Somn. Scipion. Pulchrè Seneca Epist. 70. Aliquando, etiam si certa mors instabit, & destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit sapiens pœna sua manum. Stultitia est timore mortis mori. Veniet, qui occidat: expecta, quid occupas alienum negotium. Nec fortitudinis inde gloria, quia ut Arist. lib. 3. Ethic. ad Nicom. c. 7. inquit Mori ob aliquod molestum non est fortis viri, sed timidi. Mollities enim fugerè difficilia & aspera.

151. Prævidebat Germanicus si auxilia & socij adversum abscedentes legiones armarentur, civile bellum suscipi Sentiurum consensu rerum defensionem cuiq; permittente cap. 2. x. de Homicid. l. 1. C. und. Vi l. 9. ib. glof. ff. ad L. Corn. de sicar. Jure civili adversus militum possessiones paganorum prædandi libidine accedentem expellendi licentiam & ultionis arbitrium indulgente l. de votum 5. C. de Metat. & Epidem lib. 12. l. 5. C. de Jur. Fisc. l. 5. C. de Execut. receptum, ut si imbutæ prædâ manus ad provincialium direptionem erupturæ sint, iis vi sine crimine resistatur. Metuebat ergo Germanicus, ne Provinciales jure suo uterentur ac inde civilis tumultus exoriretur. Periculofum inter milites & Provinciales insensa odia concipi, quæ civilem flammam accendunt, quæ cum quasi naturali fomento alatur, longoævo vix exstinguitur. Dubito ergo non imperitè agunt qui militum turbas paganorum armis aut vice versa, compefcunt, atque immortalibus domesticis odiis sementem faciunt.

152. Periculofa servertas est, inter illos, qui virium nobilitia in sua manu vitam roburque Imperatorum situm esse norunt, ideoque mitius haberi cupiunt; Flagitiosa largitio, quia obsequij inde nervus tollitur, cum precibus, non vi aut scelere impetrare debeant, qui alieno subsunt imperio. Aspero & abscesso castigationis genere disciplina indiget. Val. Maxim. lib. 2. c. 7. Seu nihil militi seu omnia concederentur, in ancipiti Respublica est Tutum ergo, quod voluntas inter

inter sententiam mandatum placitum est, coningere in tempus quædam ac promittere, ita ut nec nihil tributum miles queratur, nec quicquid liberit extortum insolentius gloriatur. Utrumque præcavendum, quia cum discrimine maximo conjunctum.

153. *Placitum, ut Epistola nomine principis scriberentur.* An licitè? merito dubitatur. Nam nomine Prætoris literas reddere falsi species est ac coercionis L. Cornelie subiacet l. 25. ff. ad L. Cornel. de Fals. l. 4. C. eod. Sicut alienum chirographum imitari semper falsi nomen prænamque meretur l. 23. ff. eod. Veruntamen & Personæ literas alieno nomine confingi jubentis, si liberrimo mandato instructa est & finis scripturæ ad salutarem scopum collimantis ejusmodi consilium defendit. Falsitas non punitur quæ nemini nocet. l. 34. §. 1. ff. de Pignorat. action. l. 38. §. 6. ff. de Pan. Gal. 1. Observ. 100. n. 7. Sed ad doli boni species referri debet quando eâ malis ingruentibus sine alterius immerentis damno remedium quaeritur. Idcirco Ducibus bellicis, Legatis a hisque mandataris quando ex generali formula agendi potestatem habent nec ad metam, quo superiorum intentio respicit aliter pervenire licet, subornatis literis uti permittum esse colligimus. Quæ ex re licet periculi metus sit, cum perfidii sum, quibus negotia gerenda de mandantur. Ast & in eligendo & alios non quidem pari potentia sed ad necessarium consilium adiungendo adhiberi potest cautio.

154. *Quia sentit miles in tempore confecta statim flagitat.* Ita qui in ambus promissis eludi conatus suos sentit, acrius spei suæ insidiat ac promissorum datorum effectum urgens. Tantum abest ut promittendo furor leviatur, quin potius ubi inani spe se iudicari intelligit exacerbetur. Tutius ergo abstinere in anibus promissis, ubi pæni deo executio suspendi nequit.

155. *Pænia & missio quæ amoris non flagrantibus oblata est.* Prudenti consilio, quod ibi l. 37. ostensum est. Quia ad retinendam auctoritatem præstantius, ad mitigandam desiderantium perturbationem commodius ultro concedere quam ut extorqueatur, expectare.

156. *Iustus Mennius Caesarorum Præfectus* duos milites supplicio affici; bono magis exemplo quia eo discordes legiones paulù repressit, dum

s necessitas atq; hostilis vi-
brand licet in iussu Imperato-
atæ discedere uti Pythagoras
tus humanum adignatum à
m. Scipion. Pulchre Seneca
us instabat, & destinatum sibi
es paxna sua manum. Stal-
is occidat: expectat, quid occu-
mis inde gloria, quia ut Arist.
ob ali quod molestum non est
a fingere difficulta & aspera.
auxilia & socij ad: sum ab-
um suscipi. Sentium confen-
te cap. 2 x. de Homicid. l. 1. C.
ar. Jure civili adversus mili-
libidine accedentem expel-
deligente l. de votum §. C. de
r. Fidei. l. 5. C. de Execut. rece-
ros incertum direptionem e-
at. Menebat ergo Germa-
neat ac inde civilis contulras
& Provinciales insensu occi-
dunt, quæ cum quasi naturali
tantat. Dubio ergo an non
a veniat armis aut vice versa,
sed eis odus tementem ja-
at. Quis, qui virtum nonitia in-
tum esse norunt, ideoque
quia obsequij inde ner-
tum petrare debeant, qui
realt gationis genere di-
tum nihil militi seu omnia
tum ergo, quod voluntati
inter

dum opportuno tempore sub intis nondum adulta seditione exegit: *quam concessio jure*. Solisenim exercitus rectoribus Jus plebendi militis erat *lib. 9. ff. de Custod. Reor. Lips. in Comment. ad L. 1. Annal. Tac. b. l.* Necessitas quæ legem non habet, sed suprema lex est, soluit legibus cæteris & multa quæ extra officium peraguntur defendit. Ita contra concessum jus bono exemplo, cum invitum necessitatis telum compellit, inferiores, principes & civitates quoque municipales summa Regalia ut ut alijs incommunicabilia usurpant, Bellum gerunt, Monetam cudunt, fortalitia extruunt, collegas iudicant, & vigalia instituunt sine superioris jussu dummodo suprema vis imperet.

§ 7. Cum iurpe & prudentiæ adversum sit fortunæ in certæ negotia submittere, ex quibus perperam gestis certa perniciēs metuenda: non potest non omnia emerario impetu audeatium conatus, ut ut sæpe successu prospero, improbari. Principium namque actionis, ut *Democritus dixisse fertur*, ab audacia saltem est: fortuna vero fini dominatur. Hæc est quod audaces confidentia impulsu ante cupiunt adire pernicula quam instant: cum ad sunt, ea defugiunt: in ipsa præcipites, quia regere ac vitare ignorant. *Aristot. lib. 3. Ethic. cap. 7.* Audaces non modo fortuna adjuvat, ut est in proverbio, sed multo magis ratio *Senec. Tuscul. 2.* Inausa enim illa audacia quia cæca & improvida, in periculum præcipit. *Propp. de bell. Persic. lib. 2.* atque tibi priores partes habet ubi pietatem laborare necesse est *Dion. lib. 41. Histor.* Scitè Græcus eomicus inquit: τὸ πάλαι τολμῶν πολλὰ ἀμαρτανεῖν ποιεῖ. Cæterum in abruptis & ubi nec consilio locis ne rationi usus relinquitur, sæpe & temeritate remedium est. Ubi enim ratio tutos præstare nequit, tutius est ad versus certissima damna audere aliquid & quibus impar est perato permittere *Tacit. 6. Annal.* Exemplo *Menny* id hic docet *Senecus*. Ille in viscescente motu profugus reperitur, postquam intus a latebra præfidium ab audaciâ mutuatur. Sed pan contra audaces titum id sublidium? Negat *Ovidius lib. 10. Metamorph.* dicens: In audaces non est audaciâ tuta Contra censer Hermodrates *ap. Thucid. l. 7. Histor. inquit*: Illos qui audax aliquod facinus adveniunt ad versus homi-
nes au-

nes audaces, quales essent & Athenienses ipsis aspererrimos atq; maxime
formidabiles visum iri. Qua enim ratione illi alios terrent, in-
terdum non propter majorem potentiam: sed propter audaciam,
quam in illis invadentis prestarens, eadem etiam ratione ipsis quoque
idem, quod ipsorum adversariis evenit. Verum quia illi facili-
us non capiuntur quam provida cunctatione & si cauta ratio ad sit,
consilii pateant, consilii illi stipulamur, nisi cum necessitas hinc
calcem addere juberet.

118. Non praefectum à militibus sed Tiberium Imperatorem vio-
lari Menius clamat. Quisquis n. de nece cuiuslibet, qui Impera-
tori militat, cogitaverit, majestatis reus est l. quisquis s. in pr. C. ad
L Jul. Majest. non modo si laus principis ille custodit ut glossa in
d. l. s. ibi. Cyn. & Salic. Clarus l. 5. §. laesæ Majestatis crimen n. 5. in
fin. putant: Sed quocumque in loco pro salute & excubiis imperij
commoretur: Sicut generalia verba d. l. s. evincunt arg. l. 1. §. quod
autem ff. de Aleas. l. 3. ff. de Public. in rem. act. vid. Menoch. consil. 99.
n. 79. seq. lib. 1. Iocutur quæstionis est, an qui militem ad Impera-
toris vel imperij custodiam missum necat vel injuria afficit nullo in
Imp. sed privato in militem odio pœnam læsæ majestatis mereatur?
Negant Crævus consil. 6. n. 79. Giguas de Crim. les. mag. rubr. qualis
& à quib. crim. committ. quaest. 13. n. 6. quibus applaudo. Animus
maleficus distinguit l. 53. pr. ff. de Furt. Unde qui contra Securita-
tem Cesaris regniæ nihil molitur is ab hoc crimine alienus est. Mi-
les enim majestate caret idcirco in illo nulla læditur. Multo magis
hoc crimen non incurrunt, qui injurias militares vi repellunt ac mi-
lites, dum militiæ obtentu in vitam & bona Provincialium grassan-
tur, vulnerant aut occidunt l. 5. C. de Metas. vid. ibi. 151.

119. Proximum ad suspiciones vulgus est Tac. l. 2. Histor. cun-
da in deterius detorqueus. Exprimunt naturalem hanc populi in-
dolem vivo exemplo milites, quos paridos & conscientiam recorder in-
tra metus, venisse patrum jussu, qui irrita facerem qua per seditio-
nem expresserant. Is vero inde periculofus mos vulgo, quamvis sus-
picionem subdere. Ex suspitione enim ad accusandum frequentissi-
me profilit. Prudenter Diocletianus & Maximianus in l. 12. C. de
Pen. cum à populo exclamatum esset dixerunt. Vana voces populi
non

non sunt audienda nec enim vocibus eorum credi oportet, quando auctoritatem criminis absolvi, aut innocentem condemnari desiderat.

160. *Plancum dignitas fugâ impediebat.* Utrum ignominiosum est fugere? Putant plurimi & fore communis ita obtinuit vid. *Timquell. de Nobilit. c. 10. n. 65.* Alij inter nobiles & ignobiles distinguunt *Hippol. de Mansl. in pract. caus. crim. §. quoniam num. 8.* Cæterum quia nullum delictum in eo est, qui periculum imminens fugâ evitare studet, qui potest locum habere infamiae quæ scilicet preæquirat? *l. 2. C. de Dignitat.* Nec infame esse puto ad quod iura nos impellunt. Ita demum in periculis propulsationem ea indulgent, si effugium non pateat §. *injuria autem Inst. de Leg. 1. §. 45. §. qui cum aliter ff. ead. Clem. nu. Homicid. Constit. Carolin. Crimin. tit. 140. verb.* Unde der Wendige tan süglich ohne Sübrigkeit oder Verletzung seines Leibes Lebens / Ehr und guten Eumuhys nicht erweltchen / etc. Sed Carolina verba in alium sensum multi detorquent. Verum enim vero dum Imp. aliquando salvo honore fugere non licere innuit, non sequitur semper fugam esse ignominiosam. Alias nunquam quis fugere teneretur, quod conditioni defensionis annexæ contrariatur. Sed aliquem casum esse innuit, quo fugam dignitas non admittit. Talis in Planco, qui ad seditionem sedandam missus turpiter egisset si cæcum turbantium celeri fuga declinasset. Ita qui publicis functionibus præfecti iras motusque nimis cito fugiunt, haud extra timiditatis notam sunt. Huc extendunt consuetudinem locorum, quæ maculâ quadam fugientium existimationem lædat. Quemadmodum in Germania alicubi mensis, conviviis, congressibus & torneamentis excludebantur, & si ad mensam accederent, mappa pro latitudine sedis cultello refecabatur. *Agricol. in Epist. de Congress. Frideric. Caesar. cum Gard. Duc. Burgund.*

161. *Luce demum, postquam dux & miles & facti noscebantur, ingressus castra Germanicus.* Prudenter sane diem expectat. Exercitus n. uti *Caesar. l. 2. de Bell. Civill. ais pudore aut metu tenetur*, quibus nox maxime adversaria est. Præterquâ quod ex Posthumij Tyburtini judicio, manus inter nocturnos tumultus moderatu difficilis est *Scip. Amir. disc. Pol. l. 4. disc. 10.* Nihil unde periculû aut cui aliorû conatus adversatur noctu facile suscipi debere Politici monent. Suedet vulgatus versus. *Luce opus labor est? nox tetta cõmoda fraudi.* *Disc.*

DISCURSUS POLITICUS VIII.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

162.

Germanicus fatalem increpans rabiem neq; militum, sed Deum curâ resurgere, cur venerint legati aperit, &c. quantum de decoris adierit legio, facundè miseratur. Consultus visum est, delicta extenuando ac culpam alio conferendo, veniæ spem aut innocentiz opinionem relinquendo, ad officia turbantes reducere, quam terrore minarum, ac ejecto indignationis fulmine desperationem accelerare mentesque perterrere. Medicinam quisque adversatur quam horret. Ducuntur animi esserati mollibus remediis. Sed acerbis, nisi simul vires omnes amputatz sunt, magis exacerbantur & nocentiores evadunt. Maximopere errant noxiq; peccare, qui ad pœnam potius quam pœnitentiam delicta molientes vocant, de quo postea videbimus.

163. Arguere Germanicum omnes, cur filium parvulum, cur gravidam conjugem interfurentes & omnia humani juris violatores haberet. Illos saltem avo & Reipubl. redderet. Ubi enim incolumi dignitate. Princeps periculis se subtrahere nequit, prolem tutioribus committere satis oportet, ne pericula Parentis formidine moreretur atque ut Reipubl. reservetur, cui nata est.

164. Velut in urbe vestra facies gemiturq; ac plangitur, etiam militum aures oriturq; advertere, &c. Pudor inde & miseria. Ita miserando tristis actionis intuitu furibundæ quæq; mentes moventur atque pudorem & verecundiam, quæ ad compescendam proterviam plurimum valent *Aristot. lib. 2. Rethoric:* induunt. Inter seditionis ergo remedia haud postremum est seditionis mæsta aut facta obijcere spectacula, quæ dum obtutu furori moram, sæpe etiam, ut recitato exemplo discimus, ex pudore & misericordiâ frænum impiciunt.

165. Milites Germanici prolem militari vocabulo Caligulam appellabant, à caliga vulgi militaris habitu gregali. *Lips. ad lib. 1. Annal. Tacit. quia plerumq; ad concilianda vulgi studia eo regimine*

H

pedum

Respond.
Georgio
Paulo
Blate
noy/
Nobil.
Pom.

credi oportet, quando aut

indemnari desiderat.

Utrum ignominio-

communitas ita obtinuit vid.

ter nobiles & ignobiles di-

ferim. §. quoniam num. 8.

quæ periculum immens

tere infamia quæ crimen

me esse puto ad quod ju-

propoliationem ea indul-

m. *Inj. di. L. Ag. L. 45. §.*

Corj. Carolin. Crimin.

Ubi ohm Sibrigkeit oder

kurten & cumubris nicht em-

salum multi detorquent.

Ubi oh. non fugere non li-

te ignominiosam. Aliàs

ad defensionem an-

annuit, quo fugam digni-

ad seditionem sedandam

in celeri fuga dechnasset.

Ubi q; nimis cito fugiunt,

pendunt consuetudinem

exiltationem sedar.

is, convivis, congressi-

ad mensam accederent,

atur. Agricola. in Epist.

de Burgund.

Ubi facta noscebantur, in-

tem expedat. Exercitus

at metu tenetur, quibus

rex Posthumij Tyburtini

oleratu difficilis est Scip.

id aut cui alioru conatus

ermonet. Suadet vulga-

na ad fraudi.

Disi.

pedum induebatur. Aptum demerendæ gratiæ remedium, mores habitumq; gentis, cum qua versari oportet, assumere. Inter bonas artes quibus favor hominum, præsertim militum, quaeritur, Exercitatio, morum inter ipsos cultus habitusq; corporis paulum à privato differens numeratur. *ex Curt. lib. 3. Histor. Lips. lib. 5. Polit. cap. 35. in fin.* Ita Alexander Magnus habitum ex Macedonico & Persico temperatum gerens, vestitus honore devictorum conciliavit charitatem eoque ipso rex popularis videbatur. *Plutarch. orat. 1. de Alexandr. Fortun.* Hoc modo Alexander Severus suis gratus fuit. *Lamprid. in Alexandr.* Alcibiades eo medio favorem parere peritus fuit, *uti refert. Forstner. ad b. loc. Tacit.* Alphonfus Attag. R. cultu corporis à popularibus suis non multum discrepans cum ad regium ornatum incitaretur, respondit: Malo moribus & autoritate meos excellere, quam purpura *Panorm. lib. de reb. gest. Alphonf.* Ita autem illud imitandum, ut decus & dignitatis splendor magnatibus salvus remaneat, atque evitetur quod Agesilao in Ægypto legationem obeunti evenit, cum à privatis eum dignoscere non licebat. Idem veilitus genus usurpare gratum populo, sed paulò splendidiori cultu illum à cæteris discriminari dignum principe est. Ex mediocri cultu modestiæ laus, ex vili contemptus oritur. Historia exemplis testatum reliquit vestium squalorem autoritati plurimum obsuisse. Cato minor Prætor factus administratione integra non tantum dignitatis sibi adjecisse fertur quam detraxit, dum frequenter sine calceis & tunicâ ad tribunal accederet *Plutarch. in Caton.* Scipionis Africani filius cum Præturæ candidatus in campum descenderet, ob togam candidam maculis conspurcatam populi suffragio repulsam tulit. *Alexand. ab Alexand. lib. 4. genal. diæ. cap. 3.*

166. *Nihil a què flexit quàm invidia in Treviros.* Ea omnibus potentior affectibus, proprij q; bonè cupiditatem post aliena mala relinquit. Mavult cuncta perferre invidus quam ut bene esse velit, cui invidet. Prudenter igitur hinc inquietis ac indignantibus animis obicem posuit Germanicus, qui ad obsequium redire pænæque se obicire malebant, quam exteris honoris quidquam relinquere.

z gratie remedium, mores
 et affluere. Inter bonas
 militum, quiritur, Exer-
 s, corporis paulum à priva-
 tor. *Lipf. lib. 5. Polit. cap. 15.*
 ex Macedonico & Persico
 etorum conciliavit chari-
 tr. *Plutarch. orat. 1. de Ale-*
 Severus huius gratus fuit.
 dio favorem parare periv-
 r. Alphonfus Arrag. R.
 am discrepans cum ad re-
 alo moribus & authorita-
 a. *lib. de reb. gest. Alphonfo*
 guntatis splendor magna-
 d Agelilao in Ægypto le-
 eum dignoscere non lice-
 im populo, sed paulo splen-
 i dignum principe est. Ex
 nemptus oritur. Historia
 lorem autoritati plurimum
 dministratione integra non
 am decessit, dum frequen-
 ecederet *Plutarch. in Cato-*
 candidatus in campum de-
 e confpuncatam populi sus-
 a. *and. lib. 4. genial. di-*
 a in Trevis. Ea omni-
 dicitatem post aliena ma-
 alius quam ut bene esse ve-
 inqueris ac indignanibus
 obsequium redire pæn-
 honoris quidquam relin-
 quere.

quere. Hoc apud infestos irarum lenimentum, favore aperto in-
 clinare ad illos, quibus invident aut infestiores sunt. Exemplum in
 Cosmo Medice ap. *Job Baptif. Cin. lib. 6. de Vit. Cosm.* Supra in-
 dignationem & inimicitiam invidia est, eamque supprimit potius
 ne invidum sibi florentiorem videat.

167. *Non mihi exor aut filius patre & Republ. cariores sunt,*
 inquit Germanicus. Chari sunt liberi, propinqui, familiares. Sed
 omnes omnium charitates patria una complexa est. *Cic lib. 1. Officior.*
 Non tantum parenti nascimur sed patriæ *l. 1. §. 15. ff. de l'emer. in poss.*
 mit. cui utilitates patria potestas auferret *l. 3. §. 5. ff. de Muner. & bo-*
 nec aliqua ratione obesse potest *l. 14. §. 4. ff. eod.* Ita parenti-
 bus Romanis disciplina castrorum antiquior fuit quàm caritas I be-
 rorum *l. 9. §. 7. ff. de Captiv. & Postlim.* Hinc Parricidia pro pa-
 triz incoluntate, dum ad eam delendam parentes vel liberi proce-
 dunt, non sine scelere modò sunt, sed etiam præmio afficienda *l. 35.*
ff. de relig. & sumpt. fun. Laudem ergò merentur Brutus, qui de
 liberis contra Remp. conspirantibus supplicia sumpsit. *Liv. lib. 2.*
Histor. Manlius dum violatam disciplinam castrorum filium vir-
gis & securi ferire iussit Liv. lib. 8. Duo nobiles de Falcenstein *de*
quib. vid. Zaf. add. l. 35. de Rel. & sumpt. Frustrà textus juris Feudalis
c. 11. §. contra omnes Hic fin. Lex. turpitudinis atque impietatis à
 pluribus accusantur, quod vasallum contra Parentem & Liberos ar-
 mis Domino assistere debere statuit. Si enim non crudè sed civili-
 ter intelligitur, de parente & liberis Patriam & Dominum iniquè
 oppugnantibus nihil iniquitatis continet sed ratione optimà nititur.
Schrad. de Feud. pag. 5. num. 94. in fin. Vultej lib. 1. de Feud. cap. 10.
num. 23.

168. *Patrem sua majestas defendet.* Hæc principalis for-
 tuz propugnaculum sine apparitorum ministerio potens in ampli-
 tudine obtinenda. *Valer. Maxim. lib. 2. c. 5.* Quod uni capiti, tot
 millia concordi voto & obsequio parent & serviunt, quod illis ardor
 sponte adest protegendi amandiq; regem, & se suaque quocunque
 salus vel mutus imperantis defideraverit, ja&andi id unice ex maje-
 statis veneratione exoritur. Quæ sola sæpe Principes ab insidiis &
 periculis liberavit. Exemplum in *Mario. Plus. in Mario. Ferdinando 2.*

H a

Arra-

Arragoniæ Rege Guicciardin. lib. 1. *Histor. in fin.* Alphonso Estensi 1. Duce Ferrariensi Annib. Schotus ad Tacit. lib. 1. *Annal. ubi de Agripp. cade agit.* Scipione Africano & aliis plurimis de quibus legere licet ap. Valer. Maxim. d. cap. 5. Non tamen hinc satellitium Principi negamus, sed ut securitas ex illo sepimentum, Majestas augustius ornamentum habeat cum Politicis desideramus vid. Lips. lib. 4. *Polit. cap. 7.*

169. *An cives appellem* (inquit Germanicus) *quibus tam projecta senatus autoritas.* Eodem modo apud Liv. lib. 28. Scipio Africanus; Vos appellare debeo cives, quia à patria deservisti? Ostendunt Rebelles (nempe qui magistratui summo ejusve præfectis & officialibus contumaciâ perseveranti resistunt *Gigas de Crim. les. Majest. tit. de rebellib. quest. 1. per tot. & q. 3. n. 1.*) ipso jure condemnatione nondum secutâ cives esse desinere, atq; jus civitatis amittere. *Bartol. in Extravag. qui sunt rebell. in verb. rebellando num. 17.* Hinc neq; beneficio consuetudinis *Matth. de Afflict. in c. 1. §. & bona committentium n. 24. tit. que sunt Regal. nec præscriptione, Matth. de Affl. d. l. n. 33.* nec testamenti factione activâ aut passivâ gaudent. *Gigas d. tr. rub. de Pan. committ. Crim. les. Majest. q. 28. & 31. per tot. eorumque liberi concepti & nati post rebellionem cives non erunt, nisi denuo recepti Boer. decis. 13. n. 27.*

170. *Hostium jus suos rupisse Dux queritur.* Quod nam illud? Annon quodcundq; libet facere victori licet? *Senec. in Troad.* An illud quod sceleri datum *Lucanus lib. 1. de Bell. Pharsal.* dicit? Jus nempe belli, quicquid in hostibus sit, defendens, uti Marcellus definit ap. Liv. l. 26. Est quidem Jus in hostes, qui bellum inferendo vitam & bona sua periculo submittunt & pro derelicto habent, civilibus præceptis laxius, non tamen sine cancellis ac regula. Subjungit hanc Germanicus, *Fas gentium nominans.* Cum namque communi consensu gentes bella reciperent *l. 5. ff. de Just. & Jur.* quid honestum sædumve in bellis esset tacitè definiverunt, Hinc gentium juris nobis cum hoste semper est communio *l. fin. ff. de Legat.* ut quod illius universali decreto turpe, hoc in bello reputetur illicitum. Ita Camillus ap. Liv. lib. 5. judicat: *Nobis cum Falsis, qua passio sit humano, societas non est; quam ingenere vitæ naturæ, utriusq;*

urius, est, eritq. Sunt & belli, sicut pacis iura: Jussu, ea non minus quam fortiter gerere oportet. Nimis libidini suæ ablandiuntur, qui ex illa licentiam ac belli Justitiam determinant.

171. Divus Augustus vultu & aspectu Asiaticas legiones exterruit. Magnâ iste vi ad conciliandos ac terrendos animos pollet, ut turbas ac insidias sæpe isto solo impeditas Historia testetur. Exemplum præbet Maximilianus 1. Heuter Delf. lib. 3. in vit. Maximil. & Philipp. Darius Histaspis filius Elian. var. ver. lib. 5. in fin. Vide Camerar. hor. subciv. cap. 6. cent. 2.

172. Dissedite à contactu ac dividite turbidos. Id stabile ad penitentiam, id fidei vinculum erit. Prudenti consilio, inclinatis per orationis pondus ad quietem animis Germanicus exteriori signo penitentiam fidem desiderat. Quisq; dum id edere properavit, metu ne præveniretur, vel aliis ad officia redeuntibus desereretur, non mitigavit solum sed & fidei certamen instigavit.

173. Quæ grata esse poterant Germanicus perfecit cetera ipsi milites exequerentur iussit, Ita uti Tacitus in sequent. ait, xvaniebat ut nullo ipsius jussu penes eosdem servitia facti & invidia esset. Ad prudentiam principis hoc spectat, severæ adpositionis odium amoliri & licet necessaria sit, ut tamen quivis alius, quam ipse autor ejus existimeretur, eniti. Quamquam adversus fontes & extrema exempla meritis, miseria tamen oritur, tanquam non utilitate publicâ, sed in servitiam unius absumantur. Tacit. 15. Annal. Orientis hujus invidiæ acerbiter. criminalis judicij executionem aliis committendo, ita ut neq; iudex nec spectator penarum sit, evitabit. Vid. Boet. 4. de Republ. cap. 7. Sicut Xenophon in Hieron. admonet; Viro Principi, ubi panarum aut coercionis res est, aliis id delegandum; ubi prætorum aut munerum, ipsi obendum.

174. Disscurrunt musæi & sedatiosissimum quemque vincunt, trahunt ad Legatum. Ita quos seria penitentia à fœdere vel societate pristina avertit, hostes insensibilis ex sociis & sodalibus fieri solent. Ut grati sint his ad quos desciiscunt quidvis prodesse aut moliri properant, & tanquam semet absolvunt, cadibus gaudent. Multum prodesse & prodesse compertum est, si ex conjuratis ac fœderatis aliquem ad apostasiam deflectere atque contra ceteros armare aut irritare

care licet. Præsertim in seditionum ac bellorum civilium robore infringendo plurimum virium id obtinere *supra tb. 136.* ostensum est. Callidis principib. contra turbidos hoc remedium tentare consuetum est. Ita suorum sanguine, suâ quiete tandem turbis finem, ut ut cruentum, sæpe invenerunt.

175. *Stabant pro concione legiones districtis gladiis. (Erat hæc puniendi prisca quædam ratio, ut malefici gladiis militum obijcerentur Lipsius s. de Milit. Rom. dial. 18.) Reus in suggestu per tribunal ostendebatur. Si nocentem adclamaverant, præceps datus trucidabatur. Nec arcebat Casar: Rectè, an perperam? Posterius forsitan, ex l. 12. §. 1. C. de Pen. videbitur. Prius tamen defendi potest, ac imitari licebit, quoties multitudo deliquit omnesque sceleris contagio infecit, ut metuendum non sit ne innoxius pœnam sentiat. Decimationi, quæ perfortem fiebat Lips. d. dial. 18. hunc modum præterendum esse, si non in lanienam publicam irâ vulgari excrescat, arbitror.*

176. *Veterani haud multò post in Rhætiam mittuntur, specie defendenda provincia, ob imminentes Suevos: ceterum ut quellerentur castris trucidant. Hoc quietis firmandæ inter turbidos præsertim milites remedium, remove ab illo loco ubi seditionis monumenta adsunt. Forstner. ad Tac. b. 1. Tollenda sunt è medio duo turbarum incitamenta, memoria sceleris, & asperitas remedij quibus trucia castra renovando dolori plurimum conferunt.*

177. *Casar arma, classem, socios demittere Rheno parat: Si imperium detrectetur, bello certaturus. An probabili consilio? Non aliter puto; quam si extremum sit ac inevitabili necessitate expressum. Multis incommodis ac periculis refertus est ausus turbas civium civilibus armis coercentium. Reformidavit aliquando ipse Germanicus, (uti in superiorib. Tacitus docuit.) Si auxilia & socij adversus abscedentes legiones armarentur, civile bellum suscipi metuent. Quo omne malum levius censetur. Ergò quævis remedia tentanda sunt; antequam ad lamentabilem hanc medicinam descenditur. Ita ut istis inanibus quidquid in hac durum & cruentum est, necessitas excuset. Chirurgorum exemplo immedicabile vulnus ense recidendum potius quam ut latius serpat, totum corpus inficiat*

ficiat & evertat. Ea tandem videtur hoc consilium à Germanico exorisse. Ufus enim aduersus desperatæ auiditiæ milites, qui *primi seditionem ceperunt quorum manibus atrocissimum quoddam, facinus paratum: nec panam commisionum exterritis, nec penitentiam conuersivæ retinebant.* Et licet extrema mererentur præfracta contumacia, ne tamen respublica maioribus turbis intricata civili cruore madefieret, tarde ad executionem progressus est, Minitatus est, indixit arma, licet contra rebelles nullâ clarigatione opus fuisset & *quanquam contractio exercitus & parata in desertores ultione, dandum adhuc spaciū ratum.* Ergo ad rebellium turbas præ proprio consilio arma statim conclamantes haud prudenter reipubl. consulere, Exemplum Germanici admonet.

178. *Trepida civitas incusare Tiberium.* Hæc fors Principum ex more populari, ut quidquid adversi evenit, ejus invidia ad illos redundet. Quia enim curare ne accidat ipsorum officio incumbit, cum incidit, ut ut citra culpam, negligentia rei fiunt.

179. *Ire ipsum Imperatorem & opponere majestatem Imperatoriam debuisse* requirit populus. Cæterum an consultum sit Principem ad dulcorandas ire, an melius per Legatos agere? controversæ inter Politicos quæstionis est. Non sine ratione illud Populus desiderasse videtur, tum quod *cessuri sint, qui principem longâ experientia vidissent, cuius authoritas multum terroris ac ponderis obtinet;* tum quod *ille severitatem atq; munificentiam summam spe ac metu validius allicere & ducere animos queat,* tum quod cæterorum *mondum* ad id fastigium *adultâ auctoritate* haud tam facile præfracta contumacia comprimitur. Astipulatur Job. Boterus lib. 5. *Polit. Illustr. cap. fin.* ubi laudat exemplum Bajazet: his 2. Turcarum Imp. quietem suorum sua præsentia conservantis & Caroli 5. Imp. ad seditiones Gandavensium compescendas properantis. Improbatur Henricum 3. Gall. R. quod Parisienses turbas molientes reliquerit. Contrâ sensit Tiberius speciosis argumentis: (1) *Quod noluit omittere caput rerum, ubi sedes ac fundamentum imperij quo deserto ac concussio major moles immineret, vid. thes. 192.* (2) *Quia se ac reipubl. in casum incertum, cuius exitus in ambiguo, dare anceps ducebat.* Nec enim inter incerta pericula & comoda

bellorum civilium robore
ere supra tb 136. ostensum
his hinc remedium tentare
in quiete tandem turbis fi-

Aspirandi gladii. (Erat hæc
sci gladiis militum objice-
Rum in suggestu per tribu-
erat, præcepti datus tru-
perperam? Posterius
Prius tamen defendi pot-
eliquit omnesque sceleris
e innocuus panam sentiat.
d. dial. 18. hunc modum
publicam irâ vulgari excre-

Rbatiom mittuntur, *spic-
eros: cæterum ut avellerent
indæ: inter turbidos præfer-
loco ubi seditionis mon-
ollenda sunt è medio duo
& asperitas remedi quibus
a conferunt.*

*demittere Rbati panas: Si
An probabili consilio? Non
evitabili necessitate expres-
referentis est ausus turbas ci-
eormidavit aliquando ipse
in art.) Si auxilia & socij
re: de bellum suscipi metu-
Et quævis remedia
hanc medicinam de-
hac durum & cruentum
templo immedicabile vul-
stet par, totum corpus in-
sciat*

moda statum publicum conjicere prudenti gubernatori convenit. (3) Cum plures sunt, qui turbant aut auxilio indigent, quos anteferret? periculum est ne postpositi contumelia incendantur: ac per alios pariter adire licet. (4) Hoc majestate salvâ fit quæ inter præcipientes & cæcos populi furores atque impetus ingens discrimen plerumque & damnium incurrit. Prudenter cenſuit qui dixit. *Ab iratâ plebe cavendum ut ab efferatis bestiis, à quibus longius qui abest, cuius degit.* (5) Quod si majestas principis quidquam valet, ut certe plurimum valet, ei major ex longinquo reverentia videtur. (6) Ipsi Principi præcise agendum & ad punctum uti *Alciatus ait.* Concedendum aut negandum quod petitur. *Sed Periculosa severitas sæpe, flagitiosa largitio & cæcū nihil seu omnia conceduntur; in anticipi non raro respubl. est. Tac. b. l. 1. sup.* Sed his qui mittuntur excusatum quadam ad Principem rejicere ac in morâ solita compendia querere, spe ac promissis lactare. (7) *Resistentes Legatis possunt à principe mitigari vel infringi: Sed quod aliud subsidium, si Imperatorem spreverint?* Insuper est omne remedium quod extremum quoque inani nullum aliud super est. Quæ cum ita sunt, prudentius faciunt Principes si per legatos, viros bonos & prudentes negotia & controversias curent nec ipsi ad dubias actiones se demittant. *Comin. lib. 1. comm. rer. Gall. Aus. de Jur. Princip. conclus. 42.* Sed pro conciliandis contrariis opinionibus distinguo, an ambigua sit turba, exitus nullam certam spem aut modum ostendens, contra principem ejusve potestatem mora: An verò non Principis odio aut causâ suscepta, sed alio ex malo nata, cui à Principe remedium afferri potest quæque anceps omnino non sit. Ad hanc sedandam tutius ibit. At ex circumstantiis, quæ infinita varietate discrepant pendet hæc sententia.

180. *Militaribus animis fomenta adhibenda ut ferre pacem velint.* Cæteri facile quiescunt, sed quibus ex bello lucrum, illorum cupiditati obex ponendus & post bellum id agendum ut qui milites super sunt in pace vivere ac arma quieta habere discant. *Artis est fovere militem ne ad turbas & rapinas, quibus semel assuetus fuit, revertatur.*

DIS.

DISCURSUS POLITICUS IX.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

181.

Immorum adversus eos sermones Tiberio fuit. Rumores magna impedimenta res gerentibus sunt. Neque enim omnes tam firmi & constantis animi adversus rumorem esse possunt, ut suum imperium minui per vanitatem populi malint, quam secundam rem male gerere, *ne ait Luc. Æmilium Consul. ad Pop. ap. Liv. lib. 44.* Prudens vir infamiz timore aut vanis rummculis à constanti se dimoveri non patitur, recti pervicax, loquendi libertatem spernit. Ad hoc elegantibus orationibus Archidamus Lacedæmonios, *Thucyd. lib. 1.* Fabius L. Æmilium hortati sunt *Liv. lib. 22. Cremutius ap. Tac. 4. Annal.* laudat Julium Cæs. & Augustum quod plebis voces tulere & liquere, addens: *haud facile dixerim, moderatione magis insipientiâ. Namq; spreæ exolescunt: Si transcare agnoscuntur.* Magnanima vox est Alexandri Magni aut si alius quisquam dixit: *Regium esse bene facere & male audire.*

*R. Bond.
Masco
Parisi/
R. Roch.
Mergap.*

182. *Fixum Tiberio erat non omittere caput rerum.* Id inter Arcana Imperij referri legimus, ne Princeps à sede Imperij se facile divelli patitur. Quod *ap. Tac. lib. 2. Annal.* apertius traditur; *Neque decorum Principibus, si una alterave civitas turbet, omisâ urbe, unde in omnia regimen, moveri.* Itaque Augusto legimus, quod non diu urbem reliquit: continuo biennio post adeptum imperium pedem portâ non extulit. *Sueton in August.* Ita Antoninus Romanarum, excessit, ne Imperatore absente, sedes Imperij à conjuratis occuparetur. *Capitolin. in Antonin.* Carolus Galliz R. contra Edoardum Angliz R. bellum per fratres gessit, ne post d. Iosephum Lutetiz obfortuniz casum adversum tumultus exoriretur *Frosard lib. 2.* Ammirantes Turcarum Imp. hoc intuitu dixit se sedentem Constantinopoli majores res gessisse, quam ullus majorum in acie, dum prævertisset seditiones Christianorum quæ ipsi absentibus in tanto hominum cætu exoriri solitæ sunt. Nullis rebus magis in-

I

gis in-

DIS.

gis intentum oportet esse Principem, quam quæ in ipsa sede Imperij aguntur, quæ prout inclinant, sequuntur ac æmulantur cæteri. *vid. ib. 14.* Erratur igitur ibidem perniciosius, quia perpetrata exemplo gravius quam damno nocent: E diverso corrigendis cæteris eo ipso haud parum inserviunt.

183. Ambitio humana honoris in levissimis rebus indagatrix ordini multum tribuit, ejus plus quam salutis suæ & publicæ curiosa. Hanc à stimulis & noxâ undè turbarum magna seges avocatur, difficilis juxta & utilis in magnis negotijs deliberatio. *Quos anteferet? Postpositi contumeliâ accenduntur*, quam omni malo ægrius fert immoderatus animus. Ostendunt Magnatum insensæ & sanguinolentæ de prærogativâ disceptationes, *quas congestit. Arum. de Comit. cap. 7. num. 91. & mult. seq. Zuinger. in Theatr. vol. 11. lib. 4.* populi indignationes si vel primo loco datum est uni, quod cæteri secundo cæperunt. *vid. Cævrian. ad Tacit. lib. 4. Annal.* Igitur eas præcavere cupientibus necessaria cautio est, ut æquali jure utentes in pari fructu haud dispari ordine dignentur. Id cum sæpe fieri non possit, melius nonnunquam est, neutri tribuere, quam pariti uni invidiæ ac odij causam præbere. Sicut Ferdinandus I. Imp. consultius duxit Galliæ & Hispaniæ Regum de prælatione contententium Legatos à concionibus & confesso phinè abesse. *Besold. de Præcedens. & Sess. Prærogat. c. 3. num. 5.* Sic in ingressu suo Londinensi, à Pompâ utrumque Legatum abstinere voluit Jacobus Angliæ R. *Pierr. Masshien Liv. 4. narrat. 1. num. 12. in Histor. 15. Henry. 4.* Expeditus modus est cavendi, cavere, ut ordinis definitio æmulorum factis sine tuâ invidiâ procedat, ita postpositi sibi solis id imputant. Hoc consilio usus senatus Polonicus, cum contentionem prærogativæ præ metuendo, de Legatis ad comitia venientibus, in unum censuit: Uti quisque prior Poloniæ fines ingressus esset, ita dicendi ordine priorem futurum. *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 9.* Tutissimum remedium fors est, quâ invidia antepositis, ignominia posthabitis plene demitur. Quam hoc metu suavit & persuasit Helvidius Priscus *ap. Tacit. lib. 4. Histor.*

184. *Majestati major ex longinquo reverentia est.* Omne ignotum

nam quæ in ipsa sede Imperij
 ac æmulantur ceteri. vid.
 stius, quia perpetrata exem-
 plo corrigendis ceteris eo
 in levissimis rebus indagari
 salutis suæ & publicæ curio-
 siorum magna leges advocan-
 tes deliberatio. Quis au-
 tem, quam omni malo re-
 pendunt Magnanimi infensæ
 operationes, quam congressit. A-
 174. Zuinger. in Theatr. vol.
 in loco datum est uni, quod
 n. ad Tacit. lib. 4. Annual. I.
 facta cautio est, ut æquali iure
 ne dignentur. Id cum expe-
 dit, ne utri tribuere, quam par-
 te. Sicut Ferdinandus I. Imp.
 Reum de prelatione conten-
 tione plane abesse. Besold. de
 Sic in ingressu suo Londi-
 nare voluit Jacobus Angliæ
 nam. 12. in Hist. 15. Henry. 4.
 ut ordinis de finitio æmulo-
 a sepositi sibi solis id impu-
 tus, cum coactionem præ-
 contra venientibus, in uni-
 tate fines ingressus esset, in
 de Republ. cap. 9. Tu-
 aæropolis, æconomia post-
 eritavit & persuasit Helvi-
 tate recentia est. Omne
 ignotum

ignorum pro magnifico est: Tacit. in Agric. Quotidianum vile.
 Idcirco retinendæ autoritati optimum remedium Politici censent,
 ut Princeps à cætu populari se quam maximè subducatur, neque actio-
 nes suas in publico conspectu peragat, ne quæ perperam fiunt, in fa-
 stigio conspectiora sibi in contemptum, plebi exemplo ad corrupte-
 lam noceant. Bodin. lib. 4. Polit. cap. 6. Sabæ Reges, quoties in con-
 spectum populi prodibant, lapidibus obruebantur. Diodor. Sicul.
 lib. 3. Bibl. Hist. Primi Galliæ reges non nisi Calendis Maij sese
 populo conspiciendos præbebant omnia per Pa'atij magistrum per-
 agentes Bodin. d. l. Tiberius integrâ ætate & valetudine statuit re-
 pentè Româ discedere, seque è medio longissime amovere: ut vi-
 tato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentiam tueretur atque etiam
 augetet, si quando indignisset sui Respubl. Sueton. in Tiber. cap. 10.
 Ceterum ad perpetuas latebras damnare Principem, id est majesta-
 tem ejusque reverentiam, quæ planè ignoti nulla est, suppressere, ac
 nudum nomen imperantis vulgare. Dehortatur Politicorum senten-
 tia Principes saltem à convivijs, lusu, publicis promiscuis cætibus
 & exercitationibus atque à continuo aspectu, qui minus verendos,
 magnos homines ipsa sacietate facit. Liv. lib. 25. Hist. 9. Bodin. d. l.
 185. Tiberius ne jamjamque iturus legit comites, conquisivis
 impedimentum, adornavit naves. Prudenter sanè. Non discedere
 urbe tutius ipsi, ac reipubl. utilius nondum firmato publico statu,
 existeret. Sed suspicacis ac trepidæ civitatis desideria palam de ne-
 gando, procul dubio iram & invidiam incidisset. Præstat igitur po-
 stulata plebis illicita de lo bono eludere quam rejicere. Illud placi-
 dum & sine periculo: Ex hoc rumoribus & odio origo. Regere
 nescit, qui regere non didicit. Sed juxta Plautum doli non sunt do-
 li, nisi altu colas. Id scivit Tiberius. Non simulavit saltem iter, sed
 neglectum postea causa sufficienti excusat. Mox biemem & nego-
 ciaria causam. Quem fraude usum homines sentiunt, is plu-
 rimum fidei amittit & nunquam nisi trepidè creditur illi, cujus altus
 deprehensus est. Fidem verò decoxisse privatis miserum, sed prin-
 cipibus miserrimum, quorum autoritas fiducia suorum nititur.
 186. Germanicum dandum adhuc defectibus spaciis rursus, si
 recentis

recenti exemplo sibi ipsi consulerent. Nempe imperiti est magistratus statim ad ferrum confugere, nec poenitentiae locum relinquere, *Scip. Amint. dissert. Polit. lib. 17. disc. 8.* Maxima in Republ. laniena futura semper est nisi isti occasio & venia sit. Multa culpa & errore, plura impetu & temeritate sine animo malo fiunt, quae festinanti gladio prosequi non oportet, sed si emendant, quibus affectus corruptus impositus, fragilitati humanae condonare, ut finis modusque poenarum sit. Suffragium iustae poenitentiae hos absolvit *l. 19. pr. ff. de Corn. de Fals.* Sicut periti Medici levioribus morbis, quibus naturae vires sufficiunt non statim pharmaca adhibent, sed istius progressus attendunt atque juvant: Ita prudens Judex incitat potius ad sanitatem seductas mentes curatque ut poeniteant homines, quam ut laqueo, igne, ferro emendationem praeviat. Hoc modo Agricola non poenam semper, sed saepius poenitentiam contentus fuit, *Tacit. in vit. Agricol.* Id fuetum Romanis, ut delinquentibus si poeniteant, tutum receptum ad expertam clementiam promitterent, sicut *Aëquis Liv. lib. 3. Histor. & Aetolis Liv. lib. 39.* si poenitere possent, incolumitatem polliciti sunt. Reprehendit Tacitus *lib. 1. Histor.* Czecinam, quod proximam quamque culpam, antequam poeniteret, ultimum ibat. Ad atrociam vero scelera pernicioso dolo perpetrata, effectum sortita, poenam instinctu publicae utilitatis merentia haec non extendimus. In his poenitentia sua nemo nocens esse definit *l. 65. ff. de Furt. l. pen. ff. de vi bon. raptor.*

187. *Pramittit literas Germanicus minitans, ni supplicium in malos praesumant, usurum promiscuam cade.* Ad tollendas inextricabiles turbas caeteris remedijs frustra tentatis, omnem seditionum multitudinem promiscuae neci subicere, etsi luauosum; ubi tamen Respubl. salva esse non potest, expedit multorum spiritus extingui, quam ut unus iste spiritus, quem omnes trahunt, quoquo extincto boni omnes perituri essent, perdat. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur *Tacit. 15. Annal.* Solet quidem multitudine delinquente mitius agi & cum multorum strages jacet, severitati aliquid detrahi debet: *c. cum constitueretur dist. 50. c. ordinationes c. ipsa.*

c. ipsa pietas c. non potest ib. gloss. c. quisque 23. quæst. 4. Gail. de Pac. publ. lib. 2. c. 9. n. 36. tum ne innoxij pereant, tum ex ipsa ratione multitudinis *juxta c. sane x. de temp. ordin.* ubi vulgaris versus citatur: *Ob populum multum crimen pertransit inultum.* Id tamen ad pænas eas, sine quibus publicis malis nulla medela, nisi multitudine oppressa, extendi non oportet. Sicuti nec in maximis gravissimisque delictis id procedit, *Domin. in d. c. deniq. dist. Luc. de Penn. in l. sive C. de Exat. & exec. 1. Bartol. in l. aut facta §. ult. ff. de Pen. nec eum multitudo, autoritate & nisu delicta paucorum defendit veniæmeretur. c. 1. ib. gloss. de Pen. dist. 6.* Unde civitatis rebellis, quæ sanctatis spem reliquam non facit, *πρωλοῖσθαι* Jure defendimus, *vid. late. Luc. de Penn. d. 1.*

188. Prudenter Germanicus & Cæcina necessarium sævæ animadversionis consilium suscipiunt & expediunt. Ille *præmittit literas, venire se ac uti ipsi in malos supplicium præsumant nunciatur*, quo emendationis omnibus, innocentibus cautionis spacium concederet. Hic *aquiliferis signiferisq. & quod maxime castrorum fencerum erat recitat ut se morti eximant, & aliena pericula deserant.* Quo ipsoturbantium partes infirmiores effecit & exitum reformidantes contra cæteros irritavit, ut aliorum nece innocetian demonstrare, quam in promiscuâ cæde interitum metuere maluerint.

189. Pacis felicitas cum plurimis à bellorum conditione discrepet, tum hoc maxime quod *in pace causas & merita spectari ubi bellum ingruat, innocentes juxta & noxios cadere videmus.* In hoc nec præmij nec pænis locus est, insontes sub communionem mali trahuntur nullumque Jus plus potest, quam arma, sed ut quisq. potentissimus est, ita utilissime dicere omnia & facere videtur. *Dion. lib. 61. Histor.* Silent leges inter arma, neque earum vocem interhorum strepitum se exaudire potuisse Marius ob Camerinõs honorem Romanis æquatos indignantibus respõdit. *Plutarch. in Apoph. Rom.* Sic Jul. Cæsar. Metello obsidenti ne pecuniæ ex stipendio lege veterate depromerentur regessit: *Non idem armorum quod Legum temerum esse. Plutarch. d. l. in Apoph. Rom.* Risit Antigonus Sordidissimacum obsidenti alienas urbes librum de justitiâ confcriptum portigere.

ret *Erasm. lib. 4. Apophi.* Hinc vulgaris vox armorum in solentijis prætexi solita. *Ratio belli.* Quam omnibus legibus tacite exceptam militares animi arbitrantur: Detestanda est; si ad effrenis atque ad omnia scelera erumpentis licentiæ propugnaculum abutimur. Quatenus temporum necessitas non efficta, sed vera eam excusat non omnino reprobanda. Errant qui eundem legibus in bello quem in pace locum & honorem quærunt, ac ad Jura pacis inter turbas nullo juris præscripto se regi patientes frequentibus querelis provocant. Diversa utriusque tempora sunt, diversum Jus desiderantia. Mutantur temporibus leges; quæ in pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat, quæ in bello pax; uti in navis administratione, alia in secunda, alia in adversa tempestate usui sunt *L. Valerius ap. Liv. lib. 34.* Quod belli calamitas introduxit; pacis lenitas sopit, & vice versâ. *l. un. in pr. C. de Caduc. toll.* Quæ diversitas efficit ut sæpe contingat, quod de Mario *ap. Vell. Pater. lib. 2. Histor.* legimus, *quantum bello optimum tantum pace pessimum esse.*

190. *De sententiâ Legati statuunt tempus, quo sadissimum quemque & seditioni promptum ferro invadant.* Id merito dubium videbitur: An justâ indignatione privatis privatâ autoritate liceat ultionem à maleficis sumere? Vulgò no:um est, quod judiciorum vigor, Jurisque publici tutela in medio ponitur, ne quis sibi ipsi permittat ultionem, *l. 14. C. de Jud. & Caliced.* nec, quod per magistratum fieri debet, singulis conceditur, ne occasio majoris tumultus sit *l. 76. pr. ff. de R. I. l. 17. C. und. vi.* Sed ubi nec Juri honor nec magistratui reverentia, injuriâ & damna non à se solum sed & à republ. privato avertere manu vique privatâ licebit. *l. 54. ibi Job. de Plat. C. de Decurion. Barrol. in l. si alias §. bellissime ff. quod vi aut clam.* Tria in vindicando spectantur, aut, ut quem quis punitum emendat, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut, ut sublati malis, cæteri securiores vivant. *Senec. lib. 1. de Clem. cap. 21.* Priora ad magistratum solum pertinent; Privatus jure sibi non sumit: Posterius. & huic conceditur non tam ultionis quam defensionis causa! Sic publicos latrones & Piratas, circumforaneos milites vitæ bonisq; hominum insidiantes occidere cuilibet permissum. *l. 1. §. 2. C. quando.*

quand. lic. unicuique sing. Jud. R. X. in Augspurg de Anno 1555.
 s. So haben wir/ 2c. Quare, si sint, qui turbas movent, rem-
 publ. scelere aliquo inquietant, contra superiores insurgunt, patriæ
 periculosa moluntur, eos proditores non modo proderet, capere, de-
 dere, sed si coercendi licentia publicæ autoritati, ut plerumq; inter
 turbas sit, adempta sit, occidere privatis Jus naturæ concedit. per ea
 qua tradit Hug. Groc. lib. 2. de Jur. Bell. & pag. 210. num. 8 & 9.
 191. Eradicandæ aut supprimendæ multitudini, cum quâ am-
 biguo eventu bellandum fuisset, Lanienas publicas clancularijs in-
 fidijs adhibitas plurimas refert Historia. Romanos in Asia ex im-
 proviso diversis in locis simul necari curavit Mithdrates. Flor. in E-
 pitim. Liv. lib. 88. Antoninus Caracalla sub prætextu nuptiarum
 Partbos supprimere cogitavit. Herodian. in Antonin. Philippus
 Pulcher Galliz R. instinctu Clementis V. Pontif. Equitum Templæ-
 riorum ordinem universum delevit. Paul. Emil. de reb. Gest. Fran-
 co. lib. 8. Sicilientes Gallos uno die fere omnes extinxerunt. Unde
 Vespera Sicula in proverbio, Paul. Emil. lib. 7. de Reb. gest. Franc.
 Sic conjuratione Sancti Bartholomæanâ Parisijs sub Carolo IX. Gall.
 Rege Hugonotis unâ nocte exitium destinatum & multorum strage
 perpetratum est, quod elegantissimè describit Thuan. lib. 52. & 53.
 Histor. Cujusmodi promiscuæ & truculentæ cædes, etsi adversus
 hostes & rebelles extrema meritis gentium jure defendantur, qui
 cum occidi possunt dum nullo modo se emendari patiuntur, quomo-
 dò pereant, nihil interest. Dolus an virtus quis in hoste requirat?
 Virgil. 2. Æneid. l. 1. pr. ff. de dol. mal. l. 26. ff. de Captiv. & postlim.
 rev. Ne tamen & cito nimis & temerario ausu ad istas properetur
 molienti præprimis cavendum. Cum justissime suscipiuntur, ini-
 quitatis plerumque aliquid intercedit. In pravâ multitudine &
 innoxij sunt, quidam bonorum caduntur postquam intellecto, in-
 quos servitur, pessimi quoque arma rapiunt. Sæpe nimis sunt.
 Non medicina sed clades; uti Germanicus plurimis cum lacrymis
 appellat: Nec sine periculo, quia fors regit. Cujus modera-
 men cum ex prudentiâ exequentis dependet, tum etiam Historia
 Taciti nonnullis circumstantijs acute viris innuit: Suscipi in
 confi-

consilium monet, cum præcipuæ autoritatis viris & quod maxime castrorum & multitudinis sincerum est quibusve, ut cunctos infamia, seque morti eximant, cordi curæve est. Ex his proditiōnis minor metus, studij ardentioris spes. Hinc tentandi quos idoneos videntur. Nec à tentamine ad consilij communicationem celer progressus erit. Exploratis demum animis, postquam majorem partem in officio vident, contra infirmiores, quia adversus plures & magis munitos anceps actio statuendum tempus, ut uno momento eodem ictu inchoentur, ne divisa momentis executio, minus virium habeat. Iude signo dato, quod vulgare nec insolitum esse debet, sicut in Laniena Sicula placuit, irrumpant contubernia, trucident ignavos, nulli nisi conscij noscente, quod cadit initium, quis finis. Causa in occulto: cætera fors reget. Furere & caulis incertis, difficiliora remedia. Tacit. 1. Histor. Præcipuum monitum in hac re est, tardè suscipere, cellissimè exequi ejusmodi consilium: Sicut alias nihil in discordijs civilibus festinatione tutius, ubi factio magis quam consulto opus est. Tacit. d. l. i. Histor.

192. Neque legatus aut tribunus moderator adfuit. Præterquam quod vana inter sævos furores imperia futura fuissent, sic & invidiæ, quæ ex cruento facinore metuitur immunes & periculi, quod ex improspere successu impendet exortes esse volebant. Ideo permissa vulgo licentia atq; ultio & satietas. Res sæda alibi? Sed in permillis lanienis necessaria.

163. Truces etiam tum animos cupido involat in hostem eundi, piaculum furorâ. Perpetrata forti proboque facinore expianda vulgus censet. Crèdebant veteres, militarem furorem solo sanguine hostili placari. Qua opinione & inclinatione, uti Duces ad victoriam sæpe usi sunt, ita prudens quisque populi moderator, si casus offerat, eâ uti sciet & studebit. Sic Germanicus sequitur ardorem militum, felici successu. Simile exemplum in Romano exercitu, post turbas à Fabio in Hetruscos ducto ap. Liv. lib. 2. Histor.

DISCURSUS POLITICUS X.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

194.

Sociarum cohortium ea seditione intemperata modestia fuit. *Respond.* Nempe quia ex alia & diversa gente ea collectæ, Ufu com- *Christia-*
 pertum est, mixtosque varijs gentibus milites, linguâ, mori- *no Esne-*
 bus, ingenio, habitu, sacris distinctos non facile æmulatione *sto Po-*
 insurgere, ac contra duces conspirare. Mirandum, ait *Liv. lib. 28. Nobil.*
Histor. quod in Annibalis exercitu, nulla nec inter ipsos nec adver- *Pom.*
 sus ducem seditio existerit, cum & pecunia in stipendia, & com-
 meatus in hostium terrâ sæpe deessent. Sed rationem hanc addere
 videtur, quod missus ex omnium gentium collatione, non lex, non
 mos, non lingua communis, &c. Hinc namque conspirationi, quæ
 seditionis principium & tormentum est, & ab uno eunte exortitur
 bis impedimentum. In opprimendis namque nationibus, peregrino
 milite, cui istorum commercium & similitudo non est tutius utque
 expeditius uti licet. Cessat contagionis metus, nec ex commiserati-
 one apud illum obsequij tarditas. Cæterum inter milites discre-
 tionibus conglomeratos turba semel exorta difficulter compe-
 scitur & sedatur, *vid. Forstner. ad Tac. b. l.*

195. *Lati Germani agitant, dum justitio ob aversum Au-*
gustum, post discordiâ Romani astinentur. Optima ea caprandæ
 tentandæque fortunæ occasio, hoste discordi. Qui licet externo
 irrupentè metu ad quietem sæpe reducitur, insidij tanten & vi
 multifariam patet. Hinc Otho, *ap. Tac. i. Histor.* si hostibus eli-
 gendi facultas datur, quas mentes imprecentur; nihil aliud quam
 seditionem & discordiam oportet turos. Sed huic voto simulatis dis-
 sidij sæpe illudere solet hostis, dum vulgatis ac ostensis in exerci-
 tu suo motibus, latioremq; magis incautum ad adversarium effi-
 cit. Cujus stratagemas exempla exhibuit Marcellus Nolæ adver-
 sus Annibalém *vid. Liv. 23. Plutarcb. in Marcell. & Memnon Rho-*
dinus ut referet Frontin. lib. 2. Stratagem. cap. 5. & Polyæn. lib. 5.

K

296. Mul-

196. Multum ad rem militarem facit, qua viâ exercitus ducatur, ut prolixè ostendit Scip. Amira. lib. 13. differt. Polit. 6. & dicit militaris artis diligentiam & experientiam maximè elucescere, tum ex tribus vijs una eligitur. Hanc frustra ergo Germanicus consultat, ex duobus itineribus breve & solitum sequatur: an impeditius & insententum, eoque hostibus incautum? Posterius dilegit; prudenter. Non tam viz brevitâs attendenda, quam securitas & commoditas, ut habeatur commeatu ratio, insidiarum vitentur & quo securus hostis incautior oppugnari possit. Corbulo Artaxata pro festuâ brevem viam omisit, quia legiones ibi sub idem dabantur; procul & latioribus vadis transiere Tacit. lib. 3. Annal. Quam perniciosum errorem Romani Noceram verius ituri, breviorilecto itinere errarint notat. Liv. lib. 9. Histor.

197. Attulerunt exploratores festam eam Germanis noctem, ac solennibus epulis ludicram. Hanc occasionem invadendi hostis, cum festo, & convivij detinetur, commodam attentus belli Dux non prætermitteret. Securus hostis in istis sæpe suppressus est, multæque urbes captæ. Lacedæmonijs incautam feriarum observacionem plurimum nocuisse refert. Thucyd. lib. 4. & 5. Histor. Babylonia à Cyro cum festivitate occupata esset capitur. Herod. lib. 1. Quibus in propinquo pericula, festa celebrent, ut securitati suæ non desint, à stationibus & vigilijs nunquam ferentur, istamque occasionem hostibus præbeant. Quâ in re à Germanis peccatum, qui festi per cubilia propter mensas nullo metu, non antepositis vigilijs debebant.

198. Sæva videtur bellandi ratio, quâ Germanicus utitur; quod non sexus, non ætas miserationem attulit. An huiusmodi actus bellici possint excusari? dubiæ quæstionis est. Jure illo belli, quo quodcumque libuit facere, victori licet Senec. in Troad. sæpe ita actum. Romani captâ Iliturgi Hispaniæ urbe mulieres & pueros, sine discrimine interemerunt. Appian. de Bello Punic. Titus feris dilaniandos Judæos similiter exposuit. Sed non omne quod licet honestum est l. 108. l. 158 ff. de R. I. sunt aliqua quæ fieri non oportet, etiam si licent Amm. Marcellin. lib. 30. Ex quibus illud belli jus, quod si officia humanitatis & naturalem rationem spectamus, injuriam rectè

recte dicimus. Prohibita ista in sexum & ætatem imbellem sævitia
 divino jure, *Deut. 20. num. 13. & 14.* nisi quatenus aliquando speciali
 mandato Numinis vitæ necisq; arbitri ad ultionem criminum in gen-
 tes permissa & exercita est, *Deut. 2. v. 34. Psal. 137. v. 7.* Nec naturali
 gentium lege permittitur, de qua Camillus, quid in hostes concedere
 ret differens, subjungit: *Arma habemus non adversus eam amem,*
curiam captis urbibus parcitur, sed adversus armatos. Pausania
 præcipiendum esse dixit, quia factionis participes non essent. *He-*
rod. lib. ult. Ita & femina hostis nomen non capit. *Senec. 4. Octav.*
Unde Alexander M. ap. Curt. lib. 5. Histor. Cum captivus & fami-
liariter bellum non soleo; armatus si oportet, quem oderim. Du-
 rum nimis est, sævius agere cum his, qui non nocuerunt nec nocere
 possunt. Quod si vero ab ætate & sexu isto hosti clades aut pericu-
 lum fuit, humanitatem hanc non debet. *Alberic. Gentil. de Jur.*
Bell. lib. 2. c. 21. In formitas bellantes, virorum munia induentes, qua-
les Amazones, jus belli est. Cæterum si hostis in pueros & feminas
sævierit, an talionis jure idem excusari potest? Placet id multis, sed
sine ratione Hug. Grot. de Jur. Pac. & Bell. lib. 3. c. 11. n. 16. Scelere quis
penfat scelus? Senec. in Thyest. Fæda & immanis vox est: Sceleri
modus debetur ubi facias scelus; non ubi reponas: Senec. d. l. Vindi-
care licet turpe nefas, sed cum moderamine inculpate ultionis, quæ
adversus hostem licet, quatenus ille meretur; In infantes, crimen
est, Noxa caput sequitur l. 1. §. fin. ff. de Privat. Delict. §. 5. Inst. de
Noxal. act. & poena ibi esse debet, ubi noxa est: Propinqui, necri, fa-
miliares, quos reos sceleris societas non facit, immunes sunt l. 22. C.
de Pen. talionem natura & lex non admittit, nisi in illos qui deliquit-
runt. l. 3. §. 4. ff. quod quisq; jur. Proceditur sæpe ad promiscuam
istam cædem ad terrorem hosti incutiendum: Sed quis hinc jus in-
nocentis occidendi tribui censet: Peccata suos terreat aures, nec
ulterius progrediatur metus, quam reperit delictum d. l. 22. C. de Pen.
Idiq; igitur existit causa suscipitur: nec minus duriter ob studium in-
parces suas oblativatus, quod supplicium non mereri judicavit Beli-
tarium ap. Procop. lib. 5. de Bell. Gothic. vid. Hug. Grot. d. c. 11. n. 16.
199: Profana simul & sacra, & celeberrimum illis gentibus tem-
plum,

46.
plum, quod *Tanfana* vocabant, solo aquantur. Et hoc licentioso belli jure defendi solet. Loca enim ab hostibus capta sacra & religiosa esse desinunt. *l. 36. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 4. ff. de sep. viol. Hug. Gros. de Jur. Bell. & Pac. lib. 3. c. 6. n. 2.* Sed humanius est ac laudabilius in violata relinqui. Idq; mitiorum gentium assensu probatur. Polybij optimum, hac de re *l. 5. Histor.* existat Judicium: *Qua neg, nobis ad bellum futura sunt usus, nec hostibus incommodatam, ea ire perditum; templa maxime, & qua in ijs simulacra & similia ornamenta, quis neget mala mentis & pra ir a furibunda esse opera.* Quare cum Philippus Macedoniae rex in templa, aras & sepulchra Atheniensium saeviret ultra jus victoriae eum egisse. *Florus lib. 2.* scribit, graviterque Athenienses apud Aetolos eade re conquesti sunt. *vid. Liv. lib. 31.* Romani a templis devictarum gentium manus violentas plerumq; abstinuere, ac crudelitatem in ista atrocem judicantur. *Liv. lib. 25. Dion. lib. 51.* Scipio captam Carthagine milites donis ornavit, exceptis qui in Apollinis templum peccaverant. *Appian. de Bell. Punic.* Alexan. M. Thebanorum Sacris abstinuit. *Suidas.* Tamerlanes truculentissimus Tyrannus hostium sacra intacta relinqui voluit. *Jov. lib. 14. Histor.* Et quidem licet hostes a cultu Numinis veri sint alieni, parci tamen templis ipsorum consultius erit. Nec enim alienae religioni conviciandum, ne & nostrae remaledicatur sanctissimae per provocatos. *Phil. de Monarch.* Id autem turpissimum, cum inter Christianos bello exorto, etsi quibusdam fidei articulis discrepent, sacra ruinis, rapinis & militari licentia patent. Ea vero ad sacra ab hostibus ipsis jam profanata non extendimus: veluti si templa ipsis sint arcium & castellorum loco. Unde Veneti Ptolomaida sano occupato quia Geuientes munimenti instar uterentur parcere noluerunt. *P. Emil. de reb. gest. Franc. lib. 7.* Et Tito a nonnullis suadum, si Judaei ex templo resisterent, ut castellum jure comburi. *uti Zonaras refert.* Quatenus etiam templa victoriae impedimenta sunt, justa bellabellanti in ea aliquid ad removendum obicem licere arbitrari. An cum hostis nostra violavit templa, invicem jure violenturum quaeritur. Stricto jure, quod in hostes praevallere si let, forsitan excusatur. Sed in DEI honorem abstinere ab ultione ista pietati magis congruum videtur.

300. Constituire ordines diligenter, visum est plurimum conducere, & ad non turbandum, & ut celerius restituerentur, si turbati essent. *Veget. de re mil. lib. 4. c. 10.* Nec in acie solum, sed etiam in itinere. Procedat agmen, inquit *Osonand. Str. strategicus c. 6.* ordine servato, etsi pugnam imperator commissurus non sit, immodi et si per arduam viam exercitum producturus, ut hoc pacto assuesciti milites maneat in ordine, conseruent proprias cohortes, ductoresq; suos consequantur. Maxime vero si per hostile solum incedunt, subitaneis excursionibus sustinendis ac reprimendis, &c. *Porcius. militie Germanicæ* id novit, qui propinquo hoste cum exercitu in castris situm-
ni & pralio.

301. In exercitu Germanici mediis impedimentis. Quæ servari ad sustentandum & defendendum exercitum præcipuis profest. Præter Væringetorix. *Non interesse hostem interstruere, impedimentis in eis habere, quibus amisso bellum geri non potest. Caf. lib. 7. Bell. Gallic.* Sed imperia loca multis nocent; ut Clades Othomaniana, cui causa mira vehicula & lilia, *Tac. lib. 2. Hist. & Vitellianorum*, qui impediens vehiculis tormentisque restitui nequiverit, docet. *Tac. d. l. 2.* Sed an medio loco ea haberi expediat? ambiguae controversiæ esse legimus. Negat *Bancratius. manit. Pol. lib. 3. mon. 1.* tum propter diversos motus, quibus circumducenda sunt, tum quod exercitum disgregant, ita ut invadenti a hoste auxilijs ferendis inveni-
 sententiam tenet Sc. *Amiratus lib. 13. differ. Polit. ad Tac. disc. 2.* In itinere ea media esse vult, ne defensa militem commearis & munitionibus privent. In acie vero ad viciniam locum reponenda ac paritate milium adjustatâ custodienda esse putat. Sicut *Julio Cæsari*, prælocare solitum fuit. *Jul. Caf. lib. 7. c. 8. de Bell. Gallic. vid. prolixè de b. quæst. Scip. Amirat. d. l.*

302. *Eidem recentibus ac priorum oblitus, nilos in hybernia locatur.* Vulgi ea natura est, præteritum saltem intendere, a veteriora non retrospicere. Nec ullibi præteritarum citior quam apud populum oblitio. Memoriam antecedentium, recentiorum eventus demit,

domit, ut ex illâ, nihil metuere debeat, qui novis detinere mentes populares novit.

203. *Nunciata ea Tiberio latiniâ curâ, adscere, gaudebat oppressam seditionem: Sed bellicâ Germani gloriâangebatur.* Ex naturali Principum erga emineates virtutes ministrorum odio & invidia, hoc oritur, ut ex prosperis illorum actionibus quantum gauder, tantum quoq; doleant sibiq; metuant. Censent non sibi sed ministro gloriam partam & ne illa ad propriam potestatem abutantur, timent. *Opinio haud vana.* Ex alienâ victoriâ sepe duces sibi imperium peperisse legimus. De remedijs huius mali dicitur alibi.

204. *Retulit Tiberius ad Senatum de rebus gestis, multaq; de virtute ejus memoravit.* Et gloriâ Germanici augetur laudes tamen astuta vulpecula non omisit. Tunc, ne quod more Romano debitum erat, injuriosè homini publicè gratodentegare, tum ne gloriâ ejus tanquam inferior invidere videretur. Unde colligimus, Principum merita præmia & encomia ænustis inestis minime demere de bere. Si ne dubio inde ex istis odium ab alijs beneagendi fastidium. Crescit laudata virtus nec sine laudis stimulo quisquam ad eam arnititur.

205. *Multa de virtute Germanici memoravit, sed magis in speciem verbis adornata, quam ut penitus sentipe crederetur.* Paucioribus Drusum laudavit, sed intentior & magis fidâ oratione. Ingentiam laudem fidemq; sermonis brevitatis nunciat; Sed quasita in eadem verba multisq; inanis ambagibus involuta simularum amorem produunt. Hinc quo plus ceremoniarum & complimentorum, (ut non minus absurdè dieuntur quam exercentur) ostenditur, eo paucior ingenitas subest. Sueta decipiendi species, laudis colore virtuti detrahare atque nocere. Quos incautiores opprimere volunt, palam simularumque laudant *Tacit. lib. 3. Hist.* Pessimum inimicorum genus laudantes. *Tacit. in vit. Agricol.* De hoc callido nocendi artificio, quod accusatoriam diritatem laudant ritulis peragit scite Martertinus in *Panegy. ad Julian.* scribit: *He voces laudantium fuerunt ad inflammandâ odia probris omnibus potentiores. Si enim comminisci aliqua flagitia tenuissent, facile ipso stentore*

dore laudis & gloriae resumatur. Invenimus autem sandigam, quae nullus reselleret.

206. Tiberius cuncta, qua Germanicus induissent, servavit. Annon jure negare potuit? Ita primo intuitu forsitan videret, cum licuit mox irrita facere, quae per seditionem expresserant, Tac. 1. Ann. vel Lips. lib. 6. Polit. cap. 4. tum quia Politicæ rationi adverteret, ut princeps præmium gratiam sibi ab alijs præcipi patiatur ac à Duce militi quædam donari permittat. vide Bodin. lib. 5. Polit. cap. 4. Sed contra ex Libesij factis judicamus, ut quibusque die primibus utiliter gesta ab his, quibus Reipubl. curam & administrationem latorem commiserunt, rata habere, & quæ ipsius nomine præmiserunt, exequi. Summum istis non servatis, principi dedecus, dum fidem quæ istis habuit, non sequitur: Maximi periculum, ex potentiorum indignatione quorû fides destruitur. Labes Reipubl. quando nulla imposterû nomine Principis res gerentibus auctoritas aut fiducia erit.

207. Julia ob impudiciam olim à patre Augusto Pandæriis Insula, mox oppido Reginorum clausa, uti latius describitur à Dion. vel Suetonio in vit. August. cap. 65. Sed Augustus an rege relegationis poenam filia communito cum Senatu consilio publicè indixerit? disquiritur. Male eum flagitiæ Principis domus in publicum emisisse cum Seneca censemus, qui lib. 6. de Benef. l. 22. hæc, de re ita scribit: Hæc tam vindicanda Principi quam incenda (quæ quædam verum turpituo etiam ad vindicantem reat) parum potens ita publicaverit. Subjungit Augusti ipsius subsæcurum iudicium, cui cum, interposito tempore, in locum ite subisset, verecundia, gemens, quod non illa silentio preffisset, quæ tamâta nesciens, da, nec loqui turpe esset sape exclamavit: Horum mihi nihil accidisset, si Agrippa aut Mecenas vixisset. Nec enim potest non esse principi infame, cum publicis omniumque actionibus intensus esse deberet, si suorum ac privatæ domus mores quod regere non possit, si manifestum sit.

208. Evenerat Julia in matrimonio Tiberij, spreventique ut imparem. Id certum ex impari connubio vitium, quod inferior conjunx spernitur, concordia exulat, Cleobulus hoc monuit.

γάμος ἐστὶν ὁμοίῳ ἄνδρι καὶ γυναικὶ γάμος; δευτέρως, καὶ
 ἡ συγγένεις κληρονομία. *Diog. Laert. in Cleob.* Si qua volēs apte nūbe-
 re nūbe pari, *Ovidius* ait. *De incommōdiū in aequaliū matrimonij plu-*
rum congestū Timotheū. in l. s. connubial. per tot. Romæ primitus De-
 cemvirali lege cāctum ne Patriciū plebeiam, Ingentiū libertinam
 dāceret. *Liv. lib. 4 & 10.* Et si ei postea derogatum. *Dio Cass. lib. 55.*
 Apud *Hollatos* similiter olim constitutum, ut nobiliū Robilem, liber
 liberam, servus servam matrimonio jungeret, in secus facientem ca-
 pitis pœna sancita. *Johann. Peterf. in Chron. Hollat.* Quæ tamen æ-
 qualitas non ex proportione Arithmetica, sed Geometrica æstiman-
 da est. Nobilitas & divitiæ cum formâ, eruditione alijsq; virtuti-
 bus & animi domis pensantur. *Alexand. consil. 209. lib. 6.*

309. *Ad Sodalium Augustalium sacerdotium sorte ducti ex*
primoribus divitiis unius & viginti, Tiberiū Drusum, & Claudius
& Germanicus adficiantur. Ille modus accommodus, quo ordini
 vti collegio nūper æ pro dignitas & autoritas adjicitur; si Princeps
 & cæteri dignitate eminentes nomina sua isti dant, ac inter sodales
 se cōnumerari patiuntur. Quisque ex Principalia autoritate insti-
 tuta lubentius collit & sequitur. *Annibal. Scot. ad Tac. b. l.*

310. *Neq; ipse Augustus abhorrebat talibus studijs.* Pruden-
 ter & ex tempore. Sub novo enim Imperio, expediebat videri po-
 pularem atque spectaculorum oblectamentis à lērijs populū avo-
 care. *Pylades* ob tixas cum *Bathyllo* ab Augusto objurgatus hoc
 consilium sapienter dederat, respondens: *Expediit tibi Caesar popu-*
lari nobis intentum tempus consumere. *Dion. l. 54.* Cupit vulgus vo-
 luptatem, & si trahat eo Princeps lætum. *Tac. 14. Annal.* Vejorum
 Rex odio suis erat, quod solennia ludorum, quæ intermittere nefas
 erat, dixerat. *Elv. lib. 5.* Cæterum firmato Imperio, & ubi vanis
 his mentium delinimentis summo opere opus non est. Reipublicæ
 salutaris eripit non modo ab istis studijs populū destineret, *Bodin. d.*
et. sed principem, longissime ab istis abesse. Nihil tam moribus a-
 lienū est, inquit *Seneca* quam in spectaculo desiderare. *Alcibiades*
 ob versus quosdam *Eupollin* comædum in mare jussit demergi cum
 elogio: *Tu me in scenâ sæpe miseristi; Eupollin, ego te semel in mari. Pta-*
tarch. in Alc.

DIS-

DISCURSUS POLITICUS XI.

ex Lib. I. Anhal, Tacit.

Ludi Augustales sunt duplexes, Alij 8. Kalend. Octob. die
 Natali Augusti celebrabantur: Alij in honorem Augusti ex
 Græciâ & Sicilia reductis decreto Senatus introducti sunt
 Lips. in Comm. ad Lib. I. Annal. Tac. in verb. Ludæ qui de
 nom. Aug. de his Noster agit. plura vid. ap. Dion. lib. 54. & 56. 58.
 Plin. lib. 7. Hist. Natur. c. 43. cum primam eam turbavit discordia
 ex crimine hystriorum. Hinc Lipsius probare nititur Pantomi-
 mos sub libera Republica nullos fuisse, Augusti temporibus Plac-
 ac Bathyllo primis auctoribus primū in rebus: Applaudit Suidas
 in voce Ἀνοδος. Sed melioribus iudicij Historia exincit offi-
 cium illorum, quod describit Rosin. lib. 5. antiq. Roman. cap. 7. & ibi
 Thom. Dempster. in Paralipom. antea etiam usitatum, nomen force
 ignoratum, uti Dempster. d. l. putat. Zosimus lib. 1. inter causas labe-
 factati Imperij Pantomimos introductos refert. An merito? Ita vi-
 detur. Annuit Plinius in Panegy. ad Traj. effeminatam illorum
 artem ab ipso populo damnatam dicens. Pulchre La Stantius lib. 6.
 c. 20. Div. Inst. itaque Hystriorum impudicissimi mores, quid aliud,
 nisi libidines docent & instigant? Quid de mīmis loquar, corrupper-
 larum preferentibus disciplinam? Qui docent aduſteria, demer-
 gunt & simulacra erudiunt ad vera: quid iuvenes, aut virgines faci-
 unt, cum & fieri sine pudore & spectari ab omnibus verum est: adu-
 nentur utiq; quid facere possint, & inflammantur in libidinem, que
 aspectu maxime concitantur. vid. Bodin. lib. 6. de Rep. c. 1.
 212. Augustus crude rebatur misceri voluptatibus vulgi: Id-
 que ex ratione novi, ne dum firmi imperij, cui querendo favorem
 populi querere ac tueri optaret. Aliud maiestatem partam & fir-
 matam decet, que nisi à fuctis popularibus recedat, facilitate ac-
 teritur. vid. Bodin. de Republ. l. 4. c. 7. Aubr. de Jur. Princ. lib. 41. Parit
 conversatio contemptum; raritas conciliat ipsa rebus admirationem.

L Apulej.

Respond.
 Conrado
 Ludovi-
 co à Sche-
 ningh/
 Nobil.
 Pomer.

Apulej. de DEO Solon. Nescit lasciviz deditus populus sacra reverentia uti, immodestus inter immodesta gaudia.

213. *Alia Tiberio morum via, sed populum per tot annos moliter habitum nondum audebat ad duriora vertere.* Repentina mutatio semper periculosa, præsertim cum imperij rationem concernit. Priæcepta moribus antecessoris quam minime, si sapit, desinet. His affecti subditi quidquid alienum est, suspectum habent. Caveat quisque post mansuetum alterius regimen, severum se præbere aut durius imperare *Prolixè disserit & probat Scip. Amirat. disc. Polit. 8. lib. 1.*

214. *Germanicus quancquam in astatem summâ ope bellum parabat, initio veris & repertivo in Chattos excursu præcepit.* Inter artis militaris præcepta legimus ubi contra hostem bellum apparatus, etsi cum cæta mole intentari non possit, levibus tamen incurribus contra imparatos uti proficuum esse. Ut taceam, quæ ex præventione commoda sunt, inde securis terror, consilij & viribus jungendis obstaculum, opportunitatem prævisio, fortunæ tentamen.

215. *Spes inceserat dissidere hostem.* Per discordias civiles externi tollunt animos *Liv. lib. 3.* Et licet externus metus infensos sæpe conciliet animos atque domesticas rixas sopiat, ideoq; hæc certum consilium & fiduciam certam non præstent, *vid. ib. 2.* adversus intricatum hostem tamen multum proficiunt, præsertim cum sanas ac placatas mentes irruptionis celeritate præveniri contenditur. Commodissimum invadendi hostis momentum inter turbas. Huic nihil perniciosius accidere potest quam si Primarij duces dissimiles discordesque sint. *Polyb. lib. 4.*

216. *Nihil ausuram plebem principibus amotis Segetes air.* Est enim maris instar, quod uti per se immobile ut venti & auræ cident, tranquillum aut procellosum est, ita multitudo non movetur, nisi sint qui moveant, *Scipio ap. Liv. lib. 28.* sine re & ore vulgus præceptis, pavidus, secors *Tac. 4. Hist.* Primum ergo idq; optimum consilium se movere facies & turbas motuum, ut quietus sit populus, qui pestifera contagione statim furete incipit, ubi furias istas videt.

217. *Varo tempus fore quo crimina & innocios discerneret Segetes*

gestes censet. *Suadebat ut se licet infontem & Arminium & cati-
ros proceres vinceret, et si nec hi forte omnes fraudis rei fuerint. Per-
missum cautionis gratiâ, tibi causæ cognitioni locus non relinquitur,
ut pericula evitentur, bonos juxta & malos quos ignota & dubia fi-
des discernere non permittit, in custodiam conjicere, sed ubi ad pos-
nam descenditur noxios ab infontibus discernere oportet. Illos in-
venebat Segestes, qui consensu & instinctu aliorum ad rebellionem
tracti, sequi cogebantur, quorum partes salvæ deserere integrum
haud erat. An in hos merita sit victoris indignatio & ultio? disyni-
ritur. Justam non minus quam humanam esse negativam reor. Quæ
enim ex improvise calni potius quam fraude accidunt fato plerumq;
non noxæ imputantur. *l. i. C. ad L. Corn. de Sicar.* Distat infortunium,
culpa & injuria. *Æquitas imperat ne ea pari loco habeamus Arist. de
art. Orator.* Istus regem decet misereri, hanc corrigere, postremam
verò solam ultione prosequi: *ursi Themistius ait.* Quare quos neces-
sitas ac intentata vis ad rebellandum adigit, Judicis arbitrium absol-
vit. Qui impetu inconsiderato peccant, veniam omnem licet non
mereantur, et clementia tamen æquitate impetrant: dolo agentes
manet nec prætermittit vindicta. Hæc justitix in pœnis norma est,
quam à Valente Imp. observatam *Themistius* laudat dicens. *Non
paripenâ dignos existimasti qui ab initio bellum suaserant, & qui po-
stea abrepti sunt armorum impetu, & qui succubuerunt ei qui jam re-
rum potiri videbatur. Sed illos damnasti, hos castigasti postremos mi-
serentur es.* Hoc nomine Athenienses Mithridati deditos excusat
Velleius Patere. lib. 2. Histor. his verbis: *Si quis hoc rebellandi tem-
pori quo Athenæ oppugnata à Sulla sunt imputat Atheniensibus nimio-
rum veri vetustatis, ignarus est, &c. Tum Mithridatis oppressi armis
homines miserimæ conditionis cum ab inimicis tenerentur, oppugna-
bantur ab amicis, & animos extra mania, corpora necessitates servien-
tes, intramuros habebant.* Idem Platzeneses prætexit ap. *Isocr.* in Pla-
taic. *Julianus* hoc in causa Aquitienensium servavit cum post paucorum
supplicium, reliquos dimisit innoxios, quos in certaminum rabie necessi-
tas egerat, non voluitas. *Amm. Marcel. l. 21.* Unde ab *J. C.* traditum, Fe-
loniæ ac læsæ Majestatis crimine non incurrere, qui se hostibus Principis*

deditus populus sacra reve-
ra gaudia.

populum per tot annos mol-
era vertere. Repentina mu-
imperij rationem conce-
am minime, si sapit, deshe-
num est, suspectum habent.
regimen, severum se fra-
probat Sap. Amiral. disti.

faciem summâ ope bellum
excursu præcepit. Inter
hostem bellum appara-
levibus tamen incurribus
taceam, quæ ex præven-
consiliis & viribus jungen-
tentamen.

Per discordias civiles
et externus metus infensos
sopiat, ideoq; hæc cer-
præstent, *vid. ib. 2.* adversus
hæc sunt, præsertim cum sanas
tate præventi contenditur.
entium inter turbas. Huic
si Prætorij duces dissimiles

amoris Segestes ait.
ut ventis & auræ ci-
multitudo non movetur,
si rethore vulgus præ-
ergo id; optimum con-
quætas sit populus, qui
ubi furias istas videt.
innoxios discernit Se-
gestes

amictu suo fordere jungit, sine dolo ac perfidia in illum machinatione *Schrad. de feud. part. 9. c. 5. n. 27.* si id faciat vel pro salutis suae tutelâ, *Farinac. de crim. las. Majest. quæst. 13. n. 17.* pro defensione *Jason. conf. 86. n. 1. vol. 3.* vel recuperatione rerum suarum *Schrad. d. 25. in. 29.* vel ut se hosti obsequiosum præstando à damnis se liberaret *Grammat. confil. 3. n. 29. seq.* vel vi aut metu impendentis mali aditus *Farinac. d. 9. 117. n. 7. § 21. seqq. Giga de Crim. las. Majest. rub. de Rebellib. quæst. 4.* Atque ex hoc fundamento pro Marchionibus Mantuæ respondit *Tib. Decianus conf. 23. vol. 1.*

318. *Segetes consensu gentis in bellum iractus.* Licet in patres Romanorum, fidem secutus, propenderet, tamen multitudinis communibus suffragiis obtemperare coactus ostendit, Bonum virum sæpe turbis civilibus invitum misceri. Excusandum eum & à pena immunem esse ex supra dictis liquet, *Alberic. Gentil. lib. 3. de Jur. bell. c. 7. in fin.* Sed est aliquod ejus officium, cujus cancellis excusatio hæc includitur, quod præscribit Cicero *Epist. 8. lib. 4. ad Attic.* nempe ut ostendat initia civilis belli se invitum suscipere, extrema non libenter persequi *Lips. lib. 6. Polit. cap. 6.* Adhærere videatur quibus resistere salva salute non audet, animo & conatu optimis assistat. Ita Segetes, nunc rebellionis socius, fide tamen in Romanos insignis erat, à suis *discors manebat.* Multum pro his adversus suos, inique turbantes, clam moliebatur. *Parari rebellionem aperite.* An probe: Maxime, si enim non aperuisset læsæ Majestatis reus fuisset, sicut omnis ille, qui perductionis conscius scelat. *l. 5. §. 6. Cod. L. Jul. de Adult. Nov. 117. c. 8. l. 1. § 18. ff. de SC. Silan. Gomez. var. resol. lib. 3. c. 2. n. 8. Er. Pro. commun. opin. lib. 2. cap. 246.* Proditor non est qui patriam ejusque arcana Principi superiori prodit non & turbatorem ut huic noceat, sed illi, qui eam obtinere non debet. *Gigas de Crim. las. Majest. quæst. Rubr. § à quib. crim. q. 24. n. 9.* nedum qui proditorum patriæ prodet. His præsumitur meretur maxima & illico correus sceleris, ex indicio tamen absolutionem & veniam expectabit, *d. l. 5. §. fin. Cod. L. Jul. Maj.* Præterea consilia Romanis contra suos suppeditavit *Masius, Karo, ut Proceres vinceret.* Dabat n. his, quibus sanctiore fide obstrictus erat, quæ in cæteris promissionibus

fontes non discernit. Damnat hanc desolationem oppidorum Cicerone *lib. 1. officii* & Agamemnon apud *Senec. in Troad.* Equidem, inquit, fatebor (pace dixisse hoc tuâ Argiva tellus liceat) affligi Phrygas vincique volui, ruere & æquari solo etiam arguissem. Plato lege vetuit ne terra vastetur, ne domus incendantur *Plat. lib. 6. de republ.* Sane quem ad ruinas urbium voluntas sæva aut causa non necessaria fert hunc gravissime peccare, dubium haud est. Necessitas tamen & urgens ratio excusat, lex defendit *l. 19. ff. si usufr. amit.* Veluti si civitas subjecta sæpius rebellet, naturali quasi indole & levitate à quiete averfa turbet, nec in officio, dum floret, contineri possit, sed metuendum semper sit, ne iterum ad hostes desciscat, aut hostilis fiat, ut maxima pars Imperij tranquilla, & salva sit unum perire ac dirui oppidum præstat. Sicut hostes occidere jure gentium fas est, ne impoſterum noxamento esse possint, utque ijs prostratis quietes sit: Ita hostiles istas urbes ex quibus continuus metus, spes emendationis nulla, nec coercendi remedium, tollere ex ratione naturali permiffum, ne hostibus inde robor, imperio periculum. Ita Valerius *lib. 7. c. 10. de Tusculo* ait: *Crebris rebellat ionibus Tusculani meriti, ut urbem funditus amitterent.* Hinc Romanis Albæ *Liv. lib. 1. Poeneticæ Liv. lib. 2. Cortuosæ & Contenebræ Liv. lib. 6. Sarrici Liv. lib. 7. Veliterni Liv. lib. 8. Carthaginis Eutrop. lib. 4. Plutarch. in M. Caton. ruina placuit:* Hujusmodi facta defendit Isocrates in Panegyri. Meliorum & Sicyoniorum excidium excusans: *Si qui alij (inquit) majori in ijsdem negotijs clementiâ essent usi jure vituperamus nos: Si verò nec unquam hoc factum est & fieri nequit, & ut tanta urbium multitudo sine animadversionis severitate in officio contineretur: nonne laudandi sumus, qui malè tractatis quam paucissimis imperium, quam diutissimè retinuerimus?* Unde quaeritur anne ad terrorem aliorum excidia, sicut Corintho *Justin. lib. 34. Hist. & Megaræ Liv. lib. 24.* evenit, Jure fiant? Discerno an ob rebellionem antea actam mereantur urbes poenam istam, an verò nihil ista atrocitate dignum admiserint. Crudele nimis est, innoxijs infligere supplicium, ut fontes horreant. Poena tenebit autores. Ubi vero delicti particeps civitas, exemplo Jure cæteris ad quietis incitamenta erit. Ad famam concii-

conciliandam, qui famosas urbes vastant, non magis excusari queunt, quam, qui ex celeberrimo Dianæ templo incenso gloriam captabat. Quid si desolatur oppidum, quia captum præsidij teneri non potest vel hosti ad conatus commodum esse valet? Hac ex causâ Corbulo Artaxata combussit *Tac. lib. 13. Annal.* Didius in Uspenses sævit *Tac. lib. 12. Annal.* Probat, Scipio Amirat. *discurs. Polit. lib. 13. disc. 8.* Cæterum quia mœnia & munitiones diruendo istis malis obex poni potest, & extremo isti remedio nisi extrema necessitate locum Jus non relinquit, non perinde eâ ex ratione factum id excusatur. *Sed alibi de hac quæst. plura discusientur.*

222. *Terga abeuntium lacerare moris hosti, quoties astumãgus quam per libidinem cessit.* Quod de Germanis noster, idem de Numidis Polybius *lib. 3. Histor.* refert, quod primo congressu tergavertere, mox ubi visum esset, se sistere hostemque incredibili audaciâ aggredi soliti sunt. Quantum in hacre commodi ab *Xenophont. lib. 1. Cyropæd.* exprimitur his verbis: *Qui hostes decipiunt, possunt eos tum injecta fiducia, incautos offendere tum fugandi sui facultate traditâ reddere turbatos, tum simulatâ fugâ in locos difficiles subducere, hinc, adoriri.* Exaggerat pluribus hoc consilium Onosandri *Strategicus. cap. 11.*

223. *Cerberus ex terris Cacina hinc inde ferens arma.* Unde discitur, utiliter numerum militum à castris, ubi robur belli, ferorim haberi, qui nullo loco diu consistens hinc inde vagetur, peroras hostiles circumvolitet. Quem Batavi hujus artis gnari *etne stigmis* Armee nominant. Multum intersvit divertendis hostium animis, turbandis consilijs, distrahendis socijs, incautis opprimendis, exercitui hostili disgregando.

224. *Validior Arminius, quando bellum suadebat.* Vincit apud populum plerumq; pars majoris animi quam consilij *Liv. lib. 7. Scitissime de Barbaris*, quos vulgus æmulatur, Noster: *quanto quia audaciâ promptus tanto magis stans crebris commotis potior habetur.* Illo arbitro quicquid modestum, ignavia speciem habet: quod circumspæctum & providum, segnitia, quicquid autem abruptum & præceps, id vero forte & virile censetur. *Thucyd. lib. 3. Hist.* Cave
ames

ames aut sequaris istum morbidum affectum. Consultum civi bo-
no Fabij consilium, quod L. Æmilio dat ap. Liv. lib. 22. Neque
collega, inquit, vana gloria, neq; tua falsa insania te moveat à veri-
tate. Laborare nimis jus saepe ajunt, extingui nunquam. Sine
timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito belli
vocent: malo te sapiens hostis metuat, quam stulti cives laudent.

225. Segimundus Segestis filius, etsi profugus ad rebelles, Le-
gatis tamen additus à Romanis benigne exceptus est. Nō tam hu-
manitate clementi quam juris gentium, & jus observantissimi fuere,
necessitate. Quam enim securitatem Legatis illud concessit, ut fan-
cti, & in violabiles ubicunque locorum essent l. 8. ff. de rer. divis. l.
fin. ff. de Legat. Segestes utitur transfuga sibi vindicare potuit. Non
assentior Bodino lib. 1. de republ. c. 6. perpetuam autoritatem princi-
pibus in transfugas omnes, non secus ac in setvos fugitivos tribuen-
di, ita ut licet legari ab hoste missis venerint, jus præhensionis in istos
liceat. Legatorum salvus conductus apud illum, ad quem mittuntur
nec delinquendo, nec hostilitate perit. Quanquam, vixi sunt
commisisse, ut hostium loco essent, Jus tamen gentium valet. cen-
sente ita senatu Romano ap. Liv. 2. Accusare criminis legatum non
licet, quod ante legationem commisit l. 12. pr. ff. de Accus. nedam de-
tinere ac plectere. Quare cum Achæi Lacedæmonios qui cum le-
gatis Romanis erant, vi quondam abstraherent, jus gentium lædi
Romani clamaverunt. Pausan. lib. 7. Frustrà igitur hinc eadem Re-
gis Galliæ Legatorum Fregosij & Rinconij ad Turcarum Imperato-
rem tendentium à Cæsarianis perpetrata quam describit Sleidan.
lib. 14. commentar. excusant, quod ille Genuensis, hic Hispanus exul
fuerit. Matth. Bortius ap. Arum. de Jur. Publ. disc. 14. tb. 16. lit. b. vol. 1.
An autem cum hoc tum & cætera Legatorum privilegia ad comites
iporum pertinent? Aff. per l. 7. ff. ad L. Jul. de vi priv. Schenborn.
lib. 3. Polit. c. 31. in fin. Hug. Grot. de Jur. bell. & Pac. lib. 2. c. 18. v. 8.
Immunitates ad personas accessorias sine quibus exerceri nequeunt,
semper extenduntur. Enendel. de Privil. JCs. lib. 2. cap. 4.
n. 100. & de Privil. milit. lib. 1.
c. 9. n. 37.

DISCURSUS POLITICUS XII.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

226.

Germanico precium fuit convertere agmen. Non modò ju-
 xiliari, Aristot. in Rhet. ad Alex. and. adeo, ut qui non defen-
 dit, nec obsistit si potest injuriæ, tam sit in vitio quam si pa-
 rantes aut patriam aut socios deserat. *Cic. lib. 1. de Offic. sed etiam utile-*
 ferenti operam, dum fidem suâ fide & promptitudine servat augetque
 animum generosum ostendit. Afflictos ab hoste socios & amicos
 deferendo hostiles spiritus augeteunt, imbecillitas aut opinio ejus
 vulgatur, causa & incitamentum defectioni præbetur. A quo au-
 xilii nulla spes, ei nulla habetur fides.

Respond.
 Johanne
 Litzco-
 vio, Câr-
 lino, s.
 Pomer.

227. *Segestes bona societatis* (quæ ab his, qui coacti salutis
 causâ hostibus conspirant, nequaquam violat ut) *memoriâ impavi-*
das, fidem bono viro dignam hinc probat, quod ex quo ab Augusto ci-
vitæ donatus, amicos inimicorum, ex utilitatibus Pop. Rom. dilegerit.
 Salus publica, summa lex est & arctissimum fidei civilis vinculum.
 Civei qui se præbetur, is uno verbo lætissimum officium nempe o-
 mnia quæ isti conjuncta contrarium, adversa pro virili averfurum pro-
 mittit. Hinc Amoris & odij norma ex publicis commodis. Qui socium ejus
 violat ac armis invadit non minus pacis publicæ ruptæ reus est, quam
 qui contra ipsam rem publicam classicum canit, modò justam causam
 alterius injuriâ ipsi non præbuerit. *Grotius de jur. bell. & Pac. lib. 3.*
c. 20. n. 33. Contra illum mandata avocatoria vim sortuntur. *Gail.*
de P. P. lib. 1. c. 4. n. 1. seq. ac auctoritas sanctio: dum ut in causis civi-
libus quo litium fialis sit l. 21. ff. de reb. cred. partes ad transigendum
compellere jure nonnunquam potest l. 84. §. fin. ib. Gorbost. ff. de
Leg. 1. ita & Princeps publicæ salutis causâ injurias subditis illatas re-
mittere, uti resse sentiunt Menoch. consil. 103. n. 43. vol. 1. Gail. 2. ob-
servo. 57. per tot. E contrario inimicus rei publicæ contra republ.
 civium singulorum amicus sine læsæ Majestatis crimine esse non po-
 test.

M

vel. l. 2. l. 3. ff. ad L. Jul. Majest. Uti Pericles, ut falsum diceret ab amico rogatus, se ad aram usque amicum esse respondit: *Plutarch. in vit. Peric. Gell. lib. 1. no. 8. Att. c. 3.* Ita bonus elvis usque ad Rempublicam cum hoste privatam amicitiam fovebit. Turpis excusatio est (*inquit Cicero lib. de Amicit.*) & minimè accipienda cum in cæteris peccatis tum si quis contra Rempubl. se amici causa turpiter fecisse fateatur. Ea demum amicitia est, quæ honestis quæ sita est familiaritatis rationibus, l. 22. §. 2. ff. de V. S. delictorum turpis atq; fæda communio est l. 53. ff. pro Soc. Charondas Thuriis lege latâ improborum amicitia gravibus sub pœnis renunciare jussit *Diod. Sicul. lib. 12. Biblioth.* quanto magis hostium imperij noxiæ familiaritati repudium debetur. Ex his de controversâ quæstione. An qui amicum ob pacem fractam Bannitum recipit à pœna ordinariâ receptatorum excusetur? Contra *Farinac. 27. Crim. de Crim. Las. Majest. q. 55. n. 237. & Tirag. de Pen. temperand. caus. 22. n. 89.* cum Gailio *lib. 2. de Pac. publ. c. 31.* & Salyceto in *l. nullus C. de malef. & Mathe-mat.* puto amicum minime excusandum qui privatam charitatem patriæ amori, qui charitatem fidemq; omnem vincit, præferre voluerit. Licet consanguineus ob receptos maleficos sanguinis ardore mitiorem aliâ pœnam meruisse videatur in *l. 2. ibi glo. ff. de receptat. id tamen ad hostes patriæ perniciem communem molientes minime extendendum arbitror cum Bartol. in d. l. 2. de recept. Audir. de Ifern. in c. un. §. receptatoribus de Pac. Jur. am. firm. Lucè indigni amoris omnium perdunt, nec patris pietatem reliquam habent. l. 19. §. 7. ff. de Captiv. & Postlim. Disputent alij, quid velint; Rationi magis congrua videtur sententia quæ nec filium bannitum patriam oppugnantem à patre, nec patrem à filio alendum esse concludit *arg. l. 35. ff. de relig. & sump. suu. Coter. de Alim. lib. 1. cap. 5. num. 15. seq. & 20.**

228. Proditores, etiam in quas anseponunt, invidi sunt. Illud Augusti de Rhymitalce Thracum Rege: Proditionem quidem amo, sed proditorem non laudo *Cæsar. Roding. lib. 8. antiq. lib. c. 3.* adversus suspectum id genus hominum omnibus probatur. Quicumq; enim improborum aliquo in negotio operâ utuntur omnes eodem adversus eos affectos esse modo videmus, sicut hi sunt qui virus ant
fel

fel à bestia petunt. Quippe usum in accipiendo eo gratum cum ha-
 beant, malitiam bestiae re per acta oderrunt. *Plurimob. in vit. Romul.*
 Exempla prodicioni peractae utut utili, promissa praemia negantium
 vel etiam poenas infipientium legere licet plura ap. *Camerur. bor.*
Suc. cent. 1. c. 7. per tot. An vero iura proditoribus fides non serva-
 tur aut postea supplicium ab his infligitur qui fructum prodicionis
 perceperunt & disquiritur. Quod attinet promissum rei illicitae
 precium, peti id à proditore nequit sed turpis causae exceptio ei ob-
 stat *l. s. c. de Condit. ob turp. caus. Sic hard. ad l. 1. in pr. c. eod. Num-*
quam turpitudinem suam allegans & petitionis fundamentum in ea
locans auditur d. l. s. c. d. 1. l. 4. c. de revoc. donat. Non injurià igitur
 Carolus IV. proditoribus Ducem suum Philippum Austriae per-
 missionem fugae prodentibus adulterinam monetam promissâ longe
 respondit: Quam aliam meretur pecuniam cum imputarent,
 fiducia? adulterinum aurum adulterino pensetur opere, abite in ma-
 lam crucem. *Cranzins in Saxon. lib. 9. c. 37.* Sed an data repeti-
 possunt? ita videtur, quia datur ob turpem causam conditio cum à
 prodicione quisquis recipit, non adeo turpiter agere Politicorum
 iudicio censetur, qui inter medias fraudes, quae licitae nonnunquam
 sunt, corruptelam ajenae fidei locant *vid. Lips. lib. 4. Polit. c. fin.* Sed
 Hae repetitioni non subiacent, cum datio secuta turpitudinem pur-
 gare videatur *l. pen. ff. d. 1. Costal. ad l. 1. eod.* Poenam prodicione
 meritam quod spectat, qui ea usus est, injurià imponit. Frustrare
 probat qui ex re fructum petiit *l. 9. ff. de Negor. gest. multo magis ini-*
missum ad tribunal iterum vocat. Covarruv. lib. 2. var. resol. c. 10.
 Huic oggeri posset, quod Morio Galliae regi cum ei qui post dupli-
 cishomicidij veniam tertium perpetrarat succenseret, objecit: Do-
 mine primum duntaxat homicidium hic perpetravit tu secundum
 & tertium. Cum si illi veniam locumve non dedisses, non commi-
 sisset. *Lamerar. 1. bor. Subscif. c. fin.*

229. *Segetes, quia Romanis, Germaniq; idem conducere videbat, ut pax potius quam bellum probaretur, à suis ad hostē desciscēbat, cōsilia revelabat, factionis tubas suffocare nitebatur. An laudabiliter? Sic reor. Intentio quæ propositum distinguit l. 53. pr. ff. de Furt. defendit probatque. Trans fugam aut proditorem non dicimus, qui ut patriam à periculis & sceleribus vindicet suorum si penitentiam, quàm perniciem maluerint conciliator sit, se à perfidia exsolvat, licet contra suorum voluntatem, dummodo iniquam, ad hostem desciscit. Sed privatus id de patriæ arcibus & absconditis sæpe commodis statuendi arbitrium sibi sumere caveat.*

230. *Quia parum praesidij in legibus erat, flaginavit Segetes ut se & Arminium vinceret, postea ipse huic injecit catenas. Ubi enim contra improbos legibus, quarum ex Religionis, Pudoris & Pœnæ triplici vinculo robur est, locus per præfractam & armatam inlicitam non relinquitur, Judici licet ab executione exordiri, ac pericula prævenire l. 6. §. 9. ff. de Injust. rupt. & irrit. & privato si judicis copia non est, privata autoritate se suosque ab injuria damnisque vindicare permiffum l. 54. ib. Job. de Plat. C. de Decur. l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred.*

231. Duo, quæ in Romano invidiam odiumque acrius inflammant Arminius, objicit, *Supplicia & Tributa*. His nihil magis invisos reddit principes *Lips. lib. 4. Politic. 6*. Moderatè usurpata sæpe infimulant quasi sanguine & vulneribus gaudere videantur. Scite Noster *lib. 3. Histor.* multos pecuniis acerbè conquirendis plus invidiæ sibi quam virium addere ait. Romani, licet necessitatem in istis sequenter in victos satis clementes, multarum gentium rebellionem hoc experti sunt. *Tac. in vit. Agricol.*

232. *Tractus in partes Inguioneris, veteri apud Romanos autoritate*. Res utilis est cum summæ apud hostis dignitatis vir ad nostras declinat partes. Quibus accessu suo Justitiæ maximam speciem multumque roboris adjicit, cæteris excellentis facta æmulationum exemplum præbet. Quare utiliore Arminius hac in re operam posuit quam si aliquot militum millia coegisset. *Unde major Cesari metus* Metuendi enim gravis causa est magni viri defectio, quæ injustitiæ ac dissidentium suspicionem, cæteris juris opinionem ac fiduciam

duciam affert. Quam benevolentiz, ut ut infensum, operosa contestatione impedire licebit.

233. *Ne bellum mole una ingrueret Caelina cum 40. cohortibus Rom. distrabendo hosti mittitur.* Num utili consilio? Annon univisa fordidior dispersa? Ita quidem eam habere expediret nisi idem in hoste compendium: Quod ut auferatur, nihil consultius quam si comperiens plures adversus se esse exercitus, copias suas ad diversas partes moveat, quo ad tua defendenda collectum agmen divisim discedens sparsum cædatur. *Rauzov. comment. Bellic. lib. 2. 614. n. 5.*

234. *Chanci cum auxilium pollicerentur in commilitium ascriptum.* An satis cautè? Cavet sine dubio prudens Dux & ut securus esset circumspexit. Alias quorum animus quondam hostilis, fides dubia vel aliis aut consanguinitate aut nationis vinculo tacito obstricta eorum periculosa sunt auxilia. Adagij loco dicitur: *Ab hoste distans nunquam amica duxeris.* Quin verum id est mortali-um proverbium. Non esse dona que veniunt tibi ab hoste, verum inauspicata & noxia. *Sophoc. in Apoc.* Semper metuendum ne primo magis quam novo animo se jungant. Nulla dimicatio major ac periculosior est quam cum prodicione ac perfidia sociorum *Liv. lib. 2. Hist.* ubi exemplo Albanorum docetur quam minime sociis, qui ante hostes fuerunt, credendum sit. Ea hic commoda cautio est, auxilia ut ut suspecta non recusare, quo vitetur indignatio, sed à nocendi potestate aliena efficere.

235. *Sua urunt Bructeri,* ne hosti ad prædam aut commedatum reliqua essent. Bellicum hoc consilium ubi locum tueri amplius non licet, devastare ne hosti proficiat. Quod ut in foro conscientiz ob miserorum incolarum incommoda defendi possit, multis circumstantiis involutum est, quas ad alium locum differo.

236. *Capito Casarem invadit solvendi suprema militibus ducique.* Sed id Tiberio non probatum. Num merito? Dubitat nos-ter qua ex causâ? An quia Germanici, quem semel suspectum in-visumque habebat, *cuncta in deterius traheret:* Sicut fieri solet ut inviso semel principe seu bene seu malè facta præstant, *Tac. lib. 1. Histor.* an quod exercitus imagine casorum que hostem vim ac

237. *idem conducere vide-*
tur, si quis ad hostem descisceret,
are nitebatur. An laudabili-
distinguit 133 pr. ff. de Furt.
proditorum non dicimus, qui
licet suorum si penitentiam
si, se à perfidia exsolvat, licet
quam, ad hostem desciscit.
conditis sæpe commodis sta-

238. *erant, flagitavit Sequester*
licet injecti cænas. Ubi enim
ignominis, Pudoris & Penæ
fractam & armatam maliti-
tione exordiri, ac pericula
erant. & privato si judicis co-
ne ab injuria damnis que vin-
C. de Decur. l. 10. §. 16. ff. que

239. *vidiam odiumque acris in-*
& *Tribunum.* His nihil magis
240. *6. Moderate usurpata li-*
eribus paudere videantur. Sci-
is acerbe conquirendis plus in-
Romani, licet necessitatem in
eres, muliarum gentium rebel-

241. *petri quod Romanos au-*
242. *hostis dignitatis vir ad no-*
243. *substante maximum speci-*
244. *excellens facta emolanti-*
245. *Arminius hac in re ope-*
246. *cegerit. Unde major Ce-*
247. *magis vni defectio, que*
248. *magis opinionem ac fi-*
249. *duciam*

truculentiam ostendere ac metum incutere videretur, *tardatum ad praelia & inde formidolosorem hostium credebat*. Sed nec indignandi hæc causa sufficiens, cum hinc *aucta in hostem ira* & acrior vindictæ cupiditas, *dum masti simul & insensi condebant*. Neque enim inde hostem metuere discebant quem sæpe vicerant. Frustra *negat Imperatorem auguratum & vetustissimis ceremoniis præditum atrethare feralia debuisse*. Arcebantur à funestis Sacerdotes & augeres ita ut Augustus & Tiberius non nisi velo interposito mortuos laudarent. *Dio lib. 55.* Sed duplex ista in Germanico concurrens persona Ducis & Sacerdotis duplicem respectum tribuit, ut quod tanquam Sacerdos egisse prohibitus fuerit, ducis officio prosequi potuerit. Id frequens ut duos sustinens munera alterius causa agat, quod ab aliis alienum erat. Censem igitur laudabili pietate Germanicum defunctis iusta solvisse, prudenti consilio suis vindictæ ardorem & fortitudinis incitamentum præbuisse.

237. *Varus infelici dextrâ & suo ictu mortem invenit*. Improbandum facinus & fortitudini adversum voluntaria cæde hostium vim prævertere. Nec enim morituro, abruptæ vitæ potestatem ordinata charitas & ademptum vitæ necisq; arbitrium largitur *vid. lb. 150.*

238. *Primum exstruendo tumulo cespitem Caesar posuit, gratissimo munere in defunctos & presentibus doloris socius*. Suetum id alias principibus aliisq; præfectis bono utiliq; more, ut in struendis operibus cæteros exemplo præeant ac incipiant manu sua, quod aliorum sudore perfici volunt, veluti in struendis mænsibus ac muniendis locis lapidis iactum primum facere solent duces. Inde nata consuetudo non nullorum locorum, ut in extruptione novi patibulli, primum lapidem aut lignum iudex loci ponere soleat, ac ita operis primordia facere.

239. Cæcinæ Exemplo notas boni ducis & militis proponit Noster. (1) *Quadragesimum id stipendium* (apud Romanos post dena eques, post vicena stipendia pedes missionem honestam impetrare poterat *Lips. lib. i. de Milit. Rom. ap. c. 2.*) ita ut militiæ infenuerit, (2) *parendus imperandus habebat*. Quæ in re plurimum momenti

menti est ut quis per per omnes in litix gradus exercitatus sit. Unde vulgo dicitur *Ex gregario milite optimam nasci Imperatorem*. Apud Romanos nemo tribunus legebatur, nisi inferiori in militia sorte dimidiata stipendia expleffet *Lips. de Mil. Rom. A. c. 2. (3) Secundarum ambiguarumq; rerum sciens*: Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam deceptit. *Annibal. ap. Liv. lib. 10. Histor.* Major spes ex homine adversis experimentis erudito, tum quod difficile sit virtutes eum revereri, qui secundâ fortunâ semper ulus sit, *Cic. 4. ad Heren.* tum quod adversitatis exercitatione quis prudens evadit *Boerb. 2. de Consol. Prof. 8. Adversæ res (inquit Cato Oras. pro Rhod. ap. Agell. 7. c. 1.) domant & docent, quid opus sit factis; secundæ res lætitiâ transversum trudere solent à recte consulendo atque intelligendo*: Expertus id Mithridates de se *ap. Salust. 4. Histor.* dicens: *Mibi fortuna multis rebus ereptis usum dedis bene suadendi*. Agnovit Cræsus, *Mei casus* inquiens, *etsi ingrati mihi tamen extiterit disciplina*. (4) *Interritus*. Id eum anceps fors docuerat. Nec sine hoc fortis ducis munia sustinere valebat: *uti ostendit onofandri strategicus. 13.* Semper in bellis iis maximum periculum est, qui maxime timeant: audacia pro muro habetur. *Salust. in bell. Catilin.* (5) *Futura volens*. Nam ex Sertorij iudicio oportet ducem respicere magis quam prospicere *Plutarch. in Sertor.*

240. *Ducem terruit dira quies &c.* Quid somniis tribuendum? Diogenes cum somniorum conjectorem videret isto homine nihil stultius sibi videri dicebat. *Plutarch. lib. 3. Apoph.* Meritò id deus qui sollicita quævis somnia sollicitè nimis scrutantur ac oraculi loco reputant. Aliquam tamen eorum rationem habendam sapientibus iudicatum fuit. Non ut ista Phantasiæ ludibria curiose æstimentur: Sed ne contemnantur. Instantibus curis agitant sæpe per somnum species imminentium rerum: sive illos ægritudo, sive divinatio animi præ sagientis accersit. *Curt. 1. 3. Histor.* Amæ etiam benignitas naminis seu quod merentur homines, seu quod tangitur eorum affectione, his quoque rationibus prodere quæ impendent. *Ammian. Marcell. lib. 21.* *Exempla plurima congestit Valer. Max. lib. 1. c. 7.* Quatenus vero sine superstitione somniorum significationes investigare aut sequi liceat, explicat D. Dav. Run-

vere videretur, *sardatum ad*
mercedibus. Sed nec indignan-
am b. s. m. i. r. a & actor vindi-
condibant. Neque enim
repe vicerant. Frustrat
remonia pradium atrell-
as Sacerdotes & augeres na
interposito mortuos lauda-
erantico concurrens persona
tribuit, ut quod tanquam
fficio profequi potuerit. Id
us causa agat, quod ab alio
impierate Germanicum de-
is viadictæ ardorem & for-

Alu mortem invenit. Im-
stium voluntaria eade hosti-
ntro, abruptendæ vitæ po-
vitæ necisq; arbitrium lar-

re pitem Caesar posuit grati-
atioris fecim. Suetum id
utiq; more, ut in strenudis
incipiant manu sua, quod a-
strenudis m. z. m. b. a. c. m. m. i.
ere silem duces. Inde nam
et in extru. sione novi parib-
sa. ponere solent, ac in opem

duces & militis proponit
etiam Romanos post
bonem bonellam impe-
ita ut militiæ infenue-
Quo in replurimum mo-
menti

Rungius p. m. in *Comment. in Genes. c. 28. part. 3. loc. 3. § cap. 40. p. 2. loc. 1. quo me brevis in causa remitto.*

241. *Legiones locum deserere, metu an contumaciâ incertum. Quid deterius?* Certè plus culpæ in hac, sed ex illo periculum majus. Adversus illam prodest externus hostis & metus qui exercitus lasciviam & turbas ad quietam sæpe reducit. Verum hic mentem reddit magis attonitam, ut utilis decernere non sinat. *Procop. de Bell. Persic. lib. 3.* magis perturbat homines quam præsens periculû *Thuc. lib. 5.* ejus cogitatio impedit se ipsam dum respicit cuncta. *Varsevic. in Chron. Polon.* Idcirco in tali tempore, sibi quisq; properat, & lentâ adversum imporia aures. Unde sæpe videtur, ut terror magnas copias nullo premente hoste fuderit & fugaverit. *Pontan. lib. 1. de Fortit.*

242. *Juvit hostium aviditas amissâ cede prædam festinantium.* Quam sæpe obtulit vincantibus prævpm inter ipsos certamen omisso hoste spolia conlectandi? *Tac. 4. Hist.* Exemplo Samnitum cum Romanis C. Cornelio dictatore duce. *ap. Liv. 8.* & Itolorum cum Gallis bellantium sed prædandi cupiditate victoriam è manu dimittentium *ap. Guiccard. lib. 2. Hist.* discitur. Prudens Dux suos ut in victoria proximos à prædâ arcet, ne, quod inter prædandum omni multitudini evenit, dissipati, hostilibus impedimentis impediti, præda operati & incermes victis victoriae spem & occasionem præbeant *Jul. Cæsar. lib. 2. Comment.* quod rota acie pronuntiari jussurunt, ne quis loco discederet: Illorum esse prædam atque illis reservari, quæcunque Romani reliquissent: proinde omnia in victoria posita existimarent. Felix aliquando fuisse stratagemma legimus, quo præda ad impedimentum auxirritamentum hosti fuit ultro objecta; ut vel fugientes persequi desinerent vel eam captantes ex improviso circumvenirentur, quo Trivultius Gallorum Dux contra Italos *Guic. lib. 2.* & Fiotho r. Danis Rex contra Danos usileguntur. *Coth. in Ep. Ded. vol. 1. conf.* Cautricea in re Romani, quorum provida in occupandis prædis consilia notat *Eoby. lib. 10. Histor.*

quæ notentur.

DIS-

97.
DISCURSUS POLITICUS XIII.
 ex Lib. I. Annal. Tacit.

243.

Contra imperum & temeritatem militarem remedia hæc *Respond.*
 Cæcina adhibet. Primo *auctoritate*, quâ omnia expedire Ioachi-
 potestate fungentes expedit, hinc *precibus*, postea *manu ob-* mo Hen-
sistere aut retinere militem tentat. Et si turba errore ac im- ningo
 petu delinquat nec penam mereatur, ubi tamen se reduci jussu aut *Kleist/*
 prece non patitur, contumacia vim expolcit. Sed ubi ista nihil pro- *Nobil.*
 ficerent *miseratione demum*, quia *per corpus Legati eundem erat,*
clausis viam: Non minus honestum est pro suorum retinendo obse- *Pomer.*
 quo quam hostium averrendis irruptionibus pericula experiri *Plu-*
urch. in Lacon.

244. *Unam in armis salutem, sed eam consilio temperandam*
 Cæcina ait. Ita Germanicus gloriatur se plura consilio quam vi per-
 fecisse *Tacit. 2. Annal.* Robur cum prudentia conjunctum prodest,
 qua sine plus habenti incommodat. *Isocrat. ad Demonic.* Pruden-
 tia tamen, sine vi fiet, adversus vim valet. Id quod sub gemino
 Mercurij simulacrô, altero juvenis florentis: altero Senio veneran-
 di in Epiblematibus *Adr. Junius* depingit his subscriptionis loco
 junctis versiculis. *Versibus Cyllenius integris fuit junctus cum senio*
grævi. Robur invictum est, sapientia si firmes, quâ sine concidat.
 Cum ergo disceptatur, in bello arma an consilia plus valeant? his
 primis tribuere, non dabito.

245. Duoprudentis Ducis in periculis præcipua officia sunt,
 ut se contemptorem istorum ostendat, tum ad fugam alias parati esse
 soleant, qui Ducem suum desperare sentiant: *Veget. de remilit. 3. c.*
 17. & milites alloquio generoso ad ausus animet: Maximopere ex-
 petit, ut virtuti confidas, tamen exhortationes & preces misere-
 Tac. 4. Annal. Exemplo & alloquio animoso non ducuntur modo
 sed etiam fleantur militares animi. *Lips. de mil. Rom. l. 4. dial. 9.*
 ubi Romanis id stricte observatum memorat. Prudenter ergo Cæ-
 cina tuos temporis ac necessitatis monet. *Qua in re, victoribus decus,*
gloriam,

gloriam, qua demicava, qua in castris honesta memorat, Retinuit de adversis. An hoc recte? Non dubito, quia ista præ oculis videbat miles, quæ si recensuisset Dux horrendâ mentione ad desperationem vel turbas abducere potuisset; ubi reticebat contemnere videbatur.

246. *Haud minus inquit Germanus spe, cupidine, & diverfis ducum sententiis agebat.* Hi tres sc̄opuli in quos frequenter illud pernicioso exitu res militaris. (1) *Spes* in dubiâ bellorum alia nimis secura. Incredibile est quantæ calamitati nimia fiducia esse soleat *Æmil. Prob. in Pelop.* sed nullibi potest magis esse noxia, quam ubi eventus destinatus ob fortunæ inconstantiam minime respondet. (2) *Cupido* quæ cæcos celeresque efficit bellantium conatus, ita ut hostem & omnia consilia ex suo affectu & libidine æstiment. *Pompon. Lat. in vii. Justinian.* (3) *Ducum pluralitas.* Eorum qui summæ rerum præsunt. *Anne igitur melius est uni committere regimen bellicum?* Ita puto. Astipulatur vetus proverbium: *πολλοι στρατοὶ καὶ ἅλιος ἀπὸ λειψου.* v. *Lips. lib. 5. Polit. c. 14.* Est enim sub multitudine imperantium vel regimen tardum, vel ob altercationes & invidiam nullum, aut ob diversas opiniones incertum. Quæ omnia transitoriis occasionum momentis, cum alibi adversa sint, tum in bellis præprimis, ubi occasio plus juvat, quam virtus. *Veget. de re mil. l. 3. c. 26.* neque bis peccare licet.

247. *Hosti paucos & semetipsum cogitanti sonne tubarum, fulgor armorum, quanto inopina tanto majorem offunduntur.* Subita in bellis conterrent hostes *Veget. l. 3. de re mil. c. 26.* magisque quam gladius consternunt. *Plutarch. in Caton. major.* Inter præstantissimas belli artes recensendum puto, quod ubi duces vires suas hostium potentæ pares esse judicant nec eas ostentare, (quod infirmiori ad terrendos animos & avertendos conatus frugiferum esse solet) opus habent, callidis tegumentis, imbecillitatis ac metus fidem facere, securitatem inferere, ad audaciam improvidam allicere, postea verò inopino terrore aut terroris simulacro prorumpere solent, quo plus quam armis proficitur. *Rarus. lib. 2. disc. Polit. 4.* Vanis & inanibus magis quam iustis formidinis causis moventur mentes. Præsertim si in oculos incurrant, qui primi in omnibus præliis vincuntur

in Tacit. de Morib. German. nec minus aures. *Exempla leges ap. Camer. lib. 1. Hor. Subc. c. 77.*

248. Hoc commune hominum vitium est, quod, *ut rebus secundis avidi, iam adversis incauti sumus.* Tam difficile est moderate ferre utramque fortunam: Nemo facilius opprimitur, quam qui prospera cupide iuhians tristitia non timet aut praevidet.

249. *Legiones reversa quamvis plura vulnerum, eadem ciborumque satigaret, vim, sanivitatem, copias, cuncta in victoria habere.* Omnia aspera ante victoriam spes victoriae lenit: nupera pensat. Omnia damna regit, & omnes opes in eam, in quam declinat partem, deferre apta est *Procop. de bell. vandal. lib. 1.* Parta victoria cuncta cessura *Tac. 4. Annal.* modo recte ea uti victor didicerit. Non minoris hoc artis quam vincere Hermocrates ad Syracusanos dixit *Bruf. lib. 7. c. 8.* Id quod Annibalem ignorasse queritur *Matherbal. ap. Liv. lib. 22.* Saepe in ipsa victoriae damnum, ut eam non petivisse expediat, videlicet si majori incommodo emittitur, quam comodo reportatur. Pyrrhus post binas a Romanis partas victorias tertiam sprevit, dicens si uno ad huc praelio Romanos vicerimus, ad unum est de nobis. *Plutarch. in Pyrrh.* Ita non modo in bello, sed in ipso fine belli cautio desideratur.

250. *Agrippina femina ingens animi munia ducis per eos dies induit.* Exemplum elegans ejus quod Seneca dicit: *Nulli praesentem viritatem, omnes admittere, nec censum nec sexum eligere.* Sed *Tiberij animum id altius penetravit.* Indignationis causa a Tacito asseruntur. An iusta? meritò ambigitur. Cum mulieris studium turbulentos castrorum status defendat, non possum iram Tiberij probare. Laude dignus quisque est, qui laboranti reipubl. etiam cum non deberet, succurrit.

251. Astutiaulici exemplum *Sejanus peritiâ morum Tiberij,* (quae prima cura discitur ab illis, qui cum principibus conversari student) *odia in longum jacens quae reconderet, auclaq, promoveret.* Ita principes & qui aulicas artes vita profitentur laborioso studio, ut ceteros affectus, ita maxime iram occultant. Ut ibi nihil incertis sit quam de favore illorum sibi quidquam spondere, quem fronte promittunt dum mente virus te gunt, quod fovendo auclum tandem evomant,

memorat, Retiovis de
ta ubi prae oculis videbat mi-
mentione ad desperationem
ebat contemnere videbatur.

... cupidine, & diver-
... quos frequenter illi-
... dubia bellorum aled
... nimia fiducia esse
... magis esse noxia, quam
... minime respondet.
... conatus, ita ut
... xstiment. Pom-
... alitas. Eorum qui sum-
... committere regimen-
... proverbium: πρῶτον ἔργον
... Polit. c. 14. Est enim sub
... vel ob altercationes
... incertum. Quae or-
... cum ubi adversa sint, tum
... quam virtus. *Figur. de re*

... cogitant sonu tubarum,
... offendunt. Subita
... magisque quam
... Later praetantissi-
... tibi daces vires suas hosti-
... denotare, (quod infirmiori
... uterim esse solet) o-
... ac merus fidem face-
... providam allicere, postea
... proumpere solet, quo
... Vacis & in-
... moveretur mentes. Pra-
... in omnibus praelis vincuntur

252. *Miserata est hominum conditio qui huiusmodi casibus intereunt, ubi nihil strenuus ab ignavo, sapiens ab imprudenti, confilia à casu differunt, multo magis miserabiles quam quos hostis circumscideret, quippe illis etiam honesta mortis usus: his inglorium exitum.* Sed annon etiam his ponenda statua aut canendæ fortibus viris debita laudes, præsertim si negotiis publicis occupati occumbunt? Negandum videtur, cum à prompta voluntate & virtute exercita laus sit, quæ nulla, ubi in vitis fortuitus casus obruit. Sed antea gesta aut in eo periculo eminens animositas hinc à laudabili memoriâ nequaquam excludenda.

253. *Ad supplenda exercitus damna certavere Gallia, Hispania, Italia: quod cuiq; promptum arma, equos, aurum offerentes.* Laudabile sanè certamen, qua subditi publicis necessitatibus subveniunt. Quæ si remediis egent, Magistratus illud potius incutere debet, quam ab invitis aliquid extorquere. Nimis citò multi ad impositiones descendunt, qui si volentes ducere nosset eadem ab offerentibus (quæ in re ad benevolentiam retinendam & rem publicam juvandam maximum momenti est) accipere possent: *Id quod prudenter inculcat Bod. 6. de Republ. cap. 2.* Apud Persas ante Darium Hytaspis filium, autorem ibi tributorum, reges ex suorum voluntariis collationibus imperij sumptus fumebant *Herod. lib. 3.* Apud Romanos olim evacuato ærario eæ sæpe factæ leguntur atque id genus contribuendi oblatio vocatur. *Sueton. in Calig. c. 42. Tholosan. l. 3. Syntag. c. 6.* Exemplum elicita & factæ oblationis in signe *ap. Ery. lib. 26.* legitur. Oblationibus verò istis Romanos modeste admodum usus probat prolixè *Scip. Amirat. dissert. Polit. in Tac. lib. 2. dissert. 10.* Id quod imitatus Germanicus qui *laudato studio, armia modo & equis ad bellum sumptis, propria pecuniâ militum iuvit.* Ut ostenderet quam minime provincialibus onerosus esse vellet, ac eorum amorem & promptitudinem ad alios casus integram reservaret. Quæ in re prudenter ab ipso actum non potest non videri, etsi hoc ævo nulli imitetur.

254. *Officia ducis post suorum cladem ex Germanica distere lier: Cujus prima cura ut cladi memoriam, ne ad terrorem vale-ret, commisso seniores sibi favorem retineret.* Idcirco circum *ipse san-*
cios;

ciis; *facta singulorum extollere; vulnera imitans, alium spe, alium gloria, cunctos alloquio & curâ sibi, & praelio firmabas.* Ita & Metellus ap. *Salust. de Bell. Jugurth* Laucios cum cura reficit, meritos in praeliis more militiæ donat, universos in concione laudat, atque agit gratias. Trajanus Imp. si deessent vulneribus obligandis necessaria ex veste propria discissâ materiam præbuit, cæsis aram statuit ac annis parentationibus celebrari curavit *Dio. lib. 68. Histor.*

255. *Nomen patriæ patria à Cicerone post oppressam conjurationem Catilinariam ceptum ad Imperatores ex merito transit.* Nec enim cum imperio statim acceperunt, sed ubi egregiis documentis se dignos probaverant *ex Appian. Limna. de Jur. publ. l. 2. c. 17.* Cætera cognomina honoris data sunt. Pater autem patriæ dictus est ut potestatem (quæ temperatissima est, liberis consulens, suaque post illos ponens) sibi datam sciret, *Senec. de clem. lib. 1. c. 14.* Post Ciceronem Julio Cæsari primum id evenit. *Sueton. in Jul. Casar. c. 76. Dio. lib. 43.* Id honorificum nomen à populo seipsum inestum Tiberius repudiavit. An prudenter? Ita videtur: quia Cæsari, cum cætera nimij honoris insignia tum etiam hunc ipsum titulum invidiosum didicerat. *Sueton. d. c. 76.* Superbia titulorum obloquentes non minus quam mandata aspera offendit, præsertim sub novo imperio. Unde inter regia arcana à Politicis relictum, istos non modo non appetendos sed nec oblatos facile accipiendos. *Chokier, Thes. Polit. lib. 2. c. 7.* Inter ipsos offerentes plurimi sunt, qui adulantur saltem aut tentant Imperantium animos aut aliis consentiunt sine assensu, quibus suspectus est ambitiosus animus. Pulchre Scipio Africanus cum à militibus Hispanis Rex proclamaretur respondit: *Sibi Imperatoris nomen maximum esse: Regium nomen alicubi agnum, Roma intolerandum; si quid hominis ingenio amplissimum ducerent, tacite indicarent, vocis usurpatione abstinere.* *Liv. lib. 27. Plutarch. in Scipion.*

256. *Tiberius in æta sua jurari, quanquam censere senatus, non permisit.* Homagium seu Juramentum subiectionis personale (secus in reali, quod exempti, & personæ Ecclesiasticæ, imò etiam libere civitates domino territorij in quo prædia possident præstare solent,

quo qui hujusmodi casibus
accidit ab imprudenti, com-
munitis quam quos hostis cir-
cumspicit: *hinc ingloriam exi-*
stata aut canendæ fortibus
publicis occupati occum;
compta voluntate & virtute
certantus casus obruit. Sed
animotus hinc à laudabili

na certare Gallia, Hispan-
ia, equos, aurum offerentes.
libris necessitatibus subve-
tratis illud potius incutere
ere. Nimis cito multi ad
es ducere nosset eadem ab
im retinendam & rempubl.
ere possent: Id quod pro-

Apud Persas ante Darum
im, rex ex suorum volunta-
tebant Herod. lib. 3. Apud
te factæ leguntur atque id ge-
teron. in Calig. c. 42. Tolo-
te factæ oblationis insigne op-
entibus Romanos modeste ad-
at. d. f. f. f. Pol. in Tac. lib. 1.
is qui laudato studio, armis
is personis multum juris. Ut
is meritis esse vellet, ac eo-
is illis integram referret.
is non videri, et hoc a-

idem ex Germanico discere
is, ne ad terrorem vili-
is: Idcirco arcum in f-
is;

solent, salva tamen libertate status & personæ *Til. de Benign. Synr. 4. decis. 1. vot. 10. n. 28.*) prima agnitio confessioque imperij & obsequij necessarij est. *Knich. de subl. terris jur. c. 3. n. 238. Tb. Michael de Jurisd. concl. 57.* Idcirco ille qui imaginem veteris imperij ac speciem libertatis nondum regno affuetis relinquere studebat, istam superioritatis tesseram recipere recusabat. Bonone consilio? dubio haud caret. Improbare videtur Jacobus Britann. Rex in *Apolog. sup. Jurament. fidelit.* ubi inquit, Nunquam Principem permittere debere quo vel juramentorum vim in animis subditorum elevare aut in fringere, aut cuiq; ab eo subditos absolvere liceat. Quid enim interest, aut, juramenti vinculo solvas, an arma in principem capessere jubeas. Idque optimâ ratione, cum religio unicum vinculum sit quo animi vincuntur, quo disrupto, societas humana turbulenta erit confusio. Sed Tiberius qui in lassâ civilibus bellis civitate motus non metuebat, in novo imperio, quo libertatis imaginem ostentabat, nihil quod dominum argueret, admisit. Eatenus igitur juramenti remissio hæc in Tiberio non omnino reprehendenda. Alioquin Jacobus Rex assensum meretur, adeo ut consultum sit non modo non remittere, sed ad fidelitatis sanctum illud pignus subiectos cogere *Mat. Bort. de Jur. Majest. c. 3. concl. 34.* An vero Princeps pro lubitu & commodo suo formam solitam & antiquam jurandi mutare possit? anceps questio est. Negativa verior est. Nam in homagio consuetudo quæ hic ex binis actibus novis. colligi potest, attenditur? *Specul. in §. quoniam vers. 2. quaritur de Feud.* à quâ si recedit dominus novitatem inducendo, Jure nega homagium subditus. *Specul. d. tit. §. quantum sup. Homag. n. 7. Ratio in l. 4. §. 5. de Offic. Procons.*

257. *Cuncta mortalium incerta, quantoq; plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dicitur Tiberius.* Hæc cogitatio stimulus modestiæ debet esse omnibus, qui se eò feliciores imaginantur, quo sublimiori in fastigio sunt. Altis proclivia adjacent, tutius in plano. Ut montium vertices procellis magis expositi, ira qui ad summa pervenerunt, invidiæ patent. Annon vero ista fastigia fastidire contra viri boni officium? Alibi hoc videbitur forsan ex *Tacito lib. 3.*

lib. 3. *Annal.* ubi ait *Oprimos mortalium altissima cupere*. Idq; Caroli V. Imp. laudatis. *Symbolum: Plus ultra*: approbat. Sed ut quisq; ad virtutem, quæ summa est adniti, nec meritis honoribus deesse debet, ita nec illam injuriis nec hos ambitione fr. Jabit.

258. Utur Tiberius præstantæ libertatis imaginem multiplici fascino objicere niteretur: *non tamen ideo fidem civilis animi faciebat*. Adeo fragilis res simulatio, quam artificiose tectum levissima res detegit. Ita hoc assecutus fuisset Tiberius, si nihil quod ab antecessoribus summam potestatem tenentibus factum perpetrasset.

259. Reduxit Tiberius Legem Majestatis. Hæc post LL. 12. Tabul. variè sancita, renovata, variisq; nominibus appellata est uti docet *Rosin. Antiq. Roman. lib. 8. c. 23.* tandem repetita & nonnihil interpolata Juliz nomen accepit, quod hodiernum retinet, *tot. tit. ff. C. ad Leg. Jul. Majest.* Sed à quo hæc lata sit? ambigüe disquuntur. Alij Julio Cæsari: Alij Octav. Augusto tribuunt. Priorib. recte applaudimus. *Manne. in lib. de LL. Rom. Gotbofr. add. rubr. ff. Buer. de Crim. las. Majest. c. 1. n. 12.*

260. *Falsa arguebantur, dicta impunè erant*. Crimen sine dubio maximū est Principi maledicere *Exod. 22, 28. Num. 12. p. 16. v. 13. Prov. 20.* & quod poenam justis. meretur *c. 1. x. de Maled.* Quam tamen prudens principum clementia nullā sui injuriā sed magno impoterum commodo condonat. Livia ad Augustum *ap. Dion. lib. 55.* sapientis. adrobnuit: *Hæc hominum est sententia, ait, privato omnes injuriæ esse persequendas, ne vel contempni inde habeatur, vel opprimatur: principem v. debere ea qua in publicam rem peccantur ulcisci: privatim in se admissa solvere, quum qui ita deliquerint, neque ex contempni, neq; ex incurfu possint ipsum tanta septum custodia damno afficere.* Erpost: *Est verò magni animi eximiaq; natura, vulgi peccata ferre: qua si quis omnia puniendā cogitet, imprudens plerisque hominum occidet.* Idem Philippus Maced. Rex dixisse fertur. *Si quid adversum se socij privati molirentur, suā interesse illos duntaxat verbis velliteris admonere: Si v. quid publicè infocios comisterem, publicā penā atq; animam adversum esse plebē dos.* In liberā civitate libera lingua esse oportere Tiberius dixit, etsi non seper admisit.

Titus

personæ Tit. de Benign. Syn.
 confestimque imperij & obse-
 jur. c. 3. n. 238. Th. Michael
 aginem veteris imperij ac spe-
 re inquirere studebat, istam su-
 at. B. none consilio? dubio
 obus Britann. Rex in Apolog.
 quam Principem pernitere
 in animis subditorum elevare
 al. solvere liceat. Quid enim
 an arma in principem capes-
 in religio unicum vinculum
 societas humana turbulenta
 a civibus bellis civitate mo-
 libertatis imaginem ostē-
 admisit. Earens igitur jura
 nio reprehendenda. Alio-
 adeo ut consultum sit non mo-
 necum illud pignus subiectos
 conel. 34. An vero Princeps
 solitam & antiquam jurandi
 Negativa venor est. Nam in
 adhibet us novis. colligi potest,
 r. 2. quaritur de Feud. à quā si
 in. 29. n. 7. Ratio in l. 4. §. 5.
 quæ anteq; pler. ad pœn. foret,
 Hæc cogitatio stimulus
 delictares magitantur, quo
 alicui licent, tunc in pla-
 expōiti, ita qui ad sum-
 vero ut a fastigia fallidi-
 debentur fortan ex Tacito
 libj.

Titus contra homines in se injurios nullam cognitionem permittit
 dicens: *Nemo me injuria afficere, aut in sequi contumeliâ potest: propterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur: ea vel qua falso de medicantur prorsus negligo.* Xipilin. in Tito. vid. sup. tb. 181.
 Adversus calumnias Principis officium Laudat. Imp. Theodosius Arcadius & Honorius nobili constitutione, qua exstat. in l. un. C. si quis Imp. Maled. exprimentur his verbis. *Si quis modestia nescius & pudoris ignarus improbo potulantiq; maledicto necmina nostrorum nostrorum fuerit: cum pœna nolumus subjugari, neq; durum aliquid nec asperum volumus sustinere, quoniam si id ex levitate processerit (quia lubricum linguæ ad pœnam fatilè trahendum non est l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Majest; nec lascivia & vinum malum animum prodit l. 6. §. 7. ff. de remil.) continendum: Si insaniâ (cum ille furore suo latis puniatur l. 14. ff. de Off. Præs. id.) miseratione dignissimum: Si ab injuriâ (Sc. malo & callido proposito) remittendum. Sed quis sensus hujus vocis? an pro condonare accipietur? uti Goshoff. ad d. l. un. putat. Negativam subsequentiâ ostendunt, ex quibus patet, causæ cognitionem ad Principem remittendam esse! *Gig. de Crim. les. Majest. rubr. qual. & à quib. q. 40. n. 5.* Unde inquit, *integritas omnib; hoc ad nostram scientiam referatur, ut ex personis hominum dicta pensemus, & utrum pratermitti, an exquiri debeat, pœnsemus.* Idem in l. 7. §. 3. ff. de Crim. les. Majest. innuitur. Injuriosâ igitur maledicta impunita dimittere Princeps non tenetur. Sed Juste coerctet. Pœna videlicet arbitrariâ, uti retur. *Bocer. de Crim. les. Majest. c. 4. n. 5.* Non verò ex Lege majestatis cujus durissimum est supplicium ex l. 5. C. eod. Excipio verba seditiosa & orationes contumeliosas, quibus motus publicus in rempubl. aut Principem accenditur, ad arma populus concitatur & imperantis majestas vel salus imminuitur. Hæc dicta sub prædictâ Lege ejusq; coercionem severâ comprehendendi arbitror per l. 1. in fin. ff. d. l. 7. §. 3. eod. Theodor. in coll. crim. disp. 1. tb. 4. lit. 1. Gadd. de Publ.*

Judic. concl. 2. p. 2.

DIS-

DISCURSUS POLITICUS XIV.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

261.

Nomen L. Majestatis apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant. Tenebantur illi cives Romani contra Imperatorem vel Rempubl. ejusque securitatem tranquillitatem atque salutem adverſa molientes. *uti latè offendis l. 1.*

§. 1. l. 1. §. ff. ad L. Jul. Majest. Sed poſtea ad quævis delicta, imò & ad ridicula ejus ſeveritas producta eſt, ita ut quod imperatoris lumbi ingratum, eſt coerceretur. Tiberij tempore ex ea L. damnatum, circa Auguſti ſimulacrum ſervum vendidiſſe, veſtem mutaviſſe, nummo vel annulo effigiem impreſſam latrinæ vel lupanari intuliſſe. *Sexton. in Tib. c. 58.* Sub eodem majestatis accuſatus qui in annulo Caſaris imaginem ſcriptam habens matellam ſumpſiſſet *Senec. lib. 3. de Benef.* Ude *Noſter* alibi Legem majestatis vinculum & neceſſarium ſlendi: item omnium accuſationum complementum vocat. Quà in re Tyrannidis & licentioſæ potentiz, cui nemo obloqui audeat, arcum eſt, quale in Fulmine Pontificio & inquisitione Hiſpanicà latet. *Cleymar. de Arcan. rerumq. lib. 5. c. 16.* Hinc latus & extenſus extra limites iſtius terror Tyrannici imperij nota non fruſtrà haberi ſolet.

262. *Auguſtus cognitionem legis traxavit.* Imperatorem de crimine læſæ Majestatis, ut ut eum id concernat, cognoscere poſſe indubium eſt. Sed an Solus? Annon & alij iudices competentes id ſibi arrogent? diſputatur. Communiter iſta cognitio inter majora regalia referitur. *Dan. Otto de Jur. Publ. c. 11. n. 13. Gigu de Crim. læſ. Majest. rub. quis de Crim. læſ. Majest. cogn. per 100. Gomez. 3. 10. reſol. 2. n. 10.* Sed contrarium verius eſt, ſi juris civilis rationem inſpicimus *per L. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Majest. l. 4. C. cod. Conſtit. Henric. 7. Imp. qua eſt in tit. 1. Extravag. Boccr. de Regal. c. 2. n. 248. & de Crim. læſ. Majest. c. 4. n. 2.*

263. *Cæſij Severi libidinem, quâ viros feminasque illuſtres præcibum ſcriptis diſſimulaverat, ſpecie hujus legi Auguſtus traxavit.*

Reſpond.
Iohanne
Georgii,
Reſcrib.
Megapol.

illam cognitionem permiſit
ut in ſequi contumeliâ poſeſt:
nâ: meretur: ea vel qua ſal-
tilin. in Tito. vid. ſup. ib. 181.
in Laudat. Imp. Theodoſius
tione, qua exſtat. in l. un. C. ſi
Si quumodèſtia neſcimus &
maledictio nomina noſtra
obtemperare obereator tempo-
rum ſubjugari, neq. durum
nomiam ſi ad ex leviſſime pro-
tem facile trahendum non eſt
& vinum malum animum
Si inſantia (cum ille furore
proſeratione digniſſimum: Si
ſico) remittendum. Sed quis
accepturus? uti Goſhoſt ad d. l.
tendunt, ex quibus patet, cau-
tendam eſſe! *Gog. de Crim. læſ.*
unde inquit, *integritatem
ex perſoniâ hominum diſtincta per-
eri debeat ſacrosanctum. Idem
tuntur. Injuriam igitur male-
vateretur. Sed juſtè coerecet.
Boccr. de Crim. læſ. Majest. c. 4.
us duriffimum eſt ſupplicium
ſi & orationes ambulant, ad
ante Principem accenditur, ad
ſi me illis vel ſalus imminui-
ſi. l. 5. §. 3. cod. Theodor. in
l. 1. Cod. de Publ.*

DES

Con-

Contra mentem ejus, quæ famosos libellos non includit, ut nec damna aliis quam Imperatori & Imperio illata. Ad alias leges illa spectant, exceptâ nece virorum illustrium, qui consiliis & consistorio imperatorio intersunt, utpote pars corporis Cæsarei *l. 5. pr. C. ad L. Jul. Majest.* vel magistratus gerunt & potestatem publicam habent *l. 1. § 1. ff. d. l.* Istam vel de istâ conatus severa Legis Majestatis sequitur vindicta. Non propter istos quibus infertur, quia majestate carent, sed quia imperij securitas inde violatur, salus periclitatur. Neque enim corpus potest non lædi ubi publicâ injuriâ, scandalo & damno membra læduntur. Hinc Auræâ Bullâ *c. 24.* Electores Ecclesiasticos & Laicos, qui solidæ bases imperij & columnæ immobiles *A. B. t. 12. in pr.* quarum præsidio dextera imperialis potentiz roboratur, *A. B. c. 3. in pr.* violantem majestatis reos fore, constitutum. Quid de cæteris Imperij Principibus, qui Imperatorem superiorem recognoscunt & status Imperij sunt dicendum? An qui eorum vitæ ac corpori insidias aut damna struit crimen Majestatis committit? Affirmantibus *Bocer. de Crim. las. Majest. c. 2. n. 91. Besold. disp. Polit. 8. class. 1. 5. Laz. von Schwenden in bedencken an Maximilian den Andern von Registerung des H. Röm. Reichs ratio* astipulatur. Sunt enim & illi senatores & consiliarij Imperatoris & Imperij, jus sedendi in Comitibus publicis habentes ac Magistratus populi Romæ non immeritò dicuntur, imperium & potestatem habent, adedunt Præsidibus Provinc. & Proconsulibus æquiparari soleant. Quos minus ex L. Majestatis olim munit. *ut supr. dictum* De Liberis Imperij civitatibus, quæ alij principi non subsunt, quia statibus Imperij accensetur & jura principum dempto solo regali titulo habet, *Vult. 1. de Feud. c. 5. n. 7. Gail. 2. Obj. 57. n. 7. § 130. n. 15.* sicuti & Jus sessionis & voti in comitiis *A. B. in proam. in fin. Reform. Frid. 3. in Franckfurt Anno 1442. in pr. ib. gemetinden aller und legitichen Städte Clusen in Syllog. rer. quæst. tb. 27. lit. c. Rechi. de Secur. tb. 61.* Idem statuentido puto *Cluten. d. tb. 27. lit. e. Carpzov. de Reg. al. concl. 85. in fin.* Sed in Principes Imperij ac civitates Crimen læsæ Majestatis perpetrari (quod à prioribus longissime distat) absurdè dicitur. Quæ loquendi formula multi Juris Publici imperij utantur. Majestas lædi nequit ubi nulla est. Ea verò superiorem non recognoscentibus propria

pria, quia summa legibusque soluta potestas est. *Bodin. i. de Re publ. c. 8.*

264. *Tiberium asperavere carmina in sevitiam superbiamque sua vulgum.* Ita videmus Principum mores ex subditorum moribus fomari, ut illorum crudelitas horum levitate aut contumacia pareat. Id Alexander Mag. ad Menelaum *ap. Curt. lib. 8.* expressit: *Rexum Ducumque clementia non in ipsorum modo, sed etiam illorum, qui parent, ingenii sum est. Obsequio mitigantur imperia. Ubi vero reverentia excessu animi & summa in eis confundimus, vi opus est, ut vim repellamus.* Verum hinc probatur quod Noster *l. 16. Annal.* ait: *contumacia inferiorum, lenitas imperantis de minimi:* Unde optimum adversus Tyrannos remedium, ferre quos auferre non licet, ne vana irâ resistendo asperius reddatur imperium.

265. *Gravissimum exitium à Delatoribus,* quod genus hominum publico exitio repertum nec pœnis unquam latis coercitum est. *Tac. 4. Annal.* Quomodo innocentie insidias struant, ac Principibus crudelitatis incentiva præbeant, pluribus docetur *ap. Caes. lib. 3. Horat. sub. c. 56.* Nihil sub istis tutum, omnis sevitendi licet occasio; quanta pernicie *Seneca 3. de Benef. c. 26.* docet. *Sub Tiberio,* inquit, *suis accusandi frequens & penè publica rabies, qua omnium civium bello gravius togatam civitatem confecit.* Id ipse postea animadvertit, cum omnes unâ die occidi iussit: *Titus omnes Urbe expulsi, Xiphil. in Tit.* Trajanus in navibus maris & scopulorum periculo obiectos, sine remis & velis naufragio exposuit. *Plin. in Panegy.* Annegitur delatores non tolerandi in republ. ? ita à prudentibus existimatum. *Scrip. Amir. disc. Polit. lib. 4. disc. 11.* Ego Delatores, Accusatores & Exploratores discerno. Isti calumniis sueti ejiciendi. Illi admittendi, dummodo in crimen subscribendo, uti apud Romanos laudabiliter receptum, ad similitudinem supplicij se obstringant. *l. fin. C. de Accus. l. fin. C. de Calumni.* Hi cum modo habendi, quæ præscripsit *Mecenas Augusto ap. Dion. lib. 52.* inquit, *Exploratores te habere oportet, quorum opera omnes imperij tui res cognoscas, ne quid cupidia aut emendatione indigens te fallere possit: memento tamen non omnia statim qua ab his referuntur, credenda, sed ubi incertum confiderationem adhibenda esse &c.* *Exposit. Quod si carum sit adhibueris,* nullo

nullo tuo magno id feci damno, festinando autem fieri potest, ut peccatum aliquod irreparabile admittas. Idem prudenter contulit Comineus de Bell. Neapol. lib. 5.

266. Malorum initia & incrementa Delationis malo Tacitus ostendit. Id arte Tiberij paulatim irrepfit. Sensum namq; quod ingratum populo induci solet, ut non sentiat nisi inductum. Sed cum intelligitur, is mos, in Tyrannis præsertim, notatur, ut indignationem foras emittant, ac abolendi studium, non tamen ex animo, jactent. Ita & illud à Tiberio dein repressum, sed postremò arsit, cunctasq; corripuit. Sic scintilla in cineribus suppressa majori incendio evolat & inflammat. Eadem in sænebri malo apud Romanos observare licet, quod levibus ex principiis ad publicam noxam pervenit, sæpe coercitum sed coercentibus gratum Anton. de Guevarr. Epist. Polit. 39.

267. Falanio objectum, quod venditio horti statuam Augusti simul mansipasset. Statuæ Imperatorum apud Romanos adeò sanctæ erant, ut iis violatis majestas læsa putaretur l. 5. l. 6. ff. ad L. Jul. Majest. A Caracalla damnatus, qui in loco, ubi sitæ fuerant, urinam fecisset Spartian. in Anton. Carac. Domitianus mulierem, quod ante statuam se exuisset, interfici curavit. Xiphil. in Domit. Nec apud Athenienses contemptum imaginum levo crimen fuisse ut Diad. Sic. l. 13. & Thucyd. l. 6. apparet. Sed an jure venetur severæ Legis penam? Puto, si in injuriam Imperatoris fiat. Haud parum honori detrahit, qui honoris signa injuriosè sædat. Quid verò de Falanio, an venditione incurrit crimen istud? De hujusmodi specie loquitur l. 5. §. fin. ff. d. e. Distinguit inter imagines consecratas & non consecratas. Quoad illas discrimen puto esse, an solæ vendantur an verò cum universitate, ut Falanius vendidit per l. 24. ff. de Contr. empr. Ratio in l. 62. ff. de A. R. D. De quo ipse Tiberius postea judicavit, contra religiones non fieri quod effigies ejus aut alia minimum simulacra venditionibus horti aut domuum accedunt.

268. Rubrio crimini dabatur violatum perjurio nomen Augusti. Ut non per Jovem modò Deosq; cæteros, sed & omne illud, quod charum erat, veluti per salutem suam l. 33. ff. de Jurejur. & liberorum Plin. 2. Epist. ult. cineres parentum Senec. 7. Contr. Proam. jurare

jurare Romanis consuetum, ita & oppressa à Caesaribus republ. per
 venerationem, genitum, fortunam & salutem Principis jurabant Az.
C. de reb. Cred. l. 41. C. de Transact. l. 13. S. fin. ff. de Jurejur. Alex. And.
ab Alexand. dier. genial. l. 5. c. 10. Quod post cædem Julij Cæsaris
 à Senatu decretum refert *Dio lib. 44.* Per ista verò pejerate sub Ti-
 berio crimen non fuit *uti ex b. l. per eos & Dio libi 57. probat.* Sub
 Caligula vero coercitum *Sueton. in Calig. c. 15. & 27.* postea fustibus
 castigatum *d. l. 13. S. fin. ac secutis temporibus sub Legem Majestatis*
tractum. arg. d. l. 2. de reb. Cred. Sed poena sublata est constitutioni-
 bus Imp. in *d. l. 2. & l. 2. C. ad L. Jul. Majest.* Juramentum verò per
 salutem principis sub Christianis quod; Imp. remansit *ut patet ex*
d. l. 41. de Transact. Terull. Apolog. c. 42. Carolus Mag. vetuit, Paul.
disc. Scholast. 2. licet postea in mores redierit. An autem ea Juranti
 formula licita? dubitatur. In sacris Josephum per salutem Pharaõ-
 nis *Genes. 42.* & Uriam per Davidis Sal. jurasse legitur *2. Reg. 11.* Sed
 ille forsan ex more alicujus regis homine ad diu firmanda usus; hic ex
 gentilium levitate profatus. Scimus per solam nomen veri DEI
 Jurandum *Deut. 10. v. 13.* cum juramentum sit religiosa numinis in-
 vocatio, *Wesemb. in Parat. ff. de Jurejur.* Sed addo discretionem inter ob-
 scurationem; (quæ licite fit cujusvis rei pretiose mentione, ergo &
 salutem principis) & Juramentum *vid. D. Dav. Ringium p. m. in r.*
42. Genes. p. 2. in Perjur.

269. Jurandum per salutem Principis perinde estiman-
 dum, quam si Jovem fecerit. Ita & in Jure Romano equiparatur
d. l. 2. C. de reb. cred. d. l. 41. C. de Transact. d. l. 13. S. fin. ff. de Jurejur.
 Quid de promissione fidei vulgata; *hoy. Dieffen. oder Adrichm*
Chren/ Thron und Standen sentiendum? Concertationem *Ed. di-*
 stinctionis factus conciliare videtur. Ut quod vinculum & robur
 actus, cui ista adjicitur, Juramenti vim habeat, non verò quoad pe-
 nam perjurii, quæ non nisi in juramento propriè dicto locum habet.
Myser. Obs. 16. Gail. 1. Obs. 59. Id quod proxime firmavi *in disput.*
de Ptois. Nobil. conclus. 21.

270. *Diorum injurias Diu cura* Tiberius ait. Sed num Ma-
 gistratum Politico eas vindicandi potestas adempta? Ita multis vi-
 sum, sed perperam. Legimus legibus statuta supplicia in sacrilegos,
 O 3
 apostra-

apostas, sortilegos, incantatores, hæreticos, Blasphemos *tot. tit. C. de Crim. Sacrileg. tot. tit. C. de Apostat. d. Heret. Nov. 77. c. 1. Ordin. Polit. de Anno 1530. Augusta promulg. sub tit. von Gottes-Edictumgen/ &c. Confit. Crim. Carol. 5. artic. 106.* Ex qua hoc obiter notandum de poenâ Blasphemix, quod interfit an illa in DEUM mediâ, quo casu sustigationem, poenam pecuniarism, publicam poenitentiam aliamve arbitrariam meretur; an verò immediate commissâ sit, tunc gladio vel abscessione membri, linguæ nempe vel labiorum plectitur. *Dambud. Prax. Crim. c. 61. n. 12.* Quid de perjurio? Imp. Alexander in *l. 2. C. de reb. cred. ait: Jurisjurandi contempta religio satis DEUM ultorem habet.* Poenam ex legibus nullam esse hinc plures concludunt. Sed quod Imp. de Juramento decisorio, quod calore quodam inconsulto dictum est, constituit, id ad omne male extenditur. *Contrarium cum Duar. 2. diff. 37. Menoch. de A. l. 1. c. 2. cent. 4. cas. 319. Tholof. Synag. l. 50. c. 11. statuere jubent rextus in l. 22. ff. de Dol. Mal. l. 41. C. de Transact. l. 2. infra. C. de Ind. vid. 204. Nov. 53. c. 4. prin.*

271. Venuit non minus quam vere Autor Imagine Hispanis de pingit *farmam vita* Delatorum, ex qua & nosceri illos & de illis judicare licebit. Talis illa quam celebrem *miseria temporum, & audacia hominum faciunt.* Sunt plerumque homines egenes, quos paupertas ad scelera instigat, ignoti, idcirco pudoris expertes, inquietes, majori nocendi cupidine quam ut quiescere possint, qui initio occultis libellis *saxitine principis*, fidei & amoris querendi caula, edrepunt, mox clauissimo cuique quia is malo Principi maxime inuitus, periculum *face suum.* Sed quo principio? Potentiam apud unum principem, odium apud omnes adipiscuntur. Ex pauperibus quidem diuites, ex contemptis magnos evadunt, sed pernicem alius. Et postremum sibi inveniunt. Singula in sequentibus latius demonstrabimus.

272. Quæ de Tiberio sinistris sermonibus Marcellus vulgasse arguebatur, quia *per aprans, dicta credebantur.* Quare inevitabile crimen cum, quod delatoribus frequentissimum est, ex maximis principis *facillima quæ diligit accusator, obicit. Atq. res.* Innocentis hinc difficillima aduersus facilem credulitatem purgatio: Ira in nocentem infesta. Convicij veritas conviciantem non excusat. *l. 3. verb.*

nec ad libidinem C. de off. rect. Provi. nisi id crimen publicetur, quod
notum fieri publicè interest. l. 18. in p. ff. de Injur. Id quod in pri-
cipe rariss. evenire potest, cuius vix ævus tantus esse potest, ut non
detegere perniciosius sit.

273. In statu Augusti, amputato capite, effigiem Tiberij indi-
mm, merito hic exarsit. Ea quippe ignominia Tyrannorum, quod
eo occiso, imagines & statuæ deponuntur, vultus; cum commutato,
ablatoq; capite, ejus facies, qui vicerit imponitur; ex Hieron. in A-
bacuc. c. 3. Lips. ad b. l. Servit princeps suæ gloriæ cum antecessoris
gloriam servat, quæ suâ invidia supprimitur.

274. Mapebant vestigia moriensis libertatis. Hoc arcanum,
ut Tiberius semper servaverit, quo sensum quendam rei dulcis; quam
sensum subtrahere, relinqueret, supra vidimus. Axioma hinc liber-
tatem suis iavris adempturo ponimus, ut dum aufert, vestigia libe-
quat, curetq; mori non eripi. Gratissima rerum non sine maxima in-
dignatione omnium tollitur, in ea autem facile elabitur.

275. Quo loco (inquis Piso) censetur Casar; si primus, habebit
quod sequar: si post omnes, pereat ne imprudens dissentiam? Posterius
certe melius, unde major consiliariis industria & studium, ita di-
scris ut dissensus rationem reddere liceat, si sequantur, ex autorita-
te Principis defensionem capturis. Cum sanioribus sentis Politicis
Principem in senatu consulere, non sententiam verbo tantum pro-
ferre debere, ne cæteris assentiendi necessitas fiat. Tac. l. 4. Annal.
Fieri quid debeat, (Vegetius de re mil. l. 3. ait.) cum multis tracta:
quid facturus sis, cum paucissimis, vel potius ipse tecum. Ita Philip-
pum Maced R. post omnes sententiâ dicere soliti prodis Polyb. l. 4.

276. Tiberius patrum cognitionibus non suscitatis assidebat in
coram tribunalis. Erat hoc exstructum formâ arcus, quæ semicircu-
lo minor, in fronte patens intervallo 46. pedum, in illo sella curulis
erat, quam prætor occupabat: In cæteris subsellis assidebant iudi-
ces qui magistratum curulem non gerebant. Justin. l. 1. y. Annot. Rom.
c. 8. & ad hæc se demisit. Casar. Constat utraque videri hinc exurgit
questio, an Princeps judicia præsens exercere debeat? Negat Bo-
dinus lib. 4. de Republ. c. 6. multis & ponderosis rationibus, quobre-
vitat gratiâ me remitto.

277. *Mulum eo conem adversus ambitum & potentium preces constituta.* Callidum opprimendæ suspectæ potentæ *ὀφισμα*, imperia nova occupantibus aut ad Tyrannidem vertentibus suorum. Ambitiosis desideris resistere justum, sed sub hoc prætextu multorum virtus suffocatur, grato popularium spectaculo, quibus ex naturali in optimates invidia adversa ex voto cadunt. Tyrannicum verò id concludo, si non sit utilitatis publicæ ratione, cui paucorum potentia sæpe adversa. Extra eam causam, *dum veritati consulitur*, sublata aut infractâ potestate potentiorum sub Principe *libertas corrumpitur*. Demosthenes in Philippo Græciæ Rege hoc stratagemata sensit, cum oratorum exilium desiderando id ageret, quod lupi canes removeri petentes ovibus machinarentur. Calamitosum certe gaudium, quod penes vulgum plerumque est, cum potentiores suppressâ videt, non intelligentem, quod libertatis propugnacula adversus principes diruuntur.

278. *Pius Aurelius Senator questus mole publica via, ductusque aquarum, labefactas ades suas, auxilium parum invocavit.* An iusto postulato? Ita existimamus, cum nihil æquius sit, quam cui ex publico damnum, ei exinde constet remedium. *arg. l. 1. l. 2. ff. ad L. Rhod. de jact.* Si cuius ager vel domus munitionibus occupatur, ei tantumdem loci restituendum aut precium refundendum *Jasón. in l. Barbarius ff. de off. Prætor.* Sed hoc verum, ubi est quod imputari possit; Si solo fortuito casu incommodum emerferit, rescircire non tam justum quam solummodo humanum erit. Laudabile ergo quod *Tiberius*, *ut ut resistens avarij prætoribus subvenit, præstiumque adium Aurelio tribuit.*

279. *Casus eraganda per honesta pecunia cupiens.* Egregia in Principe virtus, Quem cum liberalitas maxime deceat, nihil tamen magis indecorum, quam per turpia prodigere publicum patrimonium. Prudenter ille *eam virtutem diu retinuit cum cetera exneret.* Hinc enim optima cæteris species, ut optima velle censeretur, qui optimis pretiosa im penderet.

DISCURSUS POLITICUS XV.

ex Lib. I. Annal. Tacit.

280.

Properius Celer Pratorius veniam ordinis ob pauperem petis. Num Jure? Quod Patrimonij onera spectat, quæ sumptibus expeditur, ab his ipsa non habendi necessitate excusantur pauperes *l. 4. §. 2. ff. de Mun. & honor.* Cæterum an à muneribus personalib. paupertas excusationem præstet? ambigitur. *ICrus in d. l. 4. §. 2.* dicit, egestatem corpori indicta obsequia non remittere. Sed restrictè accipiendum puto, nisi vel illa tanta, ut quis oneri inuncto per eam impar sit, *l. Sed & propter 6. ff. de Excus. sut. l. 7. ff. eod.* dum ita tenues & exhausti homines sunt, ut vix de suo vicium dignitate conjunctum, cui non parùm ad decrementum splendoris officit inopia. Est enim hæc neminem suspectum faciat, *S. fn. Inst. de Susp. tutor. l. 7. ff. eod.* & morès potius quàm patrimonij vires in legendo inspicere oporteat, *l. 5. C. eod.* cum idonei non tantum ex bonis deest, opera sua supplere possit *l. 5. §. 1. ff. Pro hoc. quia tamen egestas per se vilitas est l. 2. C. quand. & quib. quart. pars pauperes nec muneribus publicis pares esse nec lux fortunæ aut splendori publico sufficere reputantur, d. l. 6. pr. ideoq; minus utile parumq; honestum Jura censent talibus mandari magistratus, d. l. 6. pr. sed ad habenda munera patriæ meritis juxta & facultatibus dignissimos eligi volunt *l. 47. C. de Decurion.* Idque Romanis suctum ex censu legere Senatores, Equites milites *Rosin. lib. 7. antiq. Rom. c. 5. Lips. de Milit. Rom. l. 1. dial. 2.* Rationem reddit Julius Paulus ap. *Gell. 6. noct. att. 9.* Quia res pecuniæq; familiaris obfidis vice ap. Rempubl. esse videbatur, amorisq; in patriam fides quædam in eâ & firmamentum. Sed paupertas invitos haud removeret à muneribus, si continuare velint, *l. 8. ff. de Susp. tut. l. 5. C. eod.* volentibus tamen beneficium id indulgetur, ut propter rerum angustias non vo-*

Respond.
 Georgio
 Bosten-
 bôstel/
 Grypho-
 Stald.
 Pomer.

centur

centur ad personalia obsequia. *l. fin. C. de his qui num. lib. ib. Toban. de Plat. qui plura paupertatis privilegia recenset.*

281. Cum ex censu Romani legerent Senatum, si quis jam lectus eum imminuisset, ordinem amittebat. *Rosin. ant. Rom. d. cap. 5.* Tiberius verò Propertium largitione juvit potius quàm ut ordinis veniam ex egestate consequi vellet. Ita sæpius censum Senatorum juvare solitus fuit. *Tac. lib. 2. Annal.* Edoctus ab Augusto hujus mortis autore *Tac. d. l.* Idem imitatus Nero nobilissimo cuiq; Senatorum, sed à re familiari destituito annua salaria constituit, *Sueton. in Neron. c. 10. Tacit. 13. Annal.* Claudius contra laudavit, qui ob angustias familiares spontè Senatu cederent, movitq; qui remanendo impudentiam paupertati adjicerent *Sueton. in Claud.* Prudentius Tiberius & alij; tum quia in viros merentes beneficentiæ augustior est gloria, tum quod commoda à republ. merentur, qui onerosam pro ea inopiam patienter ferunt, tum maximè, quod arcanis imperij meritò accenseretur, viris magnis magnoque animo præditis ita ob egestatem, quam raro quietè ferunt, nova molendi occasio demitur, *uti docet hoc Clapmar. lib. 2. de arcan. rerump. cap. fin. in fin.* Semper *juxt. Salust. in Bell. Catilin.* in civitate, quibus opes nullæ sunt, bonis invident, malos extollunt, vetera odere, nova exoptant, odio suarum rerum immutare omnia student, turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facillè sine damno habetur.

282. *Tenantes eadem alios probare causam jussit.* Nulla virtus desiderari exactius quàm liberalitas, ut merentes ab indignis discernat. Languescet alioqui industria, *alibi inquit Tiberius ap. Tac. l. 2. Annal.* si nullus ex se metus aut spes & securi omnes aliena subsidia, expectabunt sibi ignavi, ærario graves. Id in censu Senatorum juvando Tiberius servavit, de quo *d. l. 2. an.* Noster ait: *Ut honestam innocentium paupertatem levavit, ita prodigos & ob flagitia egestes movit Senatu aut cedere passus est.* Ergò inopiam prius modumq; ejus pervestigavit, antequam juvaret. Res imitatu digna, tum hîc, tum in aliis, ut allegationibus petentium non credatur. Mendax precator non modò petitis carebit, sed, si nimia ejus invenitur improbitas etiam severitati judicantis subjacebit. *l. 5. C. de cõr. Jus vel nihil. publ.* Sed cum multa paupertatis causâ indulta sint privilegia,

vilegia, ea tamen non impetrant nisi eam probent. Quomodo? prolixè explicat *Mascard. de Probat. conclus. 1154. per tot.*

283. *Tiberius cupidine severitatis, in his etiam qua ritè facevet, acerbus erat.* Laude an reprehensione hoc dignum? Prius puto. Si à crudelitate ac malitia ea absit. Cum *Bodino lib. 2. de Republ. c. 4.* sentio, Principis lenitatem, facilitatem ac largitionem prudentià vacuam, non laudare, nisi inopes à consilio, scientià vacuos & laude abutentes; eamque metuendam magis esse reipubl. quàm summam severitatem, & hanc illi multò præstare. Rationes *vid. ap. Bodin. d. l.*

284. *Alij silentium & paupertatem confessioni & beneficio præposuere.* Pessimus pudor paupertatis est. *Cato ap. Liv. lib. 34. Hist.* Nec enim egestatem fateri, sed non laborare ut eam effugas, desormè dixit *Pericles ap. Thueyd. lib. 2. Hist.* Is tamen naturalis & inditus ferè est, ex quo durum atque inhumanum, Lex ait, paupertatis detegi vilitatem *l. 2. in pr. C. quand. & quib. quart. pars.* cum unicujusque inter sit, secreta patrimonij & suspectum æs alienum non pundi. *l. 2. C. de Alim. Pupill. præst. ad.* Id cum omnes reformident, preces importunas nullo remedio facilius princeps avertit, quam si beneficia egestatis confessioni ac documentis saltem indulgeat. Quo prudenter hic & alibi usus *Tiberius.* Ahj post eum teste *Historià. An vero injuria est aliquem dici pauperem? Ita videtur ex l. 31. S. fin. de reb. auct. jud. pop. l. 5. in fin. ff. qui facid. cog. l. 19 ff. de Injur. l. 15. §. 5. §. 27. ff. de Injur.* veluti cum mercatori, (cujus omnis infide substantia est, fides v. opinionem opum pro fundamento habet) egestatem objecerit, sine causâ. Secus enim si quis aliquem juris ini tuendi causâ non solvendo ac pauperem dicit. *arg. l. 15. l. 155. §. 1. ff. de Reg. Jur.*

285. *Censuit Asinius Gallus ut libri Sibyllini adirentur.* In omnibus rebus dubiis, præsertim v. relatione prodigiorum seu duum viri, seu decem viri, seu quindecim viri istos consulebant, quomodo malo obviam irent ac mederentur. *Sicnti hoc prolixè describunt Roman. lib. 3. antiq. Roman. cap. 24. & ib. Thom. Demsterus in Paralip. ubi de illorū origine, fortunâ & auctoritate plura notam digna tractatur.* Sed à more isto recessit *Tiberius, perinde divina humanâq; obsecrans.*

Num prudentes? Ita Politici sentiunt, tum quia nihil magis expedit, quàm arcana Imperij non vulgari, tum quia prodigiorum fallax ratio vulgum maximè celanda, qui spem metumve inde concipit, haud semper commodum ac congruum. Unde & ab ististraditum, ab indagazione prodigiorum plebem maximè arcendam. *Bellay. de la vie civil. liv. 3. n. 54.*

286. *Edendis gladiatoribus Drusus praesedit.* De origine, more & formâ ludi gladiatorij plura tradit *Thom. Dempster. in Paralip. ad Rosin. lib. 5. c. 24.* Romanis priscis fuit usitatissimus, religioni & voluptati juxta inserviens uti prolixè demonstrat *Lipsius lib. 1. Saturnal. c. 8. & 9.* Restrinxerunt ejus licentiam Imperatores. *Constantinus Imp. tandem penitus sustulit. l. un. C. de Glad. Penit. toll.* An vero gladiatores ejusmodi eorumque cruenta exercitia in Republ. haberi expedit? Negandum putamus cum *Lipf. d. l. 1. c. 12.* Præterquam enim quod humanitati adversa sunt, non possunt non spectaculorum civium mores inde reddi nimis efferati, animi crudeles. *Roma restatur, quantum fomenti turbis ex gladiatorum ferocia accedere consueverit.*

287. *Vili sanguine nimis gaudere* in principe turpissimum, quem cruentus appetitus reddit carnificem. Nec immerito in *Druso vulgus formidolosum & pater arguit.*

288. *Abstinuit spectaculo Tiberius.* Bono ni fallor consilio, utut incerto. Spectaculis abesse principem decorum juxta & utile supra demonstratum est. Sed in illo causam variè traherant: alij *radio captus*: & hoc laudabile in imperante *Bodin. lib. 4. de Republ. c. 6. Lipf. lib. 4. Polit. c. 9.* ne ap. vulgum de vulget, ac frequentia vilescente vilescat. *Quidam tristitia ingenij & metu comparationis, quia Augustus comiter intersuisset.* Nec hoc reprobandum. Optimum quippe consilium, si per remp. licet, suo honori omittere, in quo studium mores laudemq; antecessoris assequi non licet. Comparatio namque ista æstimandæ virtutis medium ap. populum est.

289. Prudentia in abrogandis, quæ pravo usu invaluerunt, elucet in *Tiberio, Theatri licentia, qua in probr a magistratum vulgi diffusionem, & ob hæc prohibita in caedes eruperat, modum penentis.* Nec enim tot annis populi desiderio grata uno ictu tollit aut incidit,

cidit. (Quæ repentina mutatio turbamæ & odiorum mater) sed
 saltem restringit: Astute; dum parcat quasi Histriionibus, privilegia
 servando, verum per ambages multa adimit, *decernens de modo Lu-*
caru, mercedis histriionum autem lucis, quorum reditus ludis desti-
 nati dictæ; quæ de re vid. *Lips. ad b. l. Tac. ut & contra lasciviam sau-*
torum, qui licentiæ fomenta & asyla erant. Cum enim magno in
 illos studio, vestibula illorum quasi principum frequentarentur, Se-
 natus & Equites egressibus adhærent & nobiliss. juvenes manci-
 pia haberent *juxta Sen. Epist. 47. Thom. Dempster. in Paralip. ad Ro-*
fan. lib. 5. Antiq. c. 6. id lege deinde vetitum ut noster pluribus ait.

290. Arreptæ dominationis arcanum *Clapmarius* refert, in
 Tiberio, quod *libermitæ simulacræ Senatui* præbebat. Id ipsi moris,
 ut memoriam pristinæ libertatis tristem palpo aliqua solaretur, sæpè
 offerebat, *speciosa verbu, re inania, aut subdola: quanto, magis ma-*
jore imagine illius tegebantur, tanto erupitur ad insensu servitium.
ui in fin. b. lib. Tac. ait: Id cum mutata reipubl. forma semper ne-
 cessarium sit, semper tamen non potest probari, nisi ubi conversio
 status applausum meretur.

291. *Neg. fas Tiberio dicta Augusti infringere.* Perfunctoriè
 id oppositum potius, quàm ex jure petatum censemus. Ubi enim
 mutationem legum salus publica exigat, arbitrium antecessoris non
 obstringit successorem *per ea qua tradit Reink. de Regim. Secul. l. 1.*
cl. 3. c. 10. n. 1. seqq.

292. Laudabili instituto sublatiss. imperio Augustus, quid-
 quid ubique militum esset, ad certam stipendiorum præmiorumque
 formulam astrinxit, utque perpetuo ac sine difficultate sumptus ad-
 mendos eos prosequendosq; suppeteret, ararium militare cum ve-
 stigalibus novis instituit. *Sueton. in August. c. 99.* Tria præcipua le-
 gimus; hæreditatum vicepsimam *Dio lib. 55.* Mancipiorum venalium,
 vicepsimam quintam *Tac. lib. 13. Annal. Dio. d. l.* Centesimam alia-
 rum rerum. *Id. Lips. de Magn. Roman. lib. 2. cap. 4.* Hanc deprecari-
 te populo adixit *Tiberius, milium ararium eo subsidio miti.* Negvi-
 enim Reipubl. tributa sunt *l. 1. S. 20. ff. de quæstionib. ornamenta pa-*
cis, subsidia belli Cic. Orat. pro L. Manil. quibus non illatis impossi-
bile est illam consistere posse. Novell. 149. cap. 2. Nov. 161. cap. 2. aded

ut justus metus sit, ne cessantibus subsidiis necessaria negligantur. *Symmach. 10. Epist. 5.* Ut igitur impositio onerum ubi necessitas, quæ norma collectorum esse debet, non requirit, in Principe merito reprehenditur, ita eorum quæ ex utilitate imposita sunt remissio, in tempestivâ misericordiâ Reipubl. plurimum nocet. Non frustra negavit Tiberius & alias Neroni initio Principatus civibus immunitatem tribuere volenti Senatus restitit. *de quo themate plura in diss. de Contrib. concl. 1. lit. a.*

293. *Proxima seditionis malè consultæ, abolita in posterum.* Ita per turbas civiles extorta haud obstringere promittentium fidem judicamus, si per Rempubl. servare non licet. Metus enim ille majoris malitatis est, quem furor turbantium incutit, ita ut ex eo promissa rata non habenda sint *l. 1. ff. quod met. caus.* Imò ut nunquam ea terret Princeps, Annibal Scotus *ad b. l.* monet, ne quod obsequio non impetrant, flagitiis efflagitare discant.

294. *Optimè rebus mortalium consuluisse naturam, qua sua ora fluminibus, suos cursus, atq; originem, ita fines dederit.* Reatini dicunt. Contra quam effossionibus & derivationibus multos infelici exitu laborasse Historia ostendit. A quibus Politici Principum conatus maximò pere multis ex causis, quas jam pagina recipere renuit, absterrent. *vid. Patrit. lib. 2. de Republ.*

295. *Id quodq; morum Tiberij fuit continuare imperia ac plerosq; ad finè vitæ in eisdè exercitiis aut jurisdictionibus habere.* Bone consilio? Anne præstat annuos & ambulatorios esse magistratus? Si quæstio hæc in thesi generaliter determinari posset, negantibus astipularer. Præterquàm enim quod à novis magistratibus, nova consilia, novi mores, nova instituta & edicta, nova omnium rerum facies, summo Reipubl. periculo, quod nunquam majus ac ex mutatione, ista brevis muneris prudentiæ, quæ longo usu demùm paratur, negotiorum expeditioni, quæ interrumpi se non patitur, magistratus authoritati, quæ diuturnitate demùm grandescit, ejusq; studio, quod sæpe successori bona principia invidet, maximò perè adversa est, & formidinem ex privata imposterum conditione, inducit, *ut latius hæc argumenta prosequitur. Bodin. 4. de Republic. c. 4.* Ita Popilius Lænas *ap. Liv. lib. 41.* judicat: *Interrumpi consorem rerum,*

rerum, in quibus per agendis continuatio ipsa efficacissima est, minime convenire; Inter traditionem Imperij, novitatemq; successoris, quæ noscendis prius quam agendis rebus imbuenda sit, sæpe bene gerenda rei occasione intercideret. Sed hæc controversia in thesi decisionem constantem non admittet, propius ad eam devenire licebit discernendo rerumpubl. formas, quibus inter se contrariis contraria con- gruant. Igitur sub populari statu utilior & necessaria magistratu- rum temporaria gestio, ut æqualitas servetur, occupandi rempublic. consilia impediuntur, quæ sub perpetua potestate conversioni sta- tus operam navare solent. Senatores tamen perpetuos esse expo- dit. Id quod apud Romanos observatum legimus. *vid. Bodin. d.l.* Sub unius imperio si dominus esse malit, quam Princeps, perpetua officia fidissimis injungi solent, ut dignitatum porta aliis sit præclu- sa. Id quod Tiberius intendisse videtur. Bonus autem Princeps prædictis incommodis cavet, dummodo non ordinariam sed precari- am potestatem conferat, quam adimere ex justis causis permissum sit, ne nimis insolescant gerentes ac aucupio dominationis licentiæ inhære possint. Ita vitii perpetuæ gestionis obex positus. *Plura de hac ancipiti controversiâ vid. ap. Bodin. d.l. Scip. Amim. disc. Po- lit. lib. 1. disc. fin. Tholosân. lib. 4. de Republ. c. 4. Simanc. de Republ. lib. 8. cap. 36. & seq.*

296. Referunt alij Tiberium *tadio nova cura semel placita pro æternis servavisse.* Suo forsitan commode, sed bono non minus exemplo, quidquid Scip. Amirat. d. l. regerat. Verè Alcibiades: *Eos homines tutissimè agere, qui præsentis morib. legibusq; etiam si deteriores sunt, minimum variantes, rempubl. administrant. Thucyd. lib. 6. vid. Bodin. 4. de Republ. c. 3.*

297. Ut callidum Tiberij ingenium, ita anxium iudicium. Hoc enim curiosè astutus evenit, ut nullibi quiescant, quia nemini cre- nitu alieno anguntur. Ideoque eos rebus publicis minus idoneè præfici haud frustra censet, *Autor. Exam. des Esprits liv. 2.*

298. Neq; Tiberius eminentes virtutes sectabatur & rursum vitia odem, ex optima periculum sibi, à pessimis, dedecus publicum metuebat. An Tyrannicum id Tiberij consilium? Ita multis videtur, sed

sed injuriâ. Nam & bonis Principibus ea utilis cautio, ut legant, qui pares negotiis, non qui supra sint. *Tacit. 6. Annal. Lips. 3. Polit. c. 10.* Erecta enim ista ingenia, honor collatus nimius erigit, atq; dum infatigabili libidini suæ undiquaq; non satisficit, iis nova & ancipitia præcolere avida & plerumq; fallax ambitio est. *Tac. 14. Annal.* Unde Paradoxon hoc Politicum: Mediocre[m] virtutem in optimâ republ. tutiorem. Inde Ostracismus Græcorum ortus, quem salutarem consensus gentis & eventus demonstravit. *vid. Scip. Amirat. lib. 4. disc. Polit. 3.*

299. *Comitia consularia primum illo principe, ac deinceps fuerunt.* Quod Mezczoas ap. *Dion. lib. 52.* Augustum monuit: ut solus, sine plebe, populo ac Senatu, magistratus crearet: Id Tiberius exsequi omni operâ contendit, dum consulum creationem sibi vindicavit. *Dio. l. 58.* Maxima namq; pars muneris Imperatorij ea esse censetur, *teste Zonara,* ita ut ad curam principis, non favorem populi spectare debeat. *l. un. ff. de Jul. Ambit.* Hinc enim Princeps sibi favorem, imperio munimentum, populo frænnum quærit, quæ absunt, ubi penes alios est. Relinquebat verò simulacrum erepti Juris Tiberius, dum commendationem sibi, electionem, sed voto suo astrictam, patribus relinqueret. Quo sine Noster innuit *in fin. b. lib.*


300. Imitatu digna videtur prudentia Tiberij in præsentandis candidatis, ex quibus electionem fieri oportebat. *Subtractio nominibus,* (Hæc enim ipso sono sæpè affectus faventium personæ non virtuti occupant, atque à judicio semovent) *originem cujusq; & vitam, & stipendia descripsit.* Triga potarum, quæ bonum virum arguunt & commendant, genus, vita, merita. Ex quibus electioni normam figimus. *Aliquando eâ significatione subtractâ candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent suam ad id curam pollicitus est.* Modus avertendi molimina honores aucupantium, quibus spe factâ, minus sollicita cura est, quâ multum turbæ aliàs concitatum legimus. Dolum bonum in Principe meritoro censemus, qui promissis inquietam ambitionem eludit, atq; à pernicie abducit.

FINIS LIB. I. ANNAL. TACIT.

... ea ut illis cautio, ut legant, qui
Annal. Lips. 3. Polit. c. 10.
 ... omnis erigit, atq; dum in-
 ... is nova & ancipitia prae-
 ... *Tac. 14. Annal.* Unde Pa-
 ... tem in optimâ republ. tu-
 ... ornis, quem salutarem con-
 ... *id. Sup. Amirat. lib. 4. dise.*

... in 180 principe, ac deinceps sue-
 Augustum moruit: ut solus,
 aris crearet: Id Tiberius ex-
 salum creationem sibi vindic-
 erens Imperatorij ea esse cen-
 principis, non favorem populi
 erit. Hinc enim Princeps sibi
 solum suorum quirit, quæ ab-
 de vero simulacrum erepti Juris
 bi, electionem, sed voto sua-
 sine N. ster inuit in sub. lib.
 prudentia Tiberij in presentan-
 fieri oportebat. *Subtrahit*
 ne affectus inventum personæ
 ostentarent, *originem cuiusq; &*
 a poratum, quæ bonum virum
 a, merita. Ex qua bis electioni
 ... *atione subtrahit candidatos*
 ... *ad idem pollerunt esse.*
 ... erantem, quibus spe facta,
 ... ab aliis concitatum legi-
 ... o censemus, qui pro-
 ... dit, atq; à per-

ANAL. TACIT.



Ex Lib. II. Annal.

Taciti politicè resoluti
 DISCURSUS I.

L



IN morum atq; animorum di-
 scordiâ, factorum diversitas existit,
Thucyd. lib. 5. Histor. Omnis dissimili-
 tudo dissidium causat. *Aristot. 5. Polit.*
cap. 3. Neque inter pares modo & pri-
 vatos, sed sub imperio etiam & obse-
 quio, quod facilius promptiusq; ubi im-
 perantium & parentium genius mores-
 que quam minimè discrepant. Docet
 exemplo *Vonones*, quem *Parthi*, licet
 petitem Româ regem, quamvis gentis

Respond.
 Michael
 Gratio.
 Gualtero.
 Megapol.

Asfacidarum, ut externum aspernantur. Subiit pudor degenera-
visse Parthos, petitem alio ex orbe regem, hostium artibus infectum.
 Hi vero cum suum inter exteros enutritum odiosè fastidiant, indi-
 cant quid futurum si alienigenæ imperio præficiuntur. Naturalis
 amor domesticæ boni est. Exteros sine pudore aut odio vix quisquam
 patitur superiores. Atq; ut nec fide aut affectu teneri judicamus.
Tac. in vit. Agric. ita nec suam quisq; his obligat fidem aut effectum.
 Quæ ratio movet ut concludam, Peregrinos gubernaculis publicis
 haud utiliter admoveri, nec sumi nisi ubi indiginæ deficiunt. Ita
fuerunt Venetis Patri. lib. 3. tit. 2. de Rep. Instit. Belgis. Aus Reip. Ba-
ter. tit. de Stat. Belg. Helvetis. Simler lib. 1. de Rep. Helv. adeo, ut
 suos quoque extero habitu indutos ad fasces devenire ægerimè pa-
 tiantur. Prudenter cavit, in Romano-Germanico Imperio Otto 3.
 Imp. ne alius quam Germanus in Cæsarem eligeretur *Culspim. in Ot-*

AA

100.3.

2:

don. 3. Cruf. Annal. Sued. lib. 5. p. 2. c. 7. Idem ficut Aurea Bulla non
 constitutum, usu tamen inter Leges Imperij fundamentales rece-
 ptum est, sicut Trevirensis *ap. Sledan. lib. 1. Comm. judicat.* Eligen-
 dus dicit comes Hermannus Nuenerias in Orat. ad Elect. pro Carol. 5.
 à vobis imperator qui ex Germanicâ natione sit oriundus, neq; hoc
 solum, verum etiam qui ipsam linguam, moresq; ad illum magnani-
 mum & generosum spiritum ex incunabilis hauserit. Optimum ju-
 dico Cominaxi *lib. 8. Com. Bell. Gall. de alienarum regimine judi-*
cium: Etiam si Princeps aliquis externus bene rem gerat & commodè
gubernet; tamen quia moribus & ingenio differt, nec eam ergà popu-
lum representare potest benevolentiam ac si esset indigena, facile ori-
untur dissensionum occasiones. Itaq; fit, ut ille, quo principatum ad
se delatum suavitè, fortunatè tueatur, aliunde militem & copias addu-
cas, eorumq; presidio se muniat: qui beneficiu deinceps singulariter ab
eo & honoribus aucti, magnam multitudinis invidiam & odium in se
conciunt.

2. Phrabates est depulisset exercitus ducesq; Romanos, cuncta
 venementium officia ad Augustum vertent; Haud parinde illorum me-
 tu quam fidei popularium diffusus. Scilicet id dubie suorum fidei
 frenum & adversus eam munimentum; cum exteris & præsertim
 vicinis firmare amicitiam, ut suis inde terror & aliunde dempta fi-
 ducia, nec illis adjuvandi sine perfidiâ facultas. Sed adversus dome-
 sticas turbas eorum vocare auxilia multis exemplis perniciosius re-
 pertum est, quam turbidis quidvis indulgere.

3. Vononem vetustissimum liberorum Phrabatis accersunt.
 Ex more procul dubio, quo primogenitis regnum defertur. Jure
 gentium penè receptus uti demonstrant Tiraq. de Jur. primog. in-
 præfat. per tot. Arnis. lib. 1. Synops. Polit. cap. 9. De cujus Justitia
 ambigunt Juri & Politici differunt. Quod privata patrimonialis spo-
 dat, ibidem æqualitas maxime servanda est, nec ea facile primoge-
 nitis solis tribuenda l. 1. C. imd. Lib. 1. pen. in fin. C. Comm. divid. l. ult.
 C. Comm. utr. Jud. Novell. 22. §. fin. arg. l. 7. pr. ff. de Bon. dam. sed
 in regnis, principatibus & imperiis, quæ non propter principes sunt
 sed sui causa illos capiunt, cum & unius regimen præstantius sit, &
 per divisiones Imperij corpus ac facultates non divelli nec honorem qui

3.
Qui ex opibus est imminui maximopere expediat, non dubito Jus Primogenituræ esse salutare ac necessarium. *Schönborn. 2. Polit. 11. Tirag. d. Præfat. per tot.* Sed quid de exclusis fratribus? Johannes Canutus Abyssinorum Rex instituit; ut æci firmissimæ includerentur. Turcæ interficiunt, ne Imperij erepti dolore turbas moveant, ac inquietis spei succumorta sint, uti plerumq; evenit. *Buseb. Epist. Turc. 1. & 2.* Neutrum humanitati probarur. Melius consilium, ceteros reditus illis assignare unde vivant, ac statum suum decore teneantur. *vid. Keckerm. Syst. Polit. lib. 1. cap. 4. Tirag. de Jur. Primog. quæst. 4. n. 32. seq.* Sicut in Gallia Apennagium conceditur. *Bodin. 6. de Rep. c. 5. Tholoff. lib. 7. de Rep. cap. 5.* Cavere tamen, ne partem Imperij ac administrationis arripere aut vindicare possint, sed partem degant. *Tirag. d. 1.*

4. Vononem accipere Barbari laentes, ut ferme ad nova impeditur. Mobile populi ingenium novitatis avidum, novis maxime delectatur. Nec obsequio magis promptum, quam sub novo principe. Assquitur sub Imperij incunabulis, prudens est, verbo, quæ firmatâ potentia imperio sæpe non obtinebit. Optimus ergo Gonfalvi ap. *Guicard. in memorabil. lib. 2.* consilium, ut novus magistratus gratulationum diebus populo fratrum, sibi robur conciliet, omnibus inter gaudia astipulaturis, ausus paucis, iisdq; impotentibus, intellecturis.

5. A patriis atque domesticis moribus, quam minime recedat, qui provinciarum provincialium amore præesse cupit. Vulgus quippe externis cuncta metiens animum principis exoticum æstimat, nec sibi dignatur, quem exoticis delectari cernit. Ita *Vonones: dedignantes Parthos accendebat & ipse diversus à majorum institutis: Pannianum Græci suspicatum habebant, quod Persicum vivendi morem emularetur. Plutarch. in Lacon.* Alexandro M. quia habitu Persico uteretur apud Macedonas favor decrevit, *Curt. lib. 5. & 7.* Ita Mæsa Heliogabulum admonuit ap. *Herodian. lib. 5.* Idque non modo pravis sed bonis, alienis tamen, evenit. Frequens illud, ut sicut *Partho, ita alibi ignota virtutes, nova vitia & quia a majoribus aliena perinde odium pravis & honestis.* Sed quid in ista diversitate Princeps? Suosne illis assimilabit mores? an illos suis conformare studebit? Hoc naturales affectus difficile ac periculosum dicant;

Δ 2

Illud

4.
Hud tuius, modo & decorè fiat. Alia turba turpia, alia civiles
h. 4. ff. de r. s. In his populum magis quam semetipsum sequetur;
Mosenim populi honestat mores. In istis verò vulgares ire trami-
tes nunquam probaverim. Non probatur quod Hircicus 4. Gall,
Rex dixisse fertur: se pro salute populi sui vel ad inferos iturum esse,
Clasmar. lib. 4. ora Resp. c. 2. nedum si pro sua dignitate impius im-
perium orco estimet.

6. Vonones *ero venatu, segni equorum cura*. Utrumq; re-
gij decoris existimatur. . . Posterius alibi attingemus. Prius in Vo-
none laudandum an carpendum? Illud ex Romano more quo in-
ter servilia studia, teste Salustio in *proem. de Bell. Catil.* venatio cen-
sita, & civibus Romanis inueta, ita ut Tiberius legionis legatum,
quia paucos milites venatum misisset infamia notarit. *Sueton. in Ti-
ber.* Rarò istos exercuisse docet Scip. *Amirat. lib. 2. disc. Polit. 1. ubi
causas plures addit.* Aliis in ista laudabilis visa exercitatio, quæ re-
rum bellicarum meditatio, sitis, segnis frigoris sudorisq; tolerandi
magistra, vigiliarum excitatrix, cautionis juxta & fortitudinis eos a-
puè scriptores celebratur, sicut haec comia prolixè exaggerat *Xeno-
phon. lib. 1. Cyropad. & in lib. de Venat*: Nec injurià. Rationibus
& Exemplis id evincere licet. Vide apud *Tiraqueil. de Nobil. cap. 57a
num. 139. seq. Schonborn. 2. Polia. 28.* Cum modo tamen vanandi ex-
ercitium nisi sit, haud minora alit incommoda, praesertim ubi &
quotidiana & promiscua. Tunc istam negotiorum seriorum impe-
dimentum, agriculturæ desertionem, tranquillitatis detrimentum,
armorum effertam & reipubl. minus utilem assuetudinem, animo-
rum ad ferociam incitamentum esse, usù antiquitas experta est. Un-
de effectum, ut naturali jure communis venatio § 22. *Just. de R. divis. 1.
principum decretis in regalium numerum concesserit. cum. qua sine
regal.* Justè non minus quam prudenter per ea qua tradit *Wesemb.
in Paratit. ff. de acquir. rer. dom. num. 7.* id evenisse putamus.

7. Armenia inter Persarum & Romanas opes infida, Periculosa
sè. Nullam fidem accipit aut meretur qui certam non dat. Fluctuans
tandè procellis potentioribus supprimatur; sine spe auxilij. Exempla
testantur citius convenisse capitales hostes in concordiam, quàm ut in-
fidis aut fidei incertè studiosis ex odio communi emergere licuerit.

8. *Seculæ*

Alia natura turpia, alia civilitas
quam ferocitatem sequetur.
Mittis vero vulgares ire trami-
tatur quod Horatius 4. Gall.
Mittit vel ad inferos iturum esse,
si pro sua dignitate impius im-

per equorum curam. Utrumque re-
alibi attingemus. Prius in Vo-
luntate Romano in re quo in-
tiam de Br. Carl. verari: cen-
a ut Tiberius legationis legatum,
infamia notavit. Sueton. 1. Ti-
Amrat. lib. 2. disc. Polit. 1. ubi
alio vis exercitatus, quae re-
suis sagittis sudoribus; tolerandi
suis paxta & fortitudinis eos
necunia prolixè exaggerat Xen-
sae: Nec in iura. In omnibus
gend. Tit. Aquil. de Nupt. 17.
Cum modo, anem veniens
anem modo, praxiam ubi &
tam negotium leniorum impe-
tra, quae hanc detrimentum,
suis aliam abecondisem, animo-
suis aliam quae experta est. Un-
suis aliam §. 12. Just. de R. div. is.
suis aliam consuetudine. cum, qua sine
suis aliam per ea quae tradit. W. s. s. m. b.
suis aliam deventis putamus.
suis aliam s. p. p. m. d. Periculo-
suis aliam non dat. Fluctuant
suis aliam sine spe anilij. Exempla
suis aliam in concordiam, qui ut in-
suis aliam communi emergere liceret.
8. Scler

5.

8. Scler Antonij Noster dicit, quod Artavasden Armeniorum
regem specie amicitia iustitiam, cum catenis oneratum, postremo inter-
fectu. Causam & insidias describit Dio lib. 49. Histor. Non enim
potest non scelus duci, sub amicitiae nomine quod fidei signacu-
lum esse debet, noxiam fraudem moliri. Sed annum meruisse vide-
tur Rex Armeniarum quia Antonium in expeditione Parthica deseruisse
arguetur? Ut utiniq; actum, fides tamen & securitas quae sub
am. in nomine datur id omne remittit, ut quos coercere iustum sit, fi-
des data violare non concedat.

9. Societas in re externo in matrimonium regnumq; liberi. Is
mo: Aegyptiis, Lacedaemoniis, Parthis aliisque Barbaris, ut reges so-
cores ducerent uxores. Quo nec feminae praeteritae quaerentur,
& laqueis regis, cui multus olim honos, conservaretur. Imo & pri-
vatis amulius ibidem indulgentiam potius quam naturali pudori
consulentibus. Sed Lege Moysis ista nuptiae ut incestae prohibita
Levit. 28. & 20. Rationem habet Philo lib. de Legib. Moys. Special.
Romani quoque vetere §. 2. Inst. de Nupt. Plurim. in Par. all. quae Poe-
na? Discordat Dd. Lege forensi Judaeorum ultimum supplicium
inflictum. Levit. 20. 2. Sam. 13. Sed iure Romano deportatio & susti-
gatio incestum in linea collateralis committentibus irrogata. l. 5. ff. de
Quaest. Nov. 12. cap. 1. in fin. A quo nec Constitutio criminalis ca-
rolina recessit uti §. 117. ejusdem apparatus & hodie apud nos ob-
servatur vid. Colim. consil. 28. vol. 3. per 101.

10. Ariobarzancem origine Medum, ut volentibus Armeniis
Caesar praefecit, eorum morte fortis absumpto, stirpem ejus haud
tolerare. Bona regna exterorum sunt hereditaria. Eam sortem
ad suos transferri princeps alienigena, ut grati patris ingrati tamen
sint liberi: plerumq; odio aut tadio peregrinae dominationis. Na-
turale enim vinculum obsequij, & imperij infirmius est, ubi natura
communis amoris non est conciliatrix. Magnae juxta & rarae artis
est, potentiam transferre regimen in suos, quos populus iudicat alie-
nos. Optimo & felici consilio saepe Principes, quorum firmata erat
potentia, & caritas, vivi filii cesserunt imperium, ut ita sub novo
successore, ut plerumq; sit, nova molendi deesset occasio atq; in fa-
milia suaradices ageret. Id quod in Imperio Romano Carolum 5.
molitum, ait Thuan. lib. 2. §. lib. 16. Hist.

11. *Ab Armeniis tenuitate famina Imperio, eadē vti pūis.* Non potest non visis subire pudor, ubi mollis, timidi, incauti & ad quavis vitia proclivis sexus jugum subeundum est. Sed annon Gynæocratta probanda? Nego nisi jus & mos patriæ probat. *vid. Lips. Exemp. l. Polit. lib. 2. cap. 2. Schönborn. lib. 2. Polit. c. 32.* sed ubi ex lege Imperij in colum cadunt falces, quæ cautiones observandæ sint, prolixè tradit *Bodin. 6. de Repub. c. 5.*

12. *Inceris solutiis, magis sine domino quàm in libertate sunt.* Nota Anarchias vitia & incommoda, quæ præpostero libertatis ambitu in rempub. invehitur. Ibi nēpē incerta, soluta, intricata ac turbis involuta vita, nihil minus tamen quàm libera. Sub Anabaptistarum cetera vs specimē videre licuit *Sledan. lib. 5. comm.* Plura exēpla tradit *Bodin. 4. Polit. cap. 8.* subjungens Anarchiam, quæ nec formam civitatis ullum habet nec imperiū aut obsequium discernit, interitum essere et publ. & aibi 2. *de Repb. 1.* crudelissima Tyranhide deteriorē esse ait.

13. *Tiberio hauri gratum accidit turbari Orientis res.* Immetito. Frustra sibi mettebat à Germanici candido in rempub. affectu. Quis agebat dexterius quo pejus se timere cognoscebat. Sæpe tamen videmus gratum & commodum, alibi accendi turbas, ad quas honestis nominibus relegentur domi turbaturi. Præsertim hoc utile remediū adversus inquietam potentiorum indolem, quæ cum per sollicitas molitiones vigilantissima refrænari aliter nequit, tuto remotioribus periculis occupatur, ut definat aut hebescat. Id Romanis semper fructuosum fuisse judicat. *Vell. Patere. lib. 2. Hist. Plutarcb. in Camill.* Gallis utile fuisse Carolo 9. *Colinius ap. Thuan. lib. 51.* An verò justum ob intestinam pacem foras quæretis bellum? Futo id excusari ab ordinatæ charitate, quæ à se incipio *l. 6. C. de Servitut.* dummodo (1) necessarium sit nec pesti domesticæ aliud remediū & (2) præterea justitiæ non adversum. Ita sententiam suam restringit *Colinius d. l.* ita dicens: *Externo bello opus est, quod justum, quod facile, quod utile sit, in quo & utilitas cum honestate conjungatur, & decus inde parum ad utilitatem redundat.*

14. Id gratum Tiberio ut esset prætextus, sub quo, Germanicum suctis legionibus abstraheret, novisq; provinciis impostum dolo simul, & casibus objectaret. Hæc ars principum arcana suspo-

suspecta potentie viros; avocare à suctis, ut inter insolita minus audeant, ac minori fiducia agant, mutare sæpius eorum munia, honoris specie ad remota ablegare, arduis & periculosis obiscere expeditionibus, ut & inter pericula ab ambitione secedat animus & minus ex voto succedentibus negotiis, minuatur fama & autoritas.

15. Germanicus, quanto acriora in eum studia militum & ad versus parvi voluntas celeranda victoria intentior erat. Ita remedium invisæ virtuti contra malevolorum odium accelerando rectè facta, prævenire machinationes ac intelligere ut sentire non videaris, supplicium invidiam est, eam virtute augere atque macerare: haud tutum hoc asylum nisi potentibus, ut exitus Germanici infra docebit. Inquietus affectus sui ipsius carnifex ex desperatione deprimendi æquandi aut superandi aliena merita in odium metumq; tandem erumpit. Unde ex vigili atq; anxia malicia, si non certa pernicies, nunquam tamen desinitur insidiaz. Per imitamenta vitiorum evitare multis consultus visum à Tac. 16. *Annal.* Idq; adversus invidiorum potentiam non æque validis suadendum. Id S. Iustio placuit ap. Tac. 3. *Annal.* Diversis ille autem veterum iustitias per cultum & munditiam luti prior. Suberat tamen vigor animi ingentibus negotiis par acrior, quo somnum & ignaviam magis ostentabat.

16. Tumulus Variantis Legionibus structus. Romanis hoc fuerat bene mentis *xi vox* *Phi* ponere in gratam memoriam. Sic Drufo exercitū honorarium tumulū excitasse Suetonius refert, circa quem statō die quodranis decurreret (sicut decursio in funere illustrium virorum fuerat) & Galliarum civitates publicè supplicarent. Idem & Persis solium minane sepulchrū constituere militibus, quortū reliquæ non faciles repertu Xenoph. lib. 6. *Exp. d. Cyr.* Cenotaphia definit J. Crus. 12. l. 42. *de relig. & sumpt. sum.* monumenta memorie causâ facta ubi nihil infertur. An ea religiosa? apud veteres ita usuratum; sed imperatorum Divorum Fratrum decisione religio illis negata. l. 6. §. fin. l. 7. ff. *de rer. divis. 16. in fin. ff. de religiof.*

17. Stertinini cum Equite & armaturâ levi igne & cadibus defensionem & perfidiam Angrivariorum ultus est. An congrua sceleris pœna? Ita putamus. Ut fide nihil sanctius, ita nō potest esse cōtra violatores sanctio facis dura. Sed hac restrictione, ne ultra se viat pœna quam

Imperio, ea birovi pulsa. Non
lis, timidi, incauti & ad qua-
rum est. Sed annon Gynzo-
is patriæ probat. vid. Lips. Ex-
b. 2. *Polit. c. 32.* sed ubi ex lege
auctoritates observandæ sint, pro-

imo quā in libertate sunt. Nota
et postero libertatis ambitu in
tura, intricata ac turbis invo-
Sub Anabaptistarum carera
m. Plura exē, la tradit Bo-
m, quæ nec formam civitatis
multiscernit, interitum esse rei.
Tyrannide deteriorē esse ar.
it turbari *Ovionis res.* Imme-
paci candido in republ. affe-
us se timere cognoscēbat. Sepe
m, alibi accendi turbas, ad quas
turbantur. Præsertim hoc uti-
entiorum indolem, quæ cum
a refrenari alter nequit, tuto
de sinat aut bebecat. Id Ro-
at. *Vell. Patre. lib. 2. Hist. Plu-*
Carolo 9. *Colinus ap. Thuan.*
pacem hanc quæ: et bellum?
quæ: a se incipit l. 6. *C. de Ser-*
pepsit domesticæ aliud reme-
entium Ita sententiam suam
terrore bello opus est, quod ju-
& ut hinc cum bonis con-
itatem reanatis.
ne veritas sub quo, Germa-
a. p. r. i. n. a. i. m. p. o. s. i. t. u. m. d. o. b.
concepim arcana adversus
suspo-

quam nocuit noxa, accipimus à eade sexum & ætatem infanctem, *Abi. lib. 1. dictum est.*

18. *Arminius, ut liceret cum fratre colloqui erudit.* Cum hoste colloquia sine Ducis venia sub duris pœnis apud Romanos vetita erant: Cum exinde corruptelis ac delictis occasio, haud temere nec sine urgenti causa permittenda concludimus.

19. *Arminius amote suspatoribus, ut sagittarum Romanam pro ris paposei discedere postulat. Et digressu.* Illo quidem loco sine periculo; quia flumen medium erat, sed ubi nullum ausibus obstaculum, magnates hostili in se animo ad colloquia sine custodibus progredi intatuna. Romani Impi. quortes cum hoste colloquia habent, ita sibi cavebant ut sibi cum aliquot militibus in medium prodirent, æquo spæto à militibus distantes. *Chokier. in not. ad Onof. Strang. c. 10. Exemplum in Cæsare & Ariovisto ad sermones prodeuntibus, ap. Cæsar. lib. 7. Comment.* Tutissimus ille modus colloquendi quo congressi non licet, qualis placuit Ludovico II. Gallie & Edvardo Britannia Regi commendatus à Comiteo *lib. 1. Comment.*

20. *Flavine aucta stipendia, torquem, & coronam aliisq; militaria dona memorant.* Laudabilis Romanorum prudentia merito censetur, qua maximam virtutem minimi præcij præmiis sine ærii damno & recipientium profanâ avaritiâ condécobant. Hasta, Phiala, Phalæte, Torques, catellæ, fibulæ vexilla, fortissimis dabantur munera; Ob civem servatum quæreea civica, ob urbem oblidione liberatam, obdionalis graminea, opidum hostile primum transcendenti muralis corona imponebatur *uti hæc prolixius describit Lips. de Mil. Rom. lib. 5. dial. 17.* Quanto pluris leve honoris testimonium, quam amplum donum æstimatû sit, exemplo docet eques Rom. *ap. Valer. Max. lib. 8. cap. 17.* Scipionis armillas argenteas magis æstimas, quam Labieni aureas. Unde Tacitus *lib. 2. Histor.* apud majores virtute quam pecunia rem Rom. melius sterisse judicat. Idem Græcis historia refert. Sed *Arminius irridet viliæ servitij pretia.* Inficitia nempe moris Romani, suæ gentis opinione detentus. Discite hinc honorem nihil aliud quam existimationem esse dignitatisq; illæ status legibus ac moribus comprobaturum *l. 5. §. 117. de Var. & ex ærd. cognit.* Hic gloriosum, alibi sine laude reperies. Instar nummorû valent honorum insignia, prout populus æstimaverit.

DIS-

ferum & atrem in fontem, uti
fratre colloqui oravit. Cum
lurus pornis apud Romanos ve-
de delictis occatio, haud temere
concludimus. -
... Sagittarum Romanam proxi-
... Illo quidem loco sine peri-
ubi nullum autibus obstaculum,
... qua sine custodibus ingredi
... hinc collationem haberent,
... bus in medium prodirent,
... in not. ad Onof. Sev. ang.
ad sermones prodeuntibus, ap.
... modus colloquendi quo con-
... Gallie & Edwardo Bri-
... lib. 1. Comment.
... coronam aliq. mili-
... prudentia merito cen-
... precii proximo sine errandi-
... condederant. Hala, Phila,
... dabatur mo-
... ob urbem oblatione li-
... habile primam transcen-
... de scribit Lips. de
... honoris testimonium,
... docet eques Rom. 49.
... gentes magis altimis,
... apud maiores
... Idem Grecis
... quam arre-
... Inscitia
... Discite hinc
... de Var. & ex
... Instar numero
... DIS-

DISCURSUS POLITICUS II.

ex Lib. II. Annal. Tacit.

Duo Historia celebrat Romanæ militiæ præcipua munimen-
ta: (1) *Villis graves panes.* Quæ non justæ modo, cum ex
Jure belli & voluntate hostium adversus hostes nihil inju-
stum sit; quod cunque libuit facere victori liceat; *Senec. in*
Trad. sed etiam utiles fortè in istâ Romanâ magnitudine, potentiâ
& felicitate. Quæ terrore plus nocere potuit quam clade, ita ut a-
liorum exemplum infelix post ereptam successu infausto spem, cæte-
rorum ausus recundere valuerit. Quod cum sine terribili nomine
& robore reges sperare non possint, dum hostilem severitatem ho-
stis reformidant se desperatione, alios commiseratione perjuvandi
spem in odium erumpiturâ accendent. Consultius & hos allicere, quam
vi incerta compellere. Egregij bellorum fines, quot es ignoscen-
do transigitur. *Eunones ap. Tacit. l. 12. Annal.* Quare auctam po-
puli Romani magnitudinem deprædicat *Salustius in bell. jugurb.*
Educenda prælara victoria ex quâ plus sit clementiæ, quàm cru-
delitatis. Emil. Prob. in Timolcont. (2) *In deditionem venienti para-*
m clementia. Præterquam quod trucidare deditos seivum *Tac. l. 13.*
Annal. & non armati nec in prælio belli jure, sed postea supplices
per firmum celus interficiuntur. *Salust. in Orat. 1. de rep. ordin.*
ea in veniam forantes humanitas in dubiâ spe ad deditionem incita-
mentum, in nulla, desperationis, quâ nullum ad audaciam telum a-
cutius, remedium, in victoria ad parcendum efficax persuasio.
Quisquis penitentia conscientia scelerum & obseptis estugiis quam
multa & clara facinora fiant, veniæ spem viamque nunquam præ-
cludet. *Claudius ergo prudenter in literis ad Eunonem: Im ma-*
ioribus placitum quam à perverciâ in hostem, tantâ beneficentiâ ad-
versus supplices usendum. Tac. lib. 12. Annal.

Respondit
Philippo
Christo-
phoro
von der
Sanden
Nobil.
Rugian.

22. Arminius *sus patria*, cujus periculis quisque obstrictus
& *libertas omni* omnibus rebus antefereendam, *Xenoph. de reb.*

B b

geb.

gest. *Grac. l. 4.* quam nemo bonus nisi cum anima simul mittit *Salust. in bell. Catilin.* memorat. Sed frustra semel erepra & cessa libertate postquam sub iugo patienter moratus sis, injustæ sunt vindiciæ. Etsi enim alieni Imperij invasori, ut privato quilibet juste resistit: *Jun. Brut. de vindic. contr. Tyr. q. 3. Reink. de reg. sec. l. 1. cl. 1. c. 5. n. 6. seq.* ubi tamen vimpriorem pæctio subsæcuta vel fides data purgavit contentus quisq; recepta conditione esse debet, & injuriâ inturget *H. Gros. de Jur. Bell. & pac. l. 2. c. 22. n. 11.* Unde difficillimum *σύνεμα πολιτικόν* Ciceroni *lib. 9. ad Att. Epist. 3.* visum. *An cum patria illegitimo Imperio premitur, omnimodo danda sit opera ejus demendi, etsi amsi civitas eam ob rem in summum discrimen adduxerit da sit.* Placet optimum *Salustij de Bell. jug.* Judicium: Nam vi quidem regere patriam (inquit) aut parentes, quanquam & possis & delicta corrigas, tamen impotunum est, cum præsertim omnes rerum mutationes eadem, fugam aliâq; hostilia perpendant. Sine Judicio ergo post devictam libertatem propinquorum, affinium, & gentis suæ desertor & proditor *Flavius arguuntur*, excusatius fasces semel agnitos reverenter colere quam genti rebellanti imperator esse maluit. Ex accusationes perrarumq; civium modestorum apud ferox vulgus. Quæ tamen non magis defendi possunt, quam illius contra imperium ut ut injustum rebelliones. Quod in *Flavio* accusat *Arminius* id ipse meret libertatis contra fidem turpi studio, quia in *Romanis castris duxor populariū mernit*, nunc hostilium Imperator.

23. *Dare in discrimen legiones baud imperatorium ratus Caesar.* Nihil quippe duci gloriosius ant ad quærendum amorem militarem promptius ac sanguinis militum cauta parsimonia. Non dubito asserere contra decus juxta & conscientiam trahere alieni sanguinis pro suâ gloriâ prodigos. De *Augusto pulchrè Vell. Paterc. lib. 2. Histor.* Nihil in tanto bello aut videre majus aut mirari magis potuit, quam quod Imperatori nanquam adeo ulla oppotuna visa est victorie occasio, quam dæmon amissi si pensaret militiū, semperq; visum est gloriosum, quod esset turpissimum, & ante conscientia quam fama consulum, &c.

24. *Artis militaris ducitur, ac hostis jungat vires præcavere Liv.*

Liv. lib. 9. Ea cum multifariam exerceatur, tum & hoc consilio regitur, ut pluribus praesertim coeuntibus ex certibus, copia ad diversas partes moveri soleant, quo vires hostiles ad faciliorem eadem & occupationem distrahantur. *Ranzov. comment. bell. lib. 2. c. 14. n. 5.* Id *Sertinio & Emilio* placitum qui *distantes loca invelli ut hostes inducere:*

25. Quo inopinatio est major est ex territis terror. Qui si eorum invadit audaciam, animum simul & prudentiam occupat, ut improvise metu homines nec quae agunt intelligit, nec quae vident, audeant. Hinc arcans militaris scientiae accensum, latiori exitu hostis, ferociam cedendo accendi, potius quam violenter potentiae praefatae insultari: Nemo facilius opprimitur quam qui nihil timet. Quo suesum collimar stratagemata fugae specie hostilem ferociam decipiens de quo *lib. 1. dictum* Exemplum in *Cheriscis. Erupit Carivalda Batarorum Dux. Illi fugam simulantes in planitiem salubris circumjectam traxere: Deinde cohortes & undiq; effusi erudunt adversos, instant cedentibus, &c.*

26. *Ausuri Germanos nocturnam castrorum oppugnationem Caesar judicio per fuga cognoscit.* Fallax ex his fidei quasi frinambribus fides, qui contra fidem ad hostem transfugiunt, saepius exploratores quam proditores. *Habent tamen indicis fides.* Ideo forte, quia & *cernebantur ignes suggestisq; propius speculatores, audire fremisum equorum immensisq; & inconditi agminis murmur acutere.* Sive huiusmodi & alius indicis vix tuto sed temere creditur: Optimum politicorum contra transfugarum ambigua consilium vinculos aliquandiu deducere, cum spe libertatis & praemiorum si vera narraverint: Certo metu extremi supplicii in mentes & vana molientes. Ita *Caesar de hisq; arbitrium penes Duces fidei per fugarum obles esse poterit Oros. Stratag. c. 10. §. si qui transfuga.*

27. *Caesar propinquo summa rei discrimine explorandos militum animos ratus* ex quibus cognitio consilii capta est informatio, fortuna & eventus, ut peritum Ducem moderamen. Frustrà hic audebit ardua nisi per quos expedienda pares facilesq; noverit. *Quoniam id modo incorruptum foret, secum agitabat:* Nihil difficilius quam latrones

com anima simul mittit *Salsus*.
semel erepta & cessa liberta-
tis, injuria sunt vindiciz.
privato quilibet iuste resistit:
Rozak. de reg. sec. 1. c. 1. c. 5.
no subiecta vel fides data pur-
tione esse debet, & injuria in-
c. 22. n. 11. Unde difficultum
17. Sp. 3. visum. An cum
modo danda sit opera ejus
discrimen adducen-
Judicium: Nam si qui
quamquam & possit & de-
praeferunt omnes rerum
portendant. Sine Judicio
affinitum, & genit
excitatus salces semel ar-
imperator esse malu-
modestorum apud feroc-
stunt, quibus con-
Quod in Flavio aculat
quia in
Imperator.
patum
amorem mi-
Non du-
agere abeni langu-
lib. 2.
visum est
quam summa con-
praeferre
Liv.

teates mentium recessus scrutari, quos licet actiones externæ prodant, nunquam tamen constanti fide, quia & istæ inconstantes & affectus apud plerosque animorum rectores contrariis fluctibus agitantur. Hinc nihil tam incertum nec tam inæstimabile est quam animi multitudinis *Lev. lib. 24.*

28. Mîsera potentum conditio, quod in summâ fortunâ alienis oculis auribusque vident & audiunt, ut dum iis vocibus quas solas accipiunt, credunt, nesciant plerumq; quod nemo præter illos ignorat *Barclaj. in Argen. lib. 3.* Nihil apud illos veritate rarius, dum naturale aulæ malum exquisita falsitas, studiose excolitur. Unde Ludovicus II. Galliæ Rex cum omnibus rebus unâ excepta, se abnoscere diceret; Quæ ista esset rogatus, veritatem desideravit *Fr. Patric. de Hist. dial. 5.* A quibus incorruptam habebunt? *Tribuni & centuriones latè sapius quam comperta nunciant. Libertorum servilia ingenia: Amicis inest adulatio.* Omnes lubentius cum fortuna principis quam cum ipso loquuntur *Galba ab. Tac. 1. Hist. vid. Barclaj. d. 1.* Si concio vocetur illic, quæ pauci incipiant, reliqui astrepunt. Multitudo enim vulgi, more magis quam iudicio, post alium quasi prudentiorem sequuntur *Salust. ad Cæsar.*

29. Penitus noscendas mentes catus Germanicus, cum secreti & incusoditi inter milites cibos milites spem aut metum proferrent. Id optimum explorandæ veritatis momentum & medium, adire incautos, audire in libertate oris improvidos, videre affectus gestu proidentes, segnius canit *Horatius* irritant animos demissa per aurem. Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus & quæ ipse sibi tradidit spectator.

30. Germanicus nocte capræ egressus augurali, (Loca prætorij ubi sacrificari & auspicari Imp. solet *Lips. de Mil. Rom. lib. 5. dial. 3.*) per occulta & vigilibus ignara, comite unio contestans humeris serviliâ pelle (qui habitus Germanorum & sine dubio eorum qui inter custodes *Lips. ad h. verb.*) adit castrorum vias, adsistit tabernaculis fruenturq; famâ sui. An id decorum & utile principi mutato habitu adire privatas casas & cætus suorum ad explorandam hominum de se opinionem? Legimus idem factirasse *Mithridatem Justin. lib. 27. Franciscum*

nos licet adiones externæ pro-
p, quia & sunt inconstantes & af-
ctores contrariis fluctibus agi-
et tam inestumabile est quam a-

no, quod in fumâ fortunâ ali-
tutur dum iis vocibus quas so-
tumq; quod nemo præter illos
apud illos veritate rarius, dum
as, studiose excolitur. Unde
abus ret us unâ excepta, se ab-
ctus, veritatem desideravit Fr.
corruptam habebunt? Tribu-
perita nunciant. *Libertorum*
Omnis lubentius cum for-
tetur Galba ab. Tac. 1. *Histor. vid.*
na pauci incipiant, reliqui: afro-
magis quam iudicio, post alius
ar. *Saint. ad Cesar.*
Germanicus. cum scetti
aut: meum præterent.
me enim & medium, adire in-
vidos, videre: adus gestu pro-
aures demissa per aurem.
bus & quæ ipse libi tradidit

Loca præto-
lib. 5. *diol.*
conteritur: *Arminius* *frui-*
qui inter ca-
Libernaculis *frui-*
habitu ad-
hominum de se o-
27. *Præ-*
ciscum

ciscum Galeatium *Jov. in vit. Ill. vir.* Leonem Imp. Græcum Mat-
thiam Hunniadem & alios de quib. *vid. Camerar. cent. 1. bor. subcsf.*
199. Quorum facta bonis principibus, si occasio ferat, imitanda pu-
tamus *Schönborn. l. 2. Polit. c. 28.* Sed Tyrannis quos plebs odio pro-
sequitur, si agnoscantur, periculosa.

21. *Nox eadem latam Germanico quiescem tulit.* Instantibus
curis agitant sæpe per somnum species imminentium rerum, sive il-
lis ægritudo sive divinatio animi prælagientis accersit *Curt. lib. 3.*
Horum an contemptor Dux, ut fortuitorum? Haud peritè. Ma-
gno eventus somniis prædictos Historia testatur, *uti videre licet ap.*
Val. Maxim. lib. 1. cap. 7. Non sprevit Germanicus sed *ausibus omi-*
m. Idq; eo magis *addicentibus auspiciis*, quæ nec nostra xtate ne-
gligenda prudentes judicant. Sæpe exteriori signo numen propiti-
um miratum designasse consilia compertum fuit.

22. Animando militi utilis oratione ad aciem emeuntem à Du-
ce exortari. *uti lib. 1. dictum.* Hinc Germanicus *vocat concionem,*
& quasentia prævisa, apud, imminente pugna differt. Oratio-
nem *ducis ferunt militum ardor.* Ardorem Dux sequitur, *signo*
pugna dato.

23. Prudentissimus militum, militares vibices in Germanis
recentes, & tætax. Quibus *Corpus visu* quidem *tororum*, quod in mi-
lite adeo probandum, ut ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione
membrorum eligendus sit, *Veget. l. 1. de re milit. c. 6.* Sed *ad brevem*
saltem imperium validum nullâ vulnerum patientiâ (2) *qui sine pudore*
fugit; sine cura ducum abeunt, fugiunt (3) *pavidis adversis;* (4) *in-*
ter secunda non divini, non humani juris memores. In quibus ca-
stris hos deprehenderis in illis disciplinam exulare ac inane militum
nomen certo conjicias.

24. *Quærit Arminius an aliud sibi reliquum quam tenere li-*
bertatem, aut mori ante servitium? Vox & intentio Arminio in-
congrua illis ad concertationem incentivum qui jugum potentioris
borrent. Sed apud medium quidquam? omnino est. Sunt enim
gentes quæ nec totam servitutem pati, nec totam libertatem possunt
uti de Romanis Galba ait. ap. Tac. l. 1. Histor. Sed quibus aut tota

ant ex parte constantis libertas illi vix inveniuntur. Quidquid ibi medium, ad servitium via est. Nescit subsistere Imperij cupido, ubi semel locum cepit, nec rupta libertatis catena ei obligandæ imposturum par est. Principiis obstat qui præstantissimum bonum conservare cupit Temperantius, contra principes, quos superiores probosque revereris. Quomodo pessimis Imperatoribus sine fine dominatio, ita quemvis egregiis modum libertatis placere Marcellus ap. Tacit. l. 4. Histor. ait Obsequio mitigantur imperia Alexand. ap. Curt. l. 8. Acriter adversus dominationes externas, & Tyrannos. Horum superbiam frustra per obsequium & modestiam effugeris, Tacit. in vit. Agric. Nihil proficitur patientiâ, nisi ut graviora tanquam ex facili tolerantibus impèrentur, Tacit. d. lib. de vit. Agr. Annon cum dignitate potius cadendum, quam cum ignominia servendum Cic. Philipp. 3. Quatamen in re cautionem Pr. Gultciar. dianus lib. 1. Histor. suppeditat, haud negligendam: *Libertus inquit, res est desiderabilis ac preciosa qua digna sit, ut nullum periculum defugiamus, si qua spes affulgeat minimè frivola, nos eam posse aliquâ saltém ex parte tueri.*

35. Pulcherrimum augurium, octo aquila petere sylvas visa Romana aves. Omni legioni (inquit Joseph. lib. 3.) apud Romanos aquila præ est rex ipsa omnium avium & eadem valentissima. Unde Imperij signum ipsis est & velut omen victoriæ, in quoscunque eunt: Sic aquilæ legionum alas concutientes, ac fulmina, quæ aurea pedibus tenere solebant, abjicientes, Pompejo exilium denuntiabant & ad Cæsarem quasi avolabant. ait Dio lib. 43. Hist. Aquila Bruto fugam præsignificavit Val. Maxim. lib. 6. 4. Fabio Valenti ut dux viæ prævolavit Fac. 1. Hist. Hinc propria legionum numina habita quibus sacellum in castris & cultus divinus Herodian. lib. 4. dum adorata & per ea juratum Liv. lib. 6. Accipit volântium omen Germanicus exclamat, irent, sequerentur. Argutia ista, ut læta vel tristi interpretatione accipiuntur, animant terrentve animos. His parandis utiliter ea adhibet prudens Dux, sed ut fidat incertis ac infidis, quæ citius fallunt quam ex opinione eveniunt nunquam præsumet.

36. Officium bellicum ducis rebus inclinatâ ostentat Armimius,

mita, manu, voce, vulnere substans pugnam. Ista in duce conspicua imitationem, illa alacritatem, hoc cōmiserationem, tria fortitudinis incitamenta movet. Ita alibi de Antonio Noster: *Nullum in illa trepidatione constantia ducis aut fortissimi militis officium omisit. Occursat paventibus, retinet cedentes. Ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consultu, manu, voce insignis hosti, conspicuus suis.* lib. 3. *Hist.*

37. *Arminius nisi corporis & impetu equi pervasit, oblitus faciem suo cruore ne nosceretur. Idem Inguimero effugium dedit. Insigne stratagema. Virtus an fraus sit.* Noster dubitat. Sed dolus an virtus, quis in hoste requirat? *Virgil. l. 2. Æneid.* Hostilem potestatem quomodo quis evadat nihil interest, vi an fallaciâ *l. 26. pr. ff. de Capt. & postlim.* Virtuosis dolus, qui ad defensionem sui tendit, & ut vi, vita & dolis quisq; se jure tuetur.

38. *Reperta inter spolia Germanorum catena, quae in Romanos, ut non dubio euentu, portaverant.* Rarissimè in historiâ leges compedes in hostem paratos, non injectos parantibus. Antonius Cretam cum ingenti victoriæ spe atq; fiducia invadens ad eò plures catenas in navibus quam atina portaret. *Flor. lib. 3.* Ita & Flaminus. *Polyb. lib. 3.* Uterq; in felici exitu. Idem multis evenit. Ne enim triumphum ante, victoriam canentium prædamve ante captum dividendum felices ausus angurari possumus. Qui dum iucerta fortuna sibi certa constituunt, casus, qui nullibi plures & periculosiores quam in bello, prævidere aut regere ignorant. Incredibile est, nimia fiducia quantum calamitati esse soleat. *Æmil. Prob. in Pelopid.* Illorum stolidam temeritatem scito simili Fridericus 3. Imp. Legatos Ludovici Galliarum Regis docet & irridet. *ap. Commin. lib. 5. Comment.*

39. *Miles in modum trophaeorum arma, subscripta devictarum gentium nominibus imposuit.* Contra priscum morem Pop. Romani qui nunquam hostibus domitis victoriam exprobravit, initio cæpto à Domitio Æno-barbo & Fabio Maximo cum finitum esset bellum Allobrogicum. *Flor. lib. 3. c. 2.* Anne verò trophæa struuntur bono consilio? Cicero *l. 2. de Inv.* & Plutarch. *in problem.* primos reptores vituperatos referunt. Nec injuria vid. *Alberic. Gentil. de jur. bell. l. 3. c. 1.* Quos conciliare debebat clementia & ex humanitate victoris

victoris spes bona, hos terret jactans superbia. Gloria suæ dum is consulit ignominia victos accendit, æternis odiis per vires erupturis materiam consecrat, præsens vindicandi incitamentum linquit. Qui sperabitur ab his obsequium quorum illuditur patientiæ? Noxia præteritæ libertatis memoria recens per monumentum. *Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia quam ea species dolore & irâ affectis, qui modo abire sedibus parabant pugnam volunt, arma rapiunt, &c.* Quantum Albani trophæa Belgas irritarint. *vid. Cænestag. lib. 4. de Bell. Belgic.* Macedones nullum trophæum constituendum judicabant *Pausan. l. 9.* laudabili more, quem Alexander M. imitatus utur multarum gentium victor. *Alb. Gentil. d. l.*

40. *Nihil ex iis, quæ hostes parabant, Casari incognitum: consilia, locus, prompta, occulta noverat, actusq; hostium in perniciem ipsis vertebat.* Principales hæc castra gubernantium curæ, prænosse hostium cogitata & adversus se parata in exitium adversarij detorqueere. In illo prudentiæ militaris fundamentum, in hoc felicitas.

41. Plures facilius munia reipublicæ sociatis laboribus executuros, ait Tiberius *Tac. 7. Annal.* Sed in pari potentiâ, non sine dissidiis & turbis. Arduum semper eodem loci potentiam & concordiam esse. *Tac. 4. Annal.* Sustinendo oneri & amovendis discordiis, medium, in partem curarum alios assumi, sed non in plenitudinem potestatis, penes unum regimen & supremam curam in cæteris consilia & auxilia locare. Ita Germanicus summus Dux, *quod arduum sibi, cæteris Legatis permisit.* Hoc Imperij arcum politici referunt, quo usus ex consilio Jethronis Moyses *Exod. 18. n. 22.* Idem militiæ gerende præceptum, quod Romani attenderunt, Legatos jungendo Imperatoribus ut hi libere ad summam rerum confuleret, hi ad præscriptum agerent, fiduciariâ operâ *Cæsar. lib. 2 & 3. bell. civil. vid. Lips. de mil. Rom. l. 2. dial. 11.*

42. *Germanis non minor animus sed genere pugna & armorum superabantur.* Hæc duo insignia militiæ adjuncta. Quam plurimum interest quo armorum genere & pugnandi ratione utantur præliantes pulchrè ostendit Scip. *Amirat. differi.*

Polit. lib. 2. disc. 4. & 5.

DIS-

DISCURSUS POLITICUS III.

Ex Lib. II. Annal. Tacit.

43.

TRia in acie militaris fortitudinis incitamenta. (1) *Necessitas in loco*, unde nullum dum speratur effugium, nihil desperatur. An facienda? Ita Mauritius Aurasionensis in praelio ad Neoportum iudicabat celebrato apud posteritatem iudicio, dum suos ad mare locatos deductis in altum navibus in arena extra fugæ spem constituēbat. Assentimur si & spes paræ virtutis in milite. Quem ad lanienam offeret, qui hostili ferocitæ imparē effugiis privabit. (2) *Spes in virtute*, quæ optima, & adversæ fortunæ remediū. (3) *Salus ex victoriâ*. Quam militi ante oculos ponere prudens Dux nunquam omittet. Ostenſa ex devicto hoste salus, ex vincente clades, teste Historia, multas penè res collapsas restauravit.

44. Sunt molles in calamitate mortalium animi; Tacit. lib. 4. *Annal.* terrentur periculis etiam fortissimi, ex Ciceronis *dissero*. Quis *Arminio* inter arma animosior? *Impromptus* ut tamen obconstantia pericula. Ut secundarum ambiguarumque rerum sciens interitus, Tac. *Annal.* ita fortuitis casibus sine fortunæ solatiis jactatus metum facile concipit.

45. Non semper verum quod *ap. Livium lib. 4.* dicitur, *Fortuna virtutem sequitur*. Inguis merum *ut ros à volitante acie fortuna magis quam virtus deserebat*. Quod desertæ virtutis refugium? Non in pertinaciâ. Frustra fortunæ insultabis ac resistes omnibus rebus potentiore. Rebus inclinatis præstat ut te inclines, *Lips. lib. 5. Pol. c. 9.* instar Navarchæ boni, qui ubi naufragium timeret, jacturâ quidquid sanari potest, redimit. *Curt. 5. Hist.* Magnæ calamitates audaciam quidem primum adferunt attonitis, sed eam procedente tempore fervire cogit necessitas. *Appian. de Bell. Pun.* Consultius existimo obviam excipere mala, quibus virtus impar est, quam expectare. In isto quid nostri arbitrij, quantumcunq; est; in hoc casus miseros opprimat.

C c

46. Ger-

Respond
Michado
Westca/
Demost
Pomero

DIS-

46. *Germanicus quo magis agnosceretur, dextrae regimen capiti.* Suorum causâ si id fecit, excusandum. Si ab hostibus nosci voluit, rem in summo militiæ Duce improbandam censemus. In quo cum nervus militiæ consistat, temerario consilio se periculis manifestat. Firmant hoc rationes, quas adducit *Orosand. Strabag. cap. 33. & ib. in nos. Cbokier.*

47. *Orabat Germanicus insisterent cadibus; nihil opus captivis, salam internecionem gentis finem bello fore.* Solent Imperatores captivos non occidere sed servare ad servitutem §. 3. *Jus. de Jur. Person. l. 239. §. 1. ff. de Verb. Signific.* Idq; humanus. *Hug. Grot. de Jur. bell. & Pac. lib. 3. cap. 11.* Non tamen humanitati adversum Germanici consilium, qui post desperatam hostium emendationem trucidare, quam ad rebellandi consuetudinem servare hostes bene maluit. Contra jus belli, quod in hostes licentiam sæviendi permisit videtur humanitas apud victores beneficium dedit. Quò uti in gratiam quoque victorum nescientes aut nolentes, eo merito privantur *l. 38. in fin. ff. de Minorib.*

48. Cum laudibus non minus quam præmio militum animi gaudeant, *Livius lib. 2.* Id Romano more invecum, ut post res fortiter gestas pro concione militum virtutem Imperator laudaret. Ex hoc laudatus pro concione victoribus *Cæsar*, in contemptum hostium congeriem armorum struxit, superbo cum titulo. Hoc trophæum erat. Bonæ consilio an strui id soleat? dispectum supra in *ibef. 38. hujus lib. 2.* & negativæ calculus additus.

49. Germanicus utut victor, victoriæ tamen laudem Tiberio tribuit, *de se nihil addidit.* Insigni politico consilio, quo incumbit ministris fortiter & prudenter à se gesta virtuti & fortunæ principis ascribere. *Scip. Amirat. dissert. Polit. lib. 3. disc. 3.* Hoc Agrippæ causa benevolentis apud Augustum *Dio lib. 54.* Ideoq; scite virum in aulâ salutarum futurum duorum admoneba: Unius ut diffcultatem rerum ipse amoliretur: alterius ut gloriam impostæ summæ manus illis relinqueret. *Dio lib. 49.* Ita Agricola nunquam in suam famam gestis exultavit, ad autorem & ducem, ut minister fortunam referebat. *Tacit. in vit. Agricol.* Apud Germanos Principem defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ ejus assignare præci-

precipuum sacramentum erat. *Tac. in vit. German.* Ex duplici cau-
sa id probavit Germanicus (1) *metu invidia*. Quia ea est principum
conditio, ut casus tantum aduersos hominibus tribuant, secundos
fortunae suae, *Emil. Prob. in Dasam.* suae depreum gloriae existiment
quod cessit alienae. *Curt. lib. 6.* ita laudis cupidi ut omnia praelara
facinora sua esse velint, & magis indignentur duceibus & praefectis,
qui laudabiliter & prospere aliquid gesserint, quam qui in feliciter &
ignave, uti de *Philippo Macedone dixit Demosthen. in orat. ad Epist.*
Philipp. nimis commemorandis quae quisque meruit offensionem in-
citae, uti *Silio, Tac. lib. 4. Annal.* Antonio, *Tac. lib. 4. Hist.* *Clyto*
Placarb. in vit. Alexandri aliisque evenit. Felicius Agricola virtute
in obsequendo, verecundiam in praedicando, extra invidiam, nec
extra gloriam fuit. *Tac. in vit. Agric. (2) ratus conscientiam facti sa-*
tis esse. Sufficiens bono politico virtutis testimonium, quia tutum
& duplitis laudis materia.

10. *Angruarij supplices, nihil abnuendo veniam omnium ac-*
cepere. Ita victores secundae res in miserationem ex ira vertunt.
Decorum illis. Hoc *Caesar Octavius, referente Appian. de bell. civil.)*
ad Antonium se dedentem ipsius arbitrio. *Si ad sadera paciscenda*
permisisset, sensisset me & victorem & injuriam affectum: nunc cum te &
amicum & exercitum arbitrio nostro permittis, demis meis iram, demis
& eam paritatem, quam in sadera coactus esses recipere. Nam cum
eo, quod indignum est pati, simul jam & alterum spectandum est,
quid me facere par sit, atq; hoc praferam. Romani antequam mu-
rum aries percuteret, veniam semper dare soliti. Id & nostrati Jure
belli obtinet apud aequos bellatores, antequam in urbem explodan-
tur machinae bellicae, culpam remittere. Utile etiam infirmiori con-
silio deditione iram potentioris praevinire & humanitatem pro-
vocare. Cur non quavis tuta conditione pacem accipere malit, quam
virtus cum valentiori concertare? *Cic. lib. 5. Epist. 21.* Sed in eare
cautio, ne nisi cognita se permittat fidei.

11. Magna clades, si ex ea ad fortunam magnam emergere li-
cet, quantum initio ad spem hosti profuit, tantum postea ad formi-
dinem nocet. Post naufragij pericula *Romani perdit a classe, amissis*
armis, post confusata equorum virorumque corporibus litore eadem

infertur, daturus regimen
sandum. Si ab hostibus nolci vo-
probendam sentemus. In quo
no consilio se periculis manife-
stavit. *Onofand Strabag. cap. 33.*

erent ad id, in nihil opus capti-
vitate fore. Solent Imperatores
servitutem § 3. *Jul. de Jur. Per-*
humanus. Hug. Grot. de Jur.
munitati advenit. Germa-
norum emendationem truci-
tatem servare hostes bene malu-
centiam servandi permittit vi-
tiam dedit. Quod uti in gratiam
centes, eo merito privantur § 8.

quis quam praemio multum animi
no more invecum, ut post res for-
tunam Imperator laudaret. Ex
Caesar, in contemptum hostium
victoriam tulit. Hoc trophaeum
deceat? *dispectum supra in lib. 38.*
bellum.

ar, victoriam tamen laudem Tibe-
rii politico consilio, quo incum-
bita gloria virtuti & fortunae prin-
cipis. *Front. lib. 3. disc. 3.* Hoc Agrip-
pae. *Dio lib. 54.* Ideoq; sentit vi-
tiam adhaerere. Ut ut diffi-
citer utur gloriae impolitae sum-
bit. Ita Agricola nunquam in
victorem & ducem Germanos Princi-
pae. Apud Germanos Princi-
pae. In gloria sua gloriae ejus assignare
prae-

virtute, paristudicia: & veluti aucti numero irrupissent, invictos & nullis casibus superabiles Germani predicabant. Hinc labare petendaq; pacis consilia sumere. Sic hosti ad pacem amplectendam ingens incitamentum ex clade fortiter tolerata, feliciter superata, dum desperat vinci posse, qui strage nullâ frangitur.

52. *Addidit munificentiam Caesar, quantum quis damni professus erat, exsolvendo.* Prudenter hoc noxam naufragij solatus, se gratum militi, militem præliis & periculis alacrem effecit. Sed an Dux belli ad damni restitutionem militi obligatus? Negat Noster munificentiam appellando, quæ nullo jure cogente exercetur *l. 1. pr. l. 29 ff. de Donat.* Probat *l. 26. §. 6. ff. Mandat.*

53. *Fortuna per omnia humana, maximè in res bellicas potestis Liv. lib. 9. Histor. Satis ibi eventuum, satis casuum.* Etiam nullâ Ducis culpâ gravia tamen & sæva damna. Judicium ergo, quod de gestis bellicis, ad imperantium innocentiam potius, quam accusationem devertere debet.

54. *Pluriseo consilio quam vi perfecisse, gloriatur Tiberius. Sallustius lib. de bell. Catilin. ait; diu magnum inter mortales certamen fuisse, vine corporis, an virtute animi, res militaris magis prederet. Sed periculo demum atq; negotiis compertum esse, in bello plurimum ingenium posse.* Ita & pleraq; in summa fortunâ auspicii & consiliis quam manibus geri. *Tac. lib. 12. Annal.* Unde cum Cicerone *lib. 1. offic.* concludimus: Expectendam magis decernendi rationem, quam decertandi fortitudinem.

55. Arcanum politicum reputatur, inter finitimos, ex quibus metus est, discordias ferere, natas accendere & fovere, quod isti intestino malo supprimantur, contumantur, ac opem pacemq; à vicinis implorare cogantur, qui in partem acciti adversus omnes valeant. *Tac. 6. Annal. Lipsi lib. 4. Polit. cap. 14.* Hoc suo Tiberius amplexus consilio, putans, posse & Cheruscos caterasq; rebellium gentes, quando Romane ultioni consultum est, internis discordiis relinquere. Nec conatus illorum qui ex ordinata charitate & pro suâ quiete aliorum iras & odia miscere soventq; adeo improbi videntur, si quid sine his futurum consideramus.

56. *Tiberius precante Germanio annum efficiendis captis acris modè-*

modestiam aggreditur, alterum consulatum offerendo, cujus munia presens obiret. Id arcanum dominationis alibi ostendimus, specie honoris abstrahi & decipi, quorum potentia meruit. Quorum enim formidabile principibus studium & ingenium est, hos dum nec tuto suæ relinquere potentiae, nec Jure aut secure è medio tollere possunt, prudenter à nocendi vi & voluntate removent, dum honoribus gratè splendoris robore defraudant.

57. *Germanicus ut ut singula sed per invidiam parto jam decori abstrahi intelligeret, haud ultra tamen conatus est.* Cessit suæ gloriae ne resisteret principis voluntati. Notent aulici, Quanto quisq; in aula obsequio promptior, tanto honoribus & opibus extolletur. Tac. 1. *Annal.* Intellexit Principis consilium, sed non detexit. Solum insidiarum remedium, si non intelligantur. Tac. lib. 14. *Annal.* Praestat in istis quæ recta iste cupit, dissimulare intellectum. Vim motuat qui creditur intelligere. Tac. 6. lib. 2. Stultum est professione indignationis malle vim & iram irritare, quam officiis & obsequio avertere mala. Hoc eminentioris potestatis ministros decet, ferre injurias, dissimulare, inter beneficia numerare.

58. *Tum primum reperta sunt, qua per tot annos Remp. exedere.* Ita latens delationis calumniosa malum, sine remedio praesertim sub Tiberio libertatem publicam corruptit. Meritò Delatores genus hominum publico exitio repertum vocat. Noster lib. 3. *Annal.* Quorum pestis eo perniciosior, quod qui medelam afferre debent, eam studiosè impediunt.

59. *Juvenis improvidus & facilia inanibus Libo Drusus.* Anne hoc à poenà excusare potuit? Minime l. 9. §. 2. ff. de *Minorib. tot. tit. C. si advers. delict.* mitigat tamen Juventus poenam, Gomez. 3. *var. resolut. 1. num. 63.*

60. *Chaldaeorum promissa, Magorum sacra.* Anne omnia spernenda? Sic puto, ut ut bono fine ab his petantur consilia, ea tamen pietati & Juri adverta. Frid. *Baldwin. in casib. conscient. lib. 3. cap. 6. cas. 5. Godelman. de Mag. & Venef. lib. 1. c. 8. n. 37.* Consulentes poena digni, quæ arbitraria est judici, dum carcerem, multam, privationem officij, pro gravitate inferre valet. sicut *prajudicio firmat Carpov. in pract. crim. p. 1. q. 5. n. 64. seq.*

61. *Hortatur ad luxum*, qui prima Juventutis perniciēs, & *as alienum*, quod projectæ ad quævis turpia audaciæ incitamentum. Hic gradus ad sceleratam vitam. Qui manu, pene, ventre bona patria laceraverat, quique alienum æs grande conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret, quos flagitium, egestas confcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi familiaresque erant. teste *Salust. de Bell. Catilin.* Periculosus ille civitatis status, sub quo nec luxui modus, nec æri alieno. Is proximo gradu à turba & mutatione distat. Testis esto Roma, ut accurato judicio Salustius in *d.l.* de monstrat. Unde æris alieni magnam vim, rem damnosissimam *Livius lib. 6. Histor.* dicit.

62. *Firmius Catus socius libidinum & necessitatum, quo pluribus indicis illigaret.* Hoc arcantum alienis periculis invigilantium. In aula apud obtrectatores frequens, qui dum aliorum moribus se assimilant, intimos mentis recessus eliciunt, atque quod deferrant, ex amicitia carpunt. Ars turpis & detestanda, si innocentie insidiatur. Cæterum ubi noxiis detegendis paratur non reprehendam existimo. Prudens dolus est versari cum maleficis, ut maleficia, quæ nota esse publice expedit detegas. Quisq; igitur confcius libidinum particeps, si revelat scelus aliorum, impunis erit.

63. *Firmius Catus aditum ad Principem postulat. Sed Caesar ut indicium non assernatus,* (sicut nihil contemnere magistratus debet unde suspicio criminis, quin ad inquirendum procedat) *cogressus abnuvit.* Prudenter, Principis est enim præprimis cavere delatorum congressus, ne aut ipsi nimium familiares mentiendi voluptate adulatoriâ abutantur, aut ex frequenti conversatione à populo dignoscantur atq; caveantur. *vid. Forstner. ad Tac. h.l.* Tullius Tiberio visum Flacco, cui propior ob fidelitatem usus cum isto erat, *internuntio sermones commere.* Hoc & bono principi imitandum.

64. *Callidè iram condebat Tiberius.* Principe indignum rentur multi, quia honestius offendere quam odisse. *Tac. in vit. Agric. Lips. lib. 2. Polit. c. 17.* Ita vero eum insontes immerito eoque secreto premuntur odio. Ubi justa ira, non indignius occultatur, quam exercetur. Illud sæpe utilitas poscit, nonnunquam & decus. Iræ nimis manifestos ubi aut vindicta noxia aut non satis ma-

tura

ira Politici non injuriâ reprehendunt. Pugnant aut irriant, ut animus & vis est suspectorum. Professa perdunt odia vindictæ loquunt. *Senec. in Medea.* Cantet ergo simul iste, dum *interim Libonem* nondum convictum, de ad fugam aut molitiones suspectum adigeret, *praturâ ornat, convictibus adhibet, non verbis commotior, &c.* Ita iram dissimulare etiam adversus criminis reos præstat, quam immaturæ rancore erumpere, debitumq; supplicium impedire.

65. Culpâ non caret, qui scire & prohibere potest, non tamen prohibet. *l. 1. §. 18. ff. ad SC. Silan. l. 2. §. 1. ff. de Noxal. act. on.* Nempe iudicio alterius, sine sui fructu eoque legitimo patitur. Ceterum quod *Tiberius cuncta de illa facta, Libonem cum prohibere posset, sine malebat*, quia nosse actiones sistis & jam suspectum ultra convolare utile erat, ut scelestæ molitiones prodirent pœnamque luerent, excusandum putamus. Convivere enim suspectis conatibus ut negotiorum recessus patefiant, extra crimen ducimus.

66. *Ingenium Trionis a vidua mala fama.* Tale plerumq; illorum, qui aurâ non consilio feruntur, quo in republ. nihil magis pestiferum, cum inde omne turbatum studium. Ubi enim inter tranquilla inclarekere negarum, quærent turbas, inter quas vitii memoriam creent. Talis *Manlius*, nimius animis, qui famæ magis malebat esse, quam bonæ. *Liv. 6. Hist.*

67. *Libo veste muricâ* (Ita viri illustres ac nobiles, licet semper nivei toga uterentur, si rei facti essent, per dies iudicij, ista posita ad excusandam commiserationem, sordidam sumebant. *Rofin. lib. 5. Antiq. Rom. c. 32.* Unde atratos seu sordidatos reos causam dixisse à Cicerone dicitur) *rum primoribus feminis circumire domos, orare, affines, vocem adversus pericula poscere.* Et licet cum reis cognati, affines, sordidum habitum assumere & illos ad iudicium comitari solebant, *Rofin. d. c. 32. & lib. 6. c. 20. cuncti tamen abnuere, cum diversa prænderent, eâdem formidine.* Idem *Pisoni* evenit ap. *Tac. 3. Annal.* Indignationem maiestatis memebant, de qua vindicandâ agebatur. Cum enim notabiles sine venia sint qui pro Maiestatis læsæ reis interveire eosque defendere tentaverint, *l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. Majest. c. felix de Pen. in 6. Gigas de Crim. l. 5. Majest. rubr. de plur. & var. question. q. 9. eaq; defensione criminis atrocis pœna crimini statuta incur-*

prima Juventutis perniciet, & ævis turpia audaciz incitamentum. Qui manu, pede, ventre, tum es grande confaverit, quos fugivum, egestas conscientiarum familiaris que erant, teste Sale civitatis status, sub quo nec proximo gradu à turba & misere accurato iudicio Salustius in magnam vim, rem damnosissimam

68. *Præcipuum necessarium, quo plerumque alienis periculis invigilantiæ oprensus, qui dum aliorum moribus eliciunt, atque quod defensionis & detestanda, si innocentiæ reprobis paratur non reprehendenda versari cum maleficis, ut male detegat. Quisq; igitur conscientis aliorum, impunitus erit.*

Præcipuum postulat. Sed Cæsar ut nihil contemneret, illustrat de qua querendum procedat, cõgressum præcipuum cavere delationem, familiares mentendi voluptate veni convertit ad populo dicitur. ad Tac. 6. l. Tullius Tiberio reus nisi cum iis erat, internum præcipuum mandandum.

Tiberius. Principe indignum esse quam odisse. Tac. in vit. A. 12. non indignus innocenti eoque peccat, non iniquam & detestanda nota aut non facis matura

incurri solet *Farinac. part. 4. prax. crim. q. 132. n. 23. seq.* non poterant sine summo suo periculo se reo associare. Id quod vi ordinatæ charitatis à seipsà ordientis amicos excusat. Id alteri præstare quis tenetur quod sibi non nocet, alteri prodest *l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. plur. arc.* Huc amici officia restringit Seneca scribens: *Dabo egentibus sed ut ipse non egeam: sic succurrum perituro, ut ipse non peream.*

68. Princeps offensus, ut in propria causâ, de crimine læsæ Majestatis justè cognoscit & judicat *vid. Farinac. d. l. 4. prax. crim. q. 118. n. 11.* Jure ergo Tiberius cognitioni præest. Nec minus decenter. Ab omni affectu, uti judicem decet, alienus, *immoto vultu reum excipit. Ita moderatur, ne lenire, neve asperare crimina videretur.* In hoc officium integri judicis, cui nihil turpius quàm advocati partes in causis suscipere. Eadem *JCrus l. 19. §. 1. ff. de Offic. admonet.*

69. Hoc ex delatorum malitia, ut modò innoxios opprimant, *vana, stolidâ ac firmius acciperes, miseranda ad accusationem conquirere.* Plena tanti sceleris sunt Nostri scripta. Periculosa sunt & illa apud Tyrannos quibus per justa & iniqua innocentie insidiari perinde est, sed extra crimen apud bonos principes. Quorum cum Theodosio Honorio, & Arcadio *in l. un. C. si quis Imp. maled. ea sententia est.* Quod ex levitate proferretur contemnendum; quod ex infania miseratione dignissimum. Ad dolo quævis etiam injusta & fatua causa excusat *l. 12. §. 3. ff. de Liberal. caus.*

70. *Nominibus Cesarum aut Senatorum, additas atroces vel occultas notas accusator arguebat.* An jure? Affirmamus. Notis omnim injuria infertur, si eæ in contumeliam aliorum scriptæ verisimiliter arguantur *l. 5. §. 20. ff. de Injur. R. X. in Augspurg; de Anno 1530. §. Und nachdem durch unordentliche & c. ib. Gemälb und dergleichen.* Tacitâ mente cum quis perstringitur, id non minus ut contumeliosum vindicare licet, quam si expresse fiat. *Harprecht. ad §. 1. Inst. de injur. num. 140. ubi vide plur. allegatos.*

71. *Agnoscentes servos per tormentum interrogari placuit.* Olim accusator, ubi primum quæsitur cum judicibus assedit, servos, si veritas ipsis cognita esse diceretur, ad quæstionem & tormenta postulabat. *Rosin. lib. 9. Antiq. Rom. c. 21. Qui in caput alterius l. 1. §. 13. §. 18. ff. de Quæstion. l. 15. C. eod. præterquam Domini, nisi certis casibus, l. 4. §. ff. l. 1. C. d. tit. torqueri poterant.*

DAS-

35.

DISCURSUS POLITICUS IV.

ex Lib. II. Annal. Tacit.

72.

Sæpe ea tempora & negocia incidunt, ut regi leges potius, *Respond.*
 quam regere opus sit. Ubi si quid falvis legibus fieri non po- *Iohanne*
 test, nec tamen tolli possint, ut fraus istis fiat, excusatum esse *von*
 potest. *ut in posterum prolixius declarabitur.* Cæterum si *Engel*
 necessitas inevitabilis non urget, sed damnum tertij intenditur, *gens.*
 non potest non itidem filium defraudandi leges inter Flagitia domi-
 nationis numerari. *Clapmar. lib. I. de arc. rer. imp. c. 13.* Improbè
 Tiberius cum veteri *SC. quæstio in caput Domini prohibebatur, man-*
cipari (seu vendi) singulari actori publico, (qui servus seu libertus pu-
blicus res rationesq; reipubl. administrabat Lips. ad h. verb.) in frau-
dem legis jubet: Scilicet, ut in Libanem ex servis saluo SC. quære-
retur. Indignior fraus contra Sejani filium admilla. *Tac. lib. V. An-*
nal. ab eodem sæpius tentata. Unde non immeritò *callidus & no-*
vi juris reperor vocatur. Sed non sine no:â Tyrannidis, cujus ar-
 canis accessitum, leges juri humano latas ad injuriam detorquere ac
 ex jure injustitiæ speciem affricare.

73. Vulgarum id Imperij simulacrum cuncta præsertim odi-
 osa ad Senatum rejiciendi admodum familiare Tiberio fuit. Neque
 tum parvum quiddam, *teste Sueton. in vita, Tiber. neq; tam magnum*
 publici privati que negocij fuit, de quò non ad Patres conscriptos re-
 ferretur. Sic ex gratis gratia Principi, ex adversis invidia Senatui,
 ex utrisque species libertatis. Hoc fucò usus adversus *extremas*
precis Libonis. Responsum est, ut Senatum rogaret. Ita aliorum do-
 sideria ad Senatui, cui tamen statuerendi integram deceret arbitrium,
 relegando eludere alià ipsi fuerunt, & in aulis frequens. *Ratocus*
saltem est usandum, si rogati iusta, non tamen neganti contra invi-
diam nua denegatio est. Alias istæ simulationes mentis fucatæ ut
 ingenuitati adversæ, ita simulant turpes.

74. *In æquissima voluptate Libo vocat percussorem, præbens se*
servo-

Dd

servorum dextræ, inserit gladium. Anne servi Dominum jubentem jure occidere potuerunt? Negamus. Mandatum necis suæ, non minus quam alienæ turpe est, cum nemo membrorum dominus l. 13. pr. ff. ad L. Aquil. *ἀντοχέεια* verò delictum sit. igitur non poterit excusare l. 6. §. 3. ff. mand. sicut nec alias illud à poena eximit in criminibus atrocioribus l. 2. §. 1. ff. de Noxal. act. l. 157. de R. I.

75. Urut Libo morte pœnam prævenisset, *accusatio tamen apud patres eadem perseveratione peracta est.* Et si morte rei crimen & pœna extingui soleant, l. 3. C. freus vel. accus. mors. id tamen cum in aliis delictis, *quæ recenset Gothofr. ad rubr. d. cit. cum etiam in crimine læsæ majestatis secus est, l. 20. ff. de Accus. ex quo memoria defuncti damnatur & bona delinquentis publicantur l. 6. l. 7. C. ad L. Jul. Maj.* ita ut contra mortuum criminis hujus accusatio inchoari possit. l. fin. pr. C. eod. Quomodo id fiat? vid. Gigant. de crim. l. 5. Maj. in rubr. *Qualis. in crim. l. 5. Maj. proc. q. 20. seq.*

76. Bona inter accusatores dividuntur. Ita ante Constitutionem Justiniani in Novell. 134. c. ult. condemnatione publicari & in fiscum redigi solebant l. 1. pr. 108. tit. ff. de Bon. damnat. Unde delatoribus præmia curæ sollicitæ Principes constituebant, ita ut quisq; suæ mortis merces esset. *Vell. Patere: lib. 2. Histor.* Ex Lege Papia initio certus modus, dum dimidia delatoribus applicata, sed Nera ad quartam revocavit, unde factum ut Quadruplatores isti dicerentur. *Alexand. ab Alex. lib. 4. gen. dier. c. 22.* Verum nec ea constanter soluta. Octavam nonnunquam datam legimus. *Cujac. in l. un. C. de in qui se deser.* Ita ut felicitum id Principis arbitrio dicamus, unde is modus ex delationis, apud omnes non eodem, amore. Qui cum apud Tiberium summus fuerit, *uti videre est ap. Sueton. in vit. Tib.* omnia, ut hic, sæpè divisit. *Dio lib. 37. Histor.* An hoc è re publicæ? Negamus, delatorum improbos mores considerantes. Præmia ex bonis damnatorum constituere, nihil aliud est, quàm ad corruptelas & infidias malitiam rapacem inescare. Id quod sub Sylla teste *Vellejo Paterculo d. libr. 2.* Roma tristiter experta est, Si alendi, publicis alantur salariis, non privato sanguine.

77. *Contra Messalinus, ne imago Libonis exequias posterorum comi-*

omittuntur, censuit. Nobilitas apud Romanos ex imaginibus, ut qui plures majorum imagines ponere potuerint, Nobiles: qui suas tantum, Novi dicerentur vid. Rosin. antiq. Roman lib. 1. c. 19. Istæ ex cera fieri solitas non totius corporis sed oris humeros usq; palam figuram cum subscriptis titulis exprimente in magis conspicuâ demans parte, veluti atrio, in ligneis armariis custodiebantur, diebus festis exornabantur, in funere nobilium tanquam nobilitatis testimonia præferebantur. vid. Rosin. d. l. Lips. libr. 1. Elector. c. 29. Si quis turpi & immani crimine damnatus esset, damnari etiam & frangi imago solebat, nec in exequiis amplius ferebatur, Uti Brutii & Cassij imagines etiam abolitæ. vid. Lips. d. l. in Comm. ad b. l. Idq; ex natura criminis læsæ majestatis, cujus rei memoria quoq; damnatur. l. pen. l. fin C. ad L. jul. Majest.

78. Inter alia queis memoria adversus rempublicam & Principem malefici damnatur, hoc non infrequens Romanis, ut nomen damnati infame nemini de familia usurpare liceret. Ita gentilitia nota M. Manlio mortuo adjuncta, ne quis eo nomine deinde voceretur. Liv. lib. 6. Histor. Eodem modo Gn. Lentulus, ne quis Scribonium cognomen Drusi adsumeret censuit. Idâ Romanis ad alias gentes posteritas transfudit. Apud Gallos Francisco Ravallac ob interfectum Henricum 4. post diram necem ea ignominia dicta, ne frater soror aut agnatus quispiam eo nomine imposterum uteretur. Histor. de Lewis 13. succill. 39.

79. *Votum in Republ. malum adulatio perpetua apud reges, Curt. lib. 8. semper magnæ fortunæ comes. Vell. Paterc. lib. 2. An toleranda? Putavit in Crispus Passienus dicens adulationi non claudendum ostium, sed aperendum ut amicæ; quæ si impulit grata est; gratior si effregit. Ita & illam affectare, turpe, sed repellere inutile; cum & ex ea homo perspiciat, qualis esse debeat. Erasim. lib. 8. Apophthegm. sed earatio apud homines quo vera nisi ex potentia miris audire non licet, ideoq; plerumq; latet, periculosa & nulla. Quocirca ea non arcenta nos malum Reipubl. cum nostro censensus & Diogeni stipulamur, qui nullam bestiam magis noxiam quam adularorem dixit. Diag. Laert. lib. 1. de vit. Philosoph.*

80. *Falsa de Mathematicis Italiam pellendis SCS. Imo & antea,*
D 2 & post

ne servi Dominum jubentem
Mandarum necis suæ, non mi-
no membrorum dominus l. 13.
delictum sit. igitur non poterit
nec alias illud a poena eximit in
Noxal. ad l. 1. 157. de R. l.
prævenisset, accusatio tamen
a. i. a. est. Et si morte rei crimen
reus vel. accus. morti. id tamen
bos. ad rubr. d. tit. cum etiam
20. ff. de Accus. ex quo memo-
rentis publicantur l. 6. l. 7. C.
crimini hujus accusatio incho-
o id fiat? vid. Gigant. de crim.
l. 1. maj. proc. q. 20. seq.
a. 0. dantur. Ita ante Confirmatio-
condemnatione publicari & in
tu. ff. de Bon. damnat. Unde de
incipes confirmabant, ut et quisq;
ere. lib. 2. Histor. Ex Lege Papal
delatoribus applicas, sed Nemo
ut Quadruplicatores isti dicerentur.
ter. c. 22. Verum nec ea confirmantes
eam legimus. Cujas. in l. no. C. de
Principis arbitrio dicimus, unde is
ex non eodem, amore. Qui cum
21. 2. d. l. 1. ff. de p. Surtin. in no. Tib.
2. 2. ff. de p. Histor. An hoc è re publicæ?
mores considerantes. Præmissis ex
publici alud est, quæ ad corruptio-
re elicit. Id quod sub Sylla teste
sunt experti est. Si alendi, pub.
m. 5. l. de boni exequi. et postorum
comi.

30. *Facta de Mathematicis Italiâ pellendis SCm.* Imo & cætes, & post sæpius repetita. Ita Anno urbis Romæ 614. Hispalus Prætor edicto Chaldaeos, levibus & ineptis ingenii fallaci siderum interpretatione quæstuosam caliginem injicientes intra decimum diem Italiâ abire jussit *Val. Max. lib. 1. c.* Simile edictum exilium inferens sub Augusto, *Dio lib. 56.* Tiberio, *Sueton. in vit. Tib. c. 32.* Nerone, *Xiphil. in Neron.* Vitellio, *Tacit. 2. Histor. ut Noster non immerito lib. 1. Histor. dicat, quod genus hominum in civitate & vetabitur semper & resinebitur.* Eos v. hoc nomine comprehendit, non qui syderum arcana scrutantur, quorum studium laudabile & jucundum est, sed quia astrologium ad judiciariæ curiositatis levitatem & divinandi temeritatem transferunt. *Petr. Gregor. Tholos. lib. 34. Synagm. c. 1. n. 6.* Sicuti & sub tit. C. de Malef. & Mathemat. usurpatur. Non modo v. id exilium, sed duriora merentur, ignem & gladium *l. 3. l. 5. C. d. tit.* qui non modò contemptores DEI contra divina judicia blasphemè peccant, sed præterea humani generis inimici sunt, *l. 7. C. d. tit.* & communis salutis hostes *l. fin. C. cod.* dum novarum rerum tentandarium causam hominibus præbent, *Dio lib. 52.* genus hominum potentibus infidum sperantibus fallax. *Tacit. lib. 1. Histor. de quo plura collegit Tholos. d. l. 34. c. 7. & 14. quome brevitate causa remitto.*

31. *E numero Mathematicorum L. Pituanus saxo dejectus est.* Hoc fuit olim præsertim sub nascente Româ, genus pænæ ordinarium de rupe ingentis magnitudinis, quæ in monte Tarpejo erat dejectus. *Rosin. lib. 9. Antiq. Rom. c. 31. Fab. lib. 1. Semestr. cap. 18.* dictum non modo affectatæ Tyrannidis reis, *ut Plutarcb. in Camill. putat,* sed in homicidas *Dionys. Halicarn. lib. 8.* hostes patriæ & proditores *Seneccæ lib. 1. de Ira cap. 16.* incestuosos *Tacit. 4. & 5. Annal. falsi testimonij convictos Gell. lib. 20. Noct. Att. c. 1.* imo quosvis fontes *Plutarcb. in Rom.* ad quos & magistratum & Principum crudelitate præter mortem Romanû extensam sup. Aliis velut Israelitis *2. Reg. 19. v. 33. 2. Paralip. 25. v. 12.* & Phrygiis *Plut. de ser. num. vinctis.* eandem præcipitationem usitatum historis testatur. Sed apud Romanos in desuetudinem hoc supplicium tandem abiit, nec potuit deinde quis edoceri *l. 27. §. u. ff. de Pen.*

82. *In Martium Consules cum classico canere iussissent* (Civium criminis capitalis reo die dicta in celeberrimis urbis locis & postremo ante januam damnati cani solitum. *Plin. arch. in Græc.*) *extra portam Esquilinam advertere.* Romæ enim extra portas supplicia sumpta, ne frequenti cæde & sanguine contaminarentur civium oculi aut libertas delibari videretur. Sub aspectu civitatis id ingratum & fœdum. Factum id *more prisico*, i. e. per carnificem; & enses seu laqueum uti *Lips. ad lib. 14. Annal.* hoc explicat, respectu habitoad relegationes infames.

83. *Mulum in luxum civitatis dista.* Res in republ. sæpè movenda & monenda, cum nullâ citius pereat & dissipetur. Necessariæ sunt sumptuarias leges, quas Romani habuerunt plures. *vid. Rosin. l. 1. ant. Rom. c. 13.* De quibus rectè for mandis alibi pluribus dicitur.

84. *Decretum ne vestiu serica viros sedares.* Hæc antea sub Augusto vetita, *Xiphil. in Trajan.* postea & ab aliis veluti Aureliano, *Vopisc. in Aurel. Tacito, Flav. in vit. Tacit. Theodosio, l. 4. C. de Vestit. Holofer.* Ratio, tum quod indignum visum auro fila pensari, sicut Aurelianus uxori ut unico pallio serico uti liceret roganti respondet: *Vopisc. in Aurel.* tum quia hac barbarica luxuria prodigi opes privatas & ad barbaros hostesq; transferri rei publ. adversum judicarent. Admodum salubre statutum, quò domestici panni vestibus injunguntur, foras emendi prohibentur. Ita exhauriendæ pecuniæ instrumentis obex positus. Huic constitutione providit *Ducas Imp. Orientis lib. 1. Jur. Orient. tit. de vestit.* sanciens: *ne quis subditorum utatur vestibus Assyriis, Babyloniciis, Italicis, variisq; artificiiis confectis, sericis, nisi cum omni familia in ordinem cogi ac notari ignominia vellet, utq; his contenti sint quas Romana scil. Constantiopolitana provincia & manus præbent.* Idem antiquâ Scotiæ lege injunctum, ne & proceres alio habitu quam ex patria lana uterentur. *Joh. Skina in v. de Legib. Scot. Carolus 9. Tholos. in Synag. l. 9. c. 19. n. 31. & Hincricus 4. Galliæ Rex Jean d. Serr. en Inventoir. d. Henry. 4. in Galliâ idem, licet frustra, tentarunt. Nec in Germania omissa, uti politiz ordinatio in Comitibus Augustanis Anno 1548. edita testatur.*

perinde Scia. Imo & antea,
urbis Romæ 614. Hispanus Præ-
cipuus ingenus fallaci siderum in-
ta nocentes intra decimum di-
c. Simile edictum exilium in-
no, *Sueton. in vit. Tib. c. 32. Ne-*
aut. 2. Hist. ut Noster non im-
benignum in civitate & rembi-
ne nomine comprehendit, non
ut. Studium laudabile & jucun-
cariz curiositatis levitatem &
Gregor. Tholos. lib. 34. Syn-
e. Malic. & Marhemat. usurpa-
tura merentur, ignem & gla-
contemptores DEI contra divi-
xerere à humani generis inimici
aut hostes l. fin. C. eod. cum no-
hominibus præbent, *Dio lib. 52.*
sperantibus fallax. *Tacit. lib. 1.*
d. l. 34. c. 7. & 14. quo me hircum-

in L. *Primum saxo de jebus est.*
ne Romæ, genus pænz ordinari-
que in monte Tarpeo erat deji-
lib. 1. Semeff. cap. 18. dicitur non
Flut. arch. in Camill. pænz, sed
s. hostes patriæ & productores Se-
Tacit. 4. & 5. Annal. falsi testi-
at. c. 12. uno quovis foeres Ab-
reum & Principum crudelitate
Aut. Aliis veli: *Israëliticis. Reg.*
re testatur. Sed apud Romanos
eodem abis, nec potuit deinde
21. 22

Sed utinam aliquando severius repetatur, ne luxu suo alios ulterius ditet, se ingenti publici privativè commodi dispendio depauperet.

85. *Erat adhuc frequens Senatoribus, si quid è republ. crederent, loco sententia promere.* Id libertatis pristinæ simulacrum relictum, cum alias sub principe Senator, nisi rogatus sine suspitione consilium non ferre posse videatur. An v. semper expectare tenetur consiliarius, donec requiratur, Annon & irrequisitus consilium offeret? Non aliter nisi si periculum & detrimentum ex silentio suo proficisci videat. *vid. Lisebenth. coll. Polit. exerc. II. q. 4.*

86. *Fronto postulavit modum argento, suppellestili, familiae.* His n. luxus civitatis perniciosè, ad multorum virtute non opibus præstantium invidiam exundabat. *Contra Gallus Asinius disseruit.* Rationibus specie magis quàm pondere valentibus. Ut n. in cæteris privatis possessionibus modum statuere utile, & Romæ utilitatum, ita in iis ubi excessus ad luxum proclivior certam figere metam conducebat. Obtinerent dicta Galli, si homines opibus suis non abuterentur frequentius, quam ut dextro usu tenerent.

87. *Aditu Imperij adolevisse etiam privatas opes non novum, sed è vetustissimis moribus.* Opulentæ civitatis opulenti cives. Et benè constitutæ reipubl. certa nota florentissimorum civium copia. Ita n. publica & privata bona conjuncta sunt, ut se mutuo ut plurimum possant, juvent, tollant. Si separanda, quid præstat? florere reipubl. an privatos? Prius Pericles ap. *Thucyd. lib. 2.* censet inquit: *Ego existimo civitatem, cujus universus status manet erectus; majorem utilitatem privatis hominibus afferre, quam si singulorum civium felicitate privatim floreat, ipsa verò universa jaceat afflictæ.* *Qui n. privatim rem feliciter gerit, si patria evertatur, ipse quoque nihilominus unà cum ea perit. Qui v. in republ. florente rem infeliciter gerit, is longè facilius conservatur.* Ita & Ille apud Liv. lib. 26. *Respubl. incolumis privatas res faciliè salvas præstat, publica prodendo tua nequicquam servas.* Inde defenduntur & explicantur illa Politicorum axiomata: ob illam horum res jure auferri: Rationem status

status singulorum querelas abolere: Privatas injurias pro republ.
fieri publica jura &c.

88. *Alia apud Fabricios, alia apud Scipiones pecunia, & causa ad republ. referuntur.* Hæc suprema omnium domina & matris, cui se & omnia sua debent qui sub illâ latent. Igitur & quæruntur, possidentur, accepto feruntur. Hinc Theodoricus; *Magis nostris sunt patrimonium, quæ à subiectis legitimè possidentur.* *Cassiod.* lib. 5. var. c. 24. & *Fridericus Imp. ap. Gunther. Ligurim. lib. 3.* *Quicquid habet locuples, quicquid custodit avarus, quicquid in oculis abscondit terra cavernis: Iure quidem nostrum, populo concedimus usum.* Hujus prærogativæ pessimus abusus est, dum eam multi vel non intelligunt aut ad sinistra detorquent. Illi nempe qui se ita summos & absolutos Dominos singulorum patrimoniorum fingunt, ut moderatores & arbitri pro libitu esse possint. Sub quibus miserissima subditorum vita. Cum Seneca rectè id explicamus, quod Princeps cuncta possideat, imperio, singuli dominio. Hoc ita apud istos manet, ut nec injuriæ miserari possit *vid. Pruckm. in S. soluta potestas cap. 4. ff. 5. prout.* Imperij tamen Jurisdictio ea regit, si necessaria causa flagitet, pro suis commodis delibet. Semper decus & robur inde capit. Ex hoc videmus *ad republ. referri cuncta.* Quod & rectè Cicero explicat dicens. *Civitas autem sunt divitiæ, singulorum facultates & copia.*

89. *Neg. in familiâ & argento, quæ ad usum parantur, nimium aliquid aut modicum, nisi ex fortunâ possidentur.* Imo ex libidine & animo, adhuc ex æmulatione aliorum, qui in genere vitæ a quo bonis impares sibi desperationem, aliis egestatem, reipubl. ex ære alieno turbas sæpe causant. Quâ de re prudenter *Cato ap. Liv. lib. 34. Histor.* disserit. Fortunam ergo possidentium sumptuariis legibus coercere, prudens magistratus nunquam omittet.

90. *Distincti Senatorum & equitum census.* Senatorius census 800. millium sestertium ante Augustum, postea auctus: Equestris, quadringentorum millium *Rostm. lib. Antiq. Rom. c. 17. & Lib. 7. cap. 5.* In utroq; jdeo receptus, ne splendor augusti ordinis angustia re familiari labefactaretur. *Sigon de antiq. Jur. civ. Rom. lib. 2. cap. 2.* Igitur consumpto patrimonio ac imminuto censu, ordinem isti amittebant.

reatur, ne lrum suo alios ulterius
e commodi dispendio depau-

reatur, si quide republ. crede-

betatis pristinæ simulacrum re-

reatur, nisi rogatus sine suspicione

Ann. & irrequisitus consilium

lure & decorem ex silentio

Polit. exerc. II. q. 4.

in argento, suppellectili, familia.

multorum virtute non opibus

Contra Gallum Africanus disserit.

valere valentibus. Ut n. in ce-

re facere utile, & Romæ usi-

lurum prolixior certam figure

de Gallia, si homines opibus

quam ut deo usu tenerent.

privatæ operi non novum,

z civitates opulenti cives. Ex

rentissimorum civium copia

ta sunt, ut se mutuo in pla-

paranda, quod præstat? florere

ap. Thucyd. lib. 2. cunctis in-

unt. ex suis famæ manet crederet,

quo ætere, quem si singulorum

per univ. saæcei afflicta.

partia recitavit, ipse quod

opubl. caritate rem infeli-

ta & ille apud Liv. lib. 26.

præstat, publica proden-

desideratur & explicatur illa

nticate jure negligi pri-

ntes jure miserari: Rationem

stus

amittebant. *Rosin. d. l.* Non improbamus istam magistratum ex censu electionem, Atheniensibus etiam fuetam *Plutarch. in Aristid. & Solon.* sed utilem ducimus. Rationes alibi excutientur.

91. Iniquum clarissimo cuiq; plures curas, *majora pericula subeunda; de linimentis curarum ac periclorum carendam esse.* Par est, ut locis, ordinibus, dignationibus *disent.* Quorum merita qui perpendit, privilegia & immunitates laborum redhostimenta, non beneficia reputat. Hinc notabile: de privilegiorum interpretatione, extensione, corruptione quæ traduntur, ad bene-meritis indulta non spectant, uti hoc eleganter explicat *Tiraq. in l. si unquam. verb. Donazione n. 48. seqq. C. de revoc. Don.*

92. Duo sunt, quæ in re quævis *facilem assensum dant: 1. Sub nominibus honestis, confessio vitiorum,* quæ eo minus fugiuntur quo honestiori velamine in publicū, quod turpia reformidare censentur, prodeunt. 2. *Audientium similitudo* cum persuasi facile sequantur,

93. Ingrata Principi nimia pristinae libertatis memoria, temperantius mutatis rebus usurpanda, quæ tutius gemitu recolitur, quam ut anhelitu repetatur. Eam in Senatoribus castigat Tiberius, ut dicerent cautius sub capite agere, *adjiciens non id tempus censura: nec si quid in moribus labaret, de futuro corrigendi autorem.*

94. Pessima civitatis mala, *ambitus fori, corrupta iudicia; savoria oratorum,* qui causas publicè deferebant & agebant. Ob quæ *cedere urbe & victurum in aliquò abdito & longinquo rure Piso testabatur.* Nec dubitamus bonum civem eas ob causas jure linquere patrios lares, & bene innocentiae consulere. Inter forensia n. ista atrocinia vivere quam periculosum sit Tyrannorum acta testantur.

95. *Liberi doloris documentum in jus vocare, quem supra leges amicitia Principis extulit,* sed infelicis. Potentiori pares esse non possumus *l. 3. pr. ff. de alien. jud. mut. caus.* Sunt leges telis araneorum similes, quæ detinent muscas, sed perumpuntur à validioribus animalibus, uti Anacharsis dixisse fertur *Val. Max. lib. 7. c. 2.* Apud istos pecuniam in loco negligere optimum est lacrum. Nisi quis constantiae Pisonis fortè sufficiat, quæ pudorem adversarij, si non potentiam vincat.

DIS-

33.
DISCURSUS POLITICUS V.

Ex Lib. II. Annal. Tacit.

96.
Urgulanium supra leges amicitia Augustae extulerat, sed *Respond.*
namque a civitati potestas erat, dum illa obtemperare *Iohanne*
magistratibus legibusque dignaretur. Perniciosus aut *Sluero,*
suis multorum Principum, privatos supra leges evehenti- *Hambur.*
um, legibusque ex gratia solventium. Qui ut ipso jus maiestatis of- *genf.*
fendit, ita jurisditionis cancellos perfrangit. Ancops est iste civi-
tatis status, sub quo civis dici non potest. Ideoque mirum valde
Tiberium Principem severis tantum gratiae Urgulaniae permisisse.
Uit. Scip. Amirat. lib. 2. disc. polit. 7.

97. Tiberius scite docet, quomodo eorum tribunali inferi-
oris magistratus Princeps laesis civiliter assistat. (1) *Processe pala-*
rio, procul se qui iussis militibus. Ne scilicet stipatus terrorem ius-
tissimi iudicis ad se terre videretur. Idem ad ius integritatem spe-
ctat ut ille coram iudice agens, privatum se gerat *Annib. Scor. in-*
comm. ad b. l. (2) *Speclabatur occurrante populo compositor ore,* ut
nec in favorem antedum vulnus propenderet. (3) Procul dubio
ejus consilio *Augusta deferri pronuntiam qua volebatur iussis.* Ut
preveniretur condemnatio, quae praefici iustitiae in aculam
non potuisset non inferre. Ut haec imitanda, Patronum tamen
causarum nisi ex urgenti causa agere Principi nec tutum nec deco-
rum iudicamus, cum ejus autoritas & contempere integritatem ju-
dicis, & movere suspicionem iniquitatis valeat. *Hippol. a Colib. in-*
Princip.

98. Urgulania testis in eadem quadam, quae apud Senatum
tractabatur, ventre dedignatur. Annon jurè? Ita forsitan videbi-
tur, quia mulieribus, dum propter pudorem sic verecundiam a cuncti
publico demonstrari non possunt *l. 21. C. de Procurat. l. 2. §. 1. C. de*
bi qui ven. et at. necessitas veniendi in iudicium tenentur, & à ju-
dice ad domum ejus mittendus, qui juramentum ibi exigat. *Nov. 124*
c. 1. vers. si mulier c. mulieres 6. x. de Senex comm. Sicbard. ad l. 12. §.
E 6
fin.

fn. C. de reb. cred. Sed hoc saltem ex recentiori jure; secus ex veteri more, quo ut Noster ait, etiam *Virgines Vestales in foro & iudicio audiri quoties testimonium dicerent, fas erat. vid. Tiraq. L. Con- nub. 10. n. 33.*

99. *Ut absente Principe Senatus Equites possint sua munia sustine re, decorum reipubl. fore.* Ex ratione quidem pristinae reipubl. & nimis Aristocraticè. Sed non pro conditione, quam translato Principem imperio acceperat. De praesente quidem, verum credebant, ipsi fasces & secures submitti debere; sicuti dici solet: quod Imperatore praesente inferiorum Jurisdictio quiescat. *Zobell. diff. Jur. Civ. & Sax. 1. part. 1. n. 2.* Per absentiam ipsius non licuit majorem potestatem arripere, sed eam concedere integram Principi fuit.

100. *Ex Galli sententiâ nihil satis illustre aut ex dignitate Pop. Rom. nisi coram & sub oculis Caesaris.* Principis praesentia cum deliberantur aut expediuntur ardua, multum auctoritatis & ponderis obtinet, quae sola multorum prudentiam & diligentiam longè superat. Hoc v. ad consultationes & rerum difficultum executiones restringimus: promiscuam Principum praesentiam, qua nihil facilis abrogat auctoritatem, damnantes. Praesertim eam intutam judicamus in judiciis, *vid. Bodin. lib. 4. de Republ. c. 6. & bellis, nisi iis ubi status Imperij stat in acie. vid. Lips. lib. 5. Polit. c. 14.*

101. *Magnis utrinque contentionibus acta, audit Tiberius, sed files.* Nempe & hoc simulacrum libertatis Senatui Tiberius praebat, quod ex altercandi licentiâ inter consultationes Romae non insolitâ veteris Reipubl. imaginem relinquebat. Ita inter arcana conversae libertatis hoc recentium. *vid. Clapmar. lib. 6. de Arcan. rerump. c. 8.* Innoxie enim Princeps aliis inquit loquendi libertatem, dum ipse retineat statuendi potestatem. Eodem usus Tiberius *lib. 1. Annal. de quo ib. in thes. 290. vidimus.* Alias v., Princeps Senatum ad litigia pervenire nunquam permittet, marurè autoritate suâ compescet. Stimulat privati odij pertinacia in publicum exitium *Tac. 1. Hiflor.*

102. Variis modis arcana imperij tentabat Gallus. Sub novo enim imperio, (ubi prima cura Principis omnia ad se trahere, exemplo Augusti *Tac. lib. 1. Annal.*) ex arcanis regis contra Patricios non

non postrema sunt: (1) ne magistratus sint diuturni, quo ipsorum potestas non valeat; (2) ut penes se solum arbitrium conferendi munia reipubl. existat; *Clapmar. lib. 1. de arcan. rerumpub. c. 14.* (3) & paucos nominet creandos, ne alios impofterum eo beneficio devinciendi occasionem sibi præcludat. In hæc ita vitæ Gallus, dum (1) *Magistratum comitia* alias annua in quinquennium habenda, (2) *Legionum Legatos prætores* necessario destinandos legendi arbitrio Principi per hoc dempto, (3) *duodecim candidatos nominandos in annos singulos* diceret. *vid. Clapmar. lib. 2. d. tr. c. 18.*

103. Imprudenter, quis arcana imperij tentat. *Alius emolatio penetrat, cum nemini nota Princeps velit. Abditos Principis sensus & si quid occultius parat, exquirere illicitum, anceps; nec ided affequare, uti alibi Noster ait lib. 6. Annal.* Non possunt suo genio suspicacem potentiorum mentem perstringere & morsu acriori laceffere, ac qui scire cupiunt, nedum emendare, quæ præter se neminem intelligere volunt, nosci ab aliis, sibi ambiguum prætant.

104. Insigni prudentiâ Tiberias, sententia Galli offensus, quasi augetur potestas ejus, differuit. Ita minuendæ potestati dicta ad augmentum traxit, se læsum scitè dissimulavit. Quod ipsum Politicum ducitur justam etiam offensam adversus consiliarios & ministros simulando tegere, ne discessum meditentur, aut timidæ adulationi assuecant. *Cassar. Ens. Schol. Polit. class. 2. sect. 7. axiom. 13.*

105. Diuturnis magistratibus breves & temporales Tiberius præfert. Plures movent rationes (1) perpetui spem aliis non indignis auferunt; inde in eligentem indignatio. *Vix enim per singulos annos offensiones vitari, quæ amvis repulsam propinqua spes soletur, quantum odij fore ab his qui ultra quinquennium projiciuntur? (2) Prospici non potest quæ cuiq; tam longo temporis spatio mens, domus, fortuna, ex quibus legebantur magistratus. Eorum mutatio aut indignum muneri linqueret, aut munere causariè misum notaret. Ex utroque reipubl. perniciis cui ambulatoriæ functiones mederi videntur. (3) Ex longo imperionimius fastus est. Superbiunt homines etiam annuâ designatione: quid si honorem diutius continent. Imperandi parentiæ; vicissitudo reprimingenia fastuosa. *Dionys. Halic.**

Halit. lib. 4. Simanca lib. 3. de Republ. c. 36. Hæc v. congrua Romanæ politicæ, in qua *leges sua spacia querendis potiundiq; honoribus statuerant*, à quibus discedere non licet: tum etiam novo imperio, sub quo proficua temporalia munera. *Annib. Scot. ad Tac. b. 1. ad verb. arcana imperij p. m. 139.* Sed si cum perpetuis aliis conferantur non dubitamus cum saniori Politicorum cohorte, in thesi ea præferre & ambulatoriis utiliora dicere, *juxta ea qua ad lib. 1. thes. 295. dicta sunt.*

106. *Favorabilis in speciem oratio est*, quæ leges prætexit, spem aut invidiam concitat. His moventur animi, imò coguntur. Non dubium igitur quod eâ *Tiberius vim imperij tenuit.* Dignus quem in cæptis publicis imitentur magistratus, ut ex legem obtutu aut spe illorum, quibus ista consulunt, vel invidiâ in istos contra quos aguntur, obsequium & assensus paretur.

107. Ex censu lectos & ordine motos Senatores supra dictum. Cum tamen egestatem probro esse iniquum sit, qui in publicâ cura rebus suis laborant, his publicè succurrere decorum. *Tiberius census quorundam Senatorum juvit.* Bono & ab aliis frequentatæ consilio. *vid. in resol. lib. 1. Annal. 16. 281.*

108. *M. Hortulus in lectus à Divo Augusto libertate decies fertur ducere uxorem, suscipere liberos, ne clarissima familia exstingueretur.* Cum tanto quis sit nobilior quo nobilioribus præest, *Nov. 15. in pr. & ex dignitate subd. torū dignitas imperantis constet, Mast. de Aff. in tit. Feud. Quis dic. dux. n. 8.* imò ex splendore incolentiū imperij vis & splendor valeat. *Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum c. 3. n. 228. seq.* non potest non interesse Principis, illustribus familiis conservandis operam navare; *Schönb. lib. 1. Polit. c. 10. Scip. Amirat. disc. Polit. lib. 2. disc. 8.* præsertim quia & exortus novorum hominum extinctis aut abjectis antiquis gentibus non sine turbis & novitate est. Cum autem familiæ sine bonis sordescant *l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj. l. 6. G. de Susp. Tut. & magnum pauperies opprobrium Hor. lib. 2. Carm. Od. 24.* nobilitatem mancam & ludicram efficiat *Tirraquell. de Nob. c. 25. n. 9.* inopiz illustrium succurrere boni Principis est. *vid. Scip. Amirat. d. 1.* Cujus officium alias in hac re subiit *Tiberius in fr. b. lib. 2. & Nero durante quinquennio, Tac. lib. 13. Annal.*
Aliud

87.
Aliud Tyrannorum consilium, qui tantum potentia suæ adfectum
putant, quantum nobilitatis splendori detrahatur. Igitur nihil ipsi
antiquius quam nobiles viros opprimere & delere ex consilio Tar-
quinij summa papaverum capita demetientis. ap. Liv. lib. 1. quo utun-
tur Turcæ. Auger. Bubeq. Epist. Turc. 1.

109. Tria quærendæ in republ. potentia aptissima, pecunia,
studia populi, eloquentia, quibus summum autoritatis gradum avus
Q. Hortensius in maximo & ingenuorum civium & amplissimo-
rum cætu sustinuit. Sueton. in lib. de Clar. Orat. Hæc M. Hortalus
varietate temporum se accipere & parare non potuisse conqueritur.
Nempe sub tot turbis, proscriptionibus, factionibus & tumultibus,
quibus Roma jactata fuerat. Ambiguo enim reipubl. statu ne-
dum turbato bonis artibus bono civi uti non licet.

110. Minimè pudet sapientem cuncta bona in animi cultu
ponentem, honestam paupertatem profiteri. Ann. Marell. in lib.
24. Sed scire paupertate, uti, juxta Senecam, maxima felicitas est.
Hortalus ostendit, qui satia habebat, si res tenues nec ipsi pudori, nec
cuiquam oneri forent. Id quod apud egenos rarissimum, qui alias
malunt maleficio, quam officio parare divitias. Cic. ad Herenn.

111. Rogat M. Hortalus Q. Hortensij pronepos ab inopia
desendi. Impetrari æquum tum quia (1) ille non sponte sustulit,
sed quia Princeps reipubl. causâ, ne clara familia exstingeretur, mo-
nebas, (2) Majores ipsius meruerant, ut posteros haberent, (3) proge-
nies tot consulum tot dictatorum, meritis in republ. clarissimorum.
Salutari ad remunerandam juxta & excitandam magnam virtutem
consilio, ex publico magnorum virorum liberis necessaria suppedi-
tantur. Id Pericles de Atheniensium deprædicat republ. Thucyd.
lib. 2. apud quem ita loquens introducit: Desunctorum liberos, ci-
vitas hinc ad pubertatem usque publicè alet; utilem profectò & istis &
sutura proponens lauream salium certaminum. In regno Castiliæ
liberis in bello mortuorum beneficia, quæ parentes meruissent, re-
laria velut hæreditario jure relinquuntur, filia nobiles ex sisco ho-
norificè dotantur, ut cupiditas inserviendi reipubl. exacuatur. vid.
Camarar. lib. 2. Op. Subjctiv. c. 57.

112. Principum ferè naturalis geniùs est cuncta ad se solos referre, & iusta negare potius quam dati gratiam alteri communicare. Sic inclinatio Senatus incitamentum Tiberio fuit quo promptius adversaretur. Id quod preces ad superiorem mittentibus observandum, ne alieno niti favore appareant, nec præter clementiam rogati, quidquam confidere intelligantur.

113. Uti egentium necessitates, publicis sumptibus sublevare non humanum modò sed & reipubl. necessarium, eaq; de caula in benè constitutis civitatibus Prochotrophia institui solent: *Tholos. Synagm. jur. lib. 15. c. 28. n. 7.* Ita omnibus mendicantibus sine discrimine succurrere, publicè prodigum est. *Si quantum pauperum venire huc,* inquit Tiberius, *& liberis suis petere pecunias caperint, singuli nunquam exsatiabuntur, Respubl. deficiet.* Distinctione scitâ hoc explicat Justinianus in *Novell. 80. c. 5.* ubi lætos corpore aut ætate graves pie agentibus ad sublevamina ascribendos ait, aut publice sustentandos: sicut Athenienses omnibus invalidis, qui tales à Senatu quingentorum probati sunt, ex ærario binos obulos dietim dabant. *v. Tholosan. d. l.* sed corporibus validos & labori aptos operibus addicendos iudicat, in quibus simul laborare & ali queant. Id quod à multis probatum, quos recenset *Boter. de Politia lib. 4. c. 7. Camer. ar. cent. 1. Op. Subcis. c. 16. & cent. 2. c. 74.* Eo non observato eveniet quod Tiberius auguratur. *Languescet industria, intendetur socordia, si nullus ex se metus aut spes; & securi omnes aliena subsidia expectabunt, sibi ignavi, reipubl. graves.*

114. Quod in commune conducit loco sententia proferre licet, haud verò privata negotia & res familiares ibidem tractare. Par est omnes privatos affectus à consultationibus arcere & personam curamq; omnem reipubl. subicere. *vid. Camer. cent. 1. bor. subcis. c. 33. per tot.* Non immerito suspectus est, & à calculis repellendus, qui in consultando sibi vigilare conspicitur, etsi sub obtutu reipubl.

115. Sicut imprudentis & Principum mores nescientis est, non precibus, sed efflagitatione intempestiva & improvisa consurgere, alienis urgere modestiam, vim in ipsos transmittere & velut perfringere anarium, quo ipso superiorum indignationem metum ac odium accendunt, licet impetrent; Ita justè agentis est noxias istas largitiones

tiones negare aut factas revocare. *l. 3. C. de Precib. Imp. offer. l. fin. C. si contr. jus vel utilit.* Quod non superiori saltem Principi donanti, sed cuivis magistratui integrum sit, idq; ex reipubl. utilitate. *vid. Bodin. lib. 1. de Rep. c. 2.*

16. Magistratus plerumque acrioribus oculis intuetur reditus, connivet ad erogationes & sumptus. *Dion. lib. 25.* Cum tamen è præcipuis curandum, ne reditus excedant impendia. *Ærarium sanctum esse debet, ut ex illo non nisi in necessarios usus illata depromantur. Quæ si largitionibus cedunt, ut illud facile exhauritur, ita novis modis, cum sine eo respubl. subsistere non possit, restaurabitur. Tunc verò verum Tiberij effatum: quod si ærarium ambitione exhauserimus, per scelera supplendum erit.*

17. *Sibi ignavi, reipubl. graves eveniunt. Mens inerti otio dedita haud sanè quicquam bonorum parit. Nov. 131. c. fin.* Sicut n. in terrâ incultâ vepres, in aquâ immotâ vermes; ita in otiosa anima mala consilia, dum nihil agendo homines malè agere discunt, nascuntur. *Hinc Plato lib. 8. de Republ. Otiosi facis aculeatis similes sunt, & in quacunq; fuerint civitate eam turbant, quemadmodum pituita & bilis corpus: quos oportet bonum medicum & legum fundatorem, non minus quam solertem agricultorem eminus præcavere; primum quidem ne oriantur in civitate, quod si oriantur, ut cum ipse scivis protinus excidantur. Sed quomodo ignavum pecus ejicietur? Solon otiosos omnium accusationi tanquam publici criminis reos obnoxios, accusatos infames esse bonisq; privari voluit *Gothofr. ad Nov. 80. c. 5.* Draco pœnam mortis in illos statuit. Amasis Ægypti rex legem cavir ut singuli quotannis apud Naumarchem, seu cujusq; provincie præsidem unde viverent quibusq; laboribus incumberent, indicarent. In contumaces aut nullum vitæ genus approbare valenthenis imitati, qui mores vitamque hominum inquirebant & nullam artem callentes puniebant. *Athens. lib. 4.* Apud Romanos otiosos notandi cura penes Censores erat, qui istos non Censoriæ salutem notæ rubere castigabant, sed ærarios etiam faciebant. *Gell. lib. 4. cap. 13.* Utile judicamus institutum otio indulgentes diligenter inquiri, ad opera publica vel etiam privata cogi, ita ut inertia illorum*

illorum reipubl. eveniat proficua. *Tholof. lib. 23. de Republ. c. 7. n. 4.* Sicubi in nonnullis Germaniæ civitatibus moris ad ergastula & pristina detrudere.

118. Nullius rei inopiâ magis laborant magna fastigia; nihil omnia possidentibus tam deest, quàm ille qui verum dicat. *Senec. lib. 6. de Benefic. c. 30.* Ita enim aulicis volupe Placentiam Laudumve potius quàm Veronam meare. *Omnia Principum honesta atq; inhonesta laudare mos est.* Hi Sirenum cantus ubiq; in aulis, quanto periculo scitè enucleat *Seneca d. c. 30.* Prudentem judicat Cominæus, qui evadere potest ac vera à simulatis discernere. Imo ut nunc sunt ævi mores, felicem prædicamus.

119. Orationem Tiberij *plures per silentium aut occultum murmur excepere.* Contra officia Senatorum, in quibus loquendi libertas honesta, non modò sed & necessariâ. *Lipf. 3. Polit. 5. Schönborn. lib. 3. Polit. c. 24.* Misera res curia elinguis, *Plin. in Panegy. Solon rectè: Consule non qua suavissima, sed qua optima sunt. Læert. in Zenon.* Si tamen quod dicere velis periculosum, quod nolles miserum, uti plerumque sub Tyranno, silentio prætermittere causam melius, quàm aut impiè agere, vel indignationem excitare.

120. Utut vulgo tacens consentire videtur, inter consultationes tamen coram potentiore taciturnitas non addit, sed demit calculum. Id quod manifestâ contradictione gratius, & ad flectendum apud prudentem aptius. *Ita sensit Tiberius & respondit si Patribus ita videretur daturum &c.* Quasi non dixisset sententiam, dicta paulatim retractavit. Imitando consilio, quo ab aliis improbata specie assensus sine retractatione sui sensus manifesta firmare licet.

121. *Horatius avitæ nobilitatis etiam inter angustias fortuna retinens.* Hoc magni animi; cujus prudentes, cum quibus etiam agant, sub quavis fortuna tenaces esse cupiunt, ne miseriæ demissione contemptum adjiciant. *Ita Mitridates ap. Tac. lib. 12. Annal.*

46
DISCURSUS POLITICUS VI.

ex Lib. II. Annal. Tacit.

122.

UTi Clemens ob aetatem & formam non dissimilem se Agrippam simulat; ita eum dolum in plurimis Historia narrat, plerumque ludicro initio, periculoso & turbulento successu, quo Respub. mota & concussa est. *Respond. Vincen- tio à Blud. ex/ Nobil. Pomer.* Exempla in Pseudo-Drufo Tacit. 5. *Annal.* Pseudo-Nerone Tac. lib. 2. *Hist.* Pseudo-Philippo in Macedonia, Pseudo-Alexandro in Syria, Pseudo-Alfonso in Arragonia, Pseudo-Friderico in Germania, de quibus eleganter Lips. in *Exempl. & Monit. Polit. lib. 2. c. 5. ubi & alia exempla refert.* Pseudo-Balduino in Flandria *Paul. Emil. lib. 2. de Gest. Francor.* Pseudo-Mustafa in Turcia *vid. Thuan. lib. 24. in princ.* Pseudo-Sebastiano in Lusitania. *Thuan. lib. 126.* Adversus eorum conatus dolis & vi macura eundem, uti in recensitis exemplis factum ex historia discimus.

123. Nihil inquietius imperij cupidine, ex qua ausa licet semel impediatur, ad majora nunquam magis precipitia se convertunt homines, uti Clemens comprobatur. Unde ad scepra & falces aspirantium ausus nisi nece audentium non retundi creditum est, cum in crimen læsæ Majestatis contrahant. *l. 3. in fin. ff. ad L. Jul. Majest.*

124. Nota ex Nostro famæ ortum & progressum. Crebescit occultis primum sermonibus, ut veteres solent, dum nemo vulgare audeat, idque per idoneos & secreti socios, mox vago rumore apud imperitiosissimi cujusque, promptas aures, aut rursum turbidos eos, nova cupientes. Hoc triplex hominum genus rumorum avidum, capit eos & spargit facile. Credula quippe fama inter gaudentes & incuriosos *Tac. 1. Hist.* præsertim miseris, qui, *juxta Senec. in Tragad.* quod voluit facile credunt.

125. Non omnia majora ex incerto ostentat *Liv. lib. 9.* idcirco tenebris nullum tempus ad fraudes aptius, quæ illudentibus præcipitiam intervium. Suo scopo id applicare novit Clemens. *Adire*
Ef
muni

municipia obscuro diei, neq; propalam aspici neq; diutius in in dem lo-
cis. Ita & Noster in fin. buj. lib. 2. Juvit credulitatem nox & prom-
ptior inter tenebras affirmatio.

126. Veritas temporis filia Gell. lib. 12. c. 2. Hinc vena visu &
morâ, falsa verò festinatione & incertis valescunt. Nullum rumo-
ribus compescendis citius aptiusq; remedium, quam sinere ut in-
anis credulitas tempore ipso vaneſcat. Ita Domitius Celer inſrâ huj.
lib. 2. Relinquendum rumoribus tempus quo ſeneſcant. Tiberius
remediouſus, uti Noster b. eod. lib. ait: Non obſtitit falſis Tiberius
donec tempore ac ſpacio vaneſcerent. Caſtigare rumores nunquam
proſperum. Augent ſupprimentes famam. Tac. 1. Hiſt.

127. Nunquam poteſt animus viri magnanimi conſtans &
certus eſſe in incertis, cum & in optimo conſilio eventum metuat,
Tiberium ſub conatu ſervili anceps cura diſtrahere. Ambiguus pudor-
is ac metus reputabat, vine militum ſervum coerceret, an inanem cre-
dulitatem tempore ipſo vaneſcere ſinere. Hoc ſub novo imperio &
apud cupidos novorum intutum & anceps: Illud videbatur pro-
broſum, ſervum, hominem obſcurum quaſi juſtum hoſtem metnere,
adire, & metu æqualem reddere, cum æmulationis in inferiorē ſpe-
cies Majeſtati vilis ſemper exiſtimitur. Medium reperit ivitq; viam
Tiberius Quæ ſi non patuiſſet, prius conſultus putamus. Prius n. ſe-
curitati, deinde honori conſulimus, cū huc ſine iſta fruſtrâ vindicetur.

128. Duo actionum humanarum, præſertim quæ ad regimen
publicum ſpectant, canones Tiberius ambiguus reputabat. (1.) Nihil
ſpernendum, quia nihil leve quod ad rempubl. ſpectat, quodq; non
magnæ interdum rei momentum faciat. Liv. lib. 25. Parva ſæpe
ſcintilla contempta magnum excitavit incendiū. Curtius Clean-
thi cum objiceretur quod eſſet timidus, reſpondit: Ideo minimum
pecco, quia bona eſt timiditas, quæ facit hominem circumſpectum
& deterret à turpibus. Laert. de Vit. vet. Philoſ. lib. 7. c. 1. Unde a-
ſtagium. Matrem timidi flere non ſolere. Emil. Prob. in Pelop. (2)
Non omnia metuenda. Eatenus proſicit metus, quateenus non red-
dit incautum & attonitum. Tangat is animum non occupet aut a-
giter. Ubi prævalet, conſilium impedit, & utilia decernere non
permittit, Xenoph. lib. 1. Cyropad. Sed inter iſtos conſilii cancellos
metare

meare difficile. *Camilus ap. Liv. lib. 5. praxin monerat, dicens: & ut nihil timendi sic nihil contemnendi autorem esse.*

129. Dolo capere & è medio tollere Clementem Tiberius parat optimo consilio, quo securitati & auctoritati ejus prospectum est. Sic sentiunt Politici: Dolis citius quam armis tentatam necem novas turbas molientium. Hæc enim turbant & offendunt acrius rempubl. quam ut sisti deinde possint. *Arma civilia nec haberi nec parari, imò nec sedari possunt per bonas artes. Tac. lib. 1. Annal.*

130. Qui Clementem simulacra facti conscientia adveniunt, pecuniam offerunt, fidem & pericula pollicentur, speculati noctem incussumam, vincium clauso ore in palatium traxere: Ita specie amicitiae is deceptus & captus est. Esti v. sanctum illud nomen ad fraudum velamenta transferre indignum, rei publ. tamen causa justè per id falli puto, qui vi ab amicis lædi possent, quæ omnibus contra publicos latrones & securitatem communem turbantes concessa est. Ubi vis justa ibi dolus licitus. Amicitia v. usque ad aram & rempubl. debent. *Utraq; ab omni fide excepta & fidem auxiliumque contra inimicum poscit.*

131. Cum ut vilium cive audacia aliorum supprimitur, ita clarorum virorum potius ea accendatur & ipsa commiseratione exacerbetur, ea cautio prudentibus placuit, ut grati vulgo ac potentes, in carcere potius manerent & sepeliantur. Hæc consilio Tiberius panam *Clementis palam non ausus in secretis palatii parte interfici jussi corpusque clam auferri. A Druso Vibulenus & Percepinus interfici jussi & intra tabernaculum ducis obruti. Tac. Hist. In conclavi occisi Guisius & Cardinalis Borbonius in Gallia mandato Hinrici 4. Bironius. Jean de Serres eubani ducis imprudentia arguitur, quod Egmondanum & Hornanum comes in medio foro & conspectu populi capite multaret. Trojan. Boccacim. cent. 2. c. 44.*

132. *Quamquam multi è domo Principis equitesq; ac senatores Clementem sustinuisse epibus, juvisse consilium dicerentur, haud quassitum. Sublato turbati capite aut tumultu sedato prudentibus placet complices non investigandos esse. Lips. lib. 6. Polit. c. 5. Scip. Amint. disc.*

disc. Polit. lib. 2. dist. 9. ne vel calumniæ detur indulgentia vel rei perpetraticriminis quam cogitati esse malint aut publicis motibus suam redimere salutem tentent. Irritat ista inquisitio, multos ad turbas, alios ad commiserationem, non paucos ad publicam indignationem. Præstat cavere ab illis magis, quam quid in illos statuendum sit, consultare: securitati consulere antequam vindictæ, *Salust. de Bell. Catilin.* Eodem modo Theodosius occiso Valentiniano seditiosorum duce de conjuratis quæstionem agitari noluit, ne formidine sparsa per multos reviviscerent provinciarum compositi turbines. *Annian. Marcell. lib. 28.*

133. Summus honor Triumphi apud Romanos erat sub incunabilis urbis à Romulo & non à Tarquinio, *uti Flor. lib. 1. histar. Rom. c. 5. Entrop. lib. 1. scribunt*, ceptus, postea multis ornamentis auctus. *Dian. Habycarnas. lib. 2. Rosin. lib. 10. Ant. Rom. c. 29.* Inter hæc à Nostro referuntur *vestis spolia*: Præcedebant ingressuros triumpho urbem tubicines triumphalia canentes, post hos boves mandandi sacrificiis. Hinc sequebatur spoliolorum ostentatio, *inde captivi*, præsertim duces & illustres hostium, catenis onerati, eorumve, si forte occubissent aut aufugissent, pictæ imagines. *Tb. Dempst. in Paralipom. ad d. c. 29. Rosin.* Porro *simulacra montium, fluminum, prætorum*, nec non regionum & urbium captarum. Quomodo Scipion Asiaticus 137. urbium picturas in triumpho duxit *Liv. lib. 37. Eximia Ducis species augebat intuentium visus.* Ille ornatus coronæ triumphali, quæ olim ex lauru *Plin. lib. 15. c. fin.* sed subsecutis seculis ex auro, quæ coronarium dicitur à Provincialibus ad coronam collatum *tot. tit. de C. de Aur. Coron. Serv. Maur. ad lib. 8. Æneid. Virg. v. 721.* Hæc duplex; alia inaurata, capiti imposita; alia ex auro solido ob pondus nimis gravis per servum publicum aut carnificem, qui in ipsa pompa à tergo triumphantis sedens in curru illud, *respice post te, memento te hominem esse*, suggerebat, sustinebatur. Incessit curru eboreo, rotundo, inaurato, quatuor albis equis, aliquando leonibus & elephantis ducto, tintinnabulum & flagellum ad flagra & capitis damnatis addi solita, ad inuicendam facilis peccati memoriam appensum habente, *onusto simul ducis liberis* si quos haberet aut cognatis, *vid. de his & aliis prolixè Rosin. & Dempster. d. l.*

134. Mentis principum suspicaces juxta, & elata. Nulli in populo gratia ternere possunt, nisi se simul contemni putent sibi que metuant. Hinc favor popularis dominationis adfectat & apud istos argumentum. Istam cum amolari velint, inde in illum insidiae, ideoque breves & insausi populi amores. Neco Injuria Senec. in 9. Flav. O sinefua multa populi dirna favor. Ille in Druso Patre Germanici improber. Avunculus ejusdem Marcellus flagrantibus plebis studiis intra juventutem ereptus. Eam partem expertus apud Saulem Regius Propheta David 1. Samuel. 18. v. 5. & seq. Merito ergo populo suberat acculta formido, ne amore necaret Germanicum, Magnis v. viris, ne amati pereant. Quibus utilius sub magnanimo, nedum sub timido, consilium, populari auram vitare potius quam captare. Parus. in disc. Polit. c. ult.

135. Fidei irreparabile damnum est, quam qui semel decoxit, nullo labore recipiet. Praemissa futuris dant exempla fidem. canis Claudiam. l. 4. Hon. Tiberius ut in Germanicum beneficus, nos tamen ideo sincera caritate fidem affectus. Ita nec honores simulati perditae fiduciae remedium afferre valuerunt. Docet Noster simul, quam minime honor, & Principe collatus judicium certum sit ingenium gratiae.

136. Adversus potentiam procerum id arcuatum & salutare remedium, ea facile nocit pro spacie honoris amolari vid. sup. 1b. 56. Id vero ita demum feliciter exercetur, si ut honore augetur, ita vi nocendi prius quisquis metuitur. Hinc timidi isti spiritus ab imperiis arcentur, curaque saltem legationibus dignitatibus & titulis decori. Quibus splendidi, sed invalidi sunt. Hoc fascino illic Philippus Hispaniae Rex Bragantiae duci, quem, ne istis juribus, qua nomine uxoris in Lusitania regno jam ab illo subacto comperere afferbas, forte frui optaret, Aurei Velleris equitem creavit, in templo sibi proximo loco assidere voluit aliisque insolitis honoribus auxit, omnibus opibus viribusque destitutum. Hieron. Compend. lib. 8. de Bell. Lusitan.

137. Cum principibus eorumque consanguineis, quamcumque incidere fortunam, reverenter agendam. Tam injuriosum sibi censent non coli quam contemni, sed nullus ipis gravior culus, cujus.

cujus durat memoria, ac qui eo tempore præstatur, cum impune sperni possent. Duo Noster exempla contraria ponit. *Archelaus inuisus Tiberio, quod cum Rhodi agentem nullo officio coluisset. Suspicus Quirinus quod eum coluerat patefecit in Senatu laudatis officiis, inquit Tac. lib. 3. Annal.* Non ergo illos solum, qui præsentibus fruuntur gratia aut potentia, respicere, alios spernere aut iaculosos relinquere, prudentis auscultatio est. *Cogitet brevi momento summa verti posse. Tac. 4. Annal.* In quâ re plus momenti est, ac ut aliqui credant, *inquit Annibal. Scot. in Tac. ad b. l.*

138. Id sæpe solum insidiarum remedium, quæ à superioribus fruuntur, si non intelliguntur. *Tac. lib. 14. Annal. vid. disc. 3. ex lib. 1. Annal. th. 21. & sup. b. l. th. 57.* Deprehensis artibus suis, rerum domini per vim & palam exequi student, quæ alias horruissent. Igitur non frustra Archelaus, si intelligere crederetur vim metuit. Quod ergo consilium adversus pericula? Nullum video nisi quod vulgato proverbio dicitur: *Quod vendere non possis, elargire.* Si refuge-re non licet, fereisti constantiâ, novis officiis, & obsequio, imo & à principe auxilium contra injurias, ut ut à principe mandatas, rogando vincere iræ pertinaciam studeas. Prudenter Alfonso Ferraria Dux, Pontifice ipsum ditione exiire meditante & à 16 Episcopum Ventimiliam ablegante, inter ceteros in insidiis Ventimiliam apud Pontificem accusavit, & adversus insidias auxilia rogavit. *Garcid. lib. 2. lib. 13. Histor.*

140. *Regibus æqua, ne dum insimul in solim fuit.* Hinc nihil difficilius in summa fortuna natis & educatis quam adversam ferre in quâ anxia pristinae fortis memoria & præsentis duritiae multos perisse Historia testis est.

142. *Regnum Cappadociae in provincie formam redactum est.* Utili ad augendas populi Romani opes & sublevandas publicas necessitates consilio. *Fructibus ejus levari poterat vel lig. al.* quod subiectos præmebat. Quæ sub regibus erant provinciae, sine reditus sed quæ immediate sub Imperio Rom. erant, huic præbebant. Id optimum ad labescentis Imperii vires restaurandas remedium judicatur; Quo Gallia ad tuendam potentiam feliciter usa est. *Chopin. de Domani. lib. 2. tit. ult.* Post auream Bullam Caroli 4. quâ re infen-

dandi

dandi penes Imperatores libera potestas fuerat *A. B. c. 7. in fin. eadē*
 causa capitula: ionibus, in quas jurant *Imp. cautum, ut Feuda im-*
perio aperta non infeudentur, sed ad publicum patrimonium refe-
rantur & incorporentur. Sleidan. lib. 1. de Stat. Relig. in capitul. Ca-
rol. 5. Thom. Michæl. de Juridict. copel. 13. lib. 6. Gluten. in Syllog.
rer. quot. concl. 20. lit. m. Idcirco ita jurat Imperator: Was
 auch an Lehen dem Reich und Uns bey zeiten unser Re-
 gierung eröffnet und lediglich heimfallen würde / so et
 was werckliches tragen / ic. Die sollen und wollen Wir
 ferners niemand verleihen / sondern zu unterhaltung des
 Reichs behalten / einziehen und incorporiren, biß dasselbe
 wieder zu Wesen und Aufnehmen kompt / ic. *Ulti videre li-*
cet ex capitul. Caroli 5. Rudolphi 2. & Ferdinandi 2. Ap. Linn. de
Jur. publ. lib. 1. c. 12. Contra lucem sentiunt *Bocer. de Regal. c. 2. n.*
6. c. 4. n. 15. & *Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 12. n. 3. & c. 10. concl. 11.*
n. 11. qui nihil derogatum *Aureæ Bullæ* putant, sed liberam reinfeu-
 dationum adhuc esse licentiam. Perspicua verba Capitulationum
 aliud evincunt. A quibus excipimus *Electoatus*, ne numerus fe-
 ptenarius imminuatur. *Buxtorff. ad A. B. concl. 87. lit. b. Arum. ad*
A. B. disc. 4. ib. 16. Id v. non diffitemur, imo etiam conquerimur,
 quoad cæteros *Ducatus & Comitatus* idem observatum non fuisse,
uti docet Buxtorff. d. concl. 87. in fin.

143. *Antiocho Comagenorum, Philopatore Cilicum regibus de-*
sanctis, turbabantur nationes. Quid mirum? In quo periculo na-
 va inter medios fluctus sine gubernatore, in hoc regnum mortuo re-
 ge: Ibi sine Domino vana lex, nullus ordo, audacissimo cuiq; ma-
 xima licentia, mera anarchia, disciplina & obsequium aut nulla aue-
 turbida, regnant cupidines, turbant, sacra & profana sedantur, pu-
 blica singulorum rapinis patent, uti *graphice describunt & exempla*
declamant Bodin. lib. 6. de Republ. c. 5. Eberh. d. Weibe in Problem. reg.
de elect. & success. p. m. 83. Quod remedium? Melius malis istis
 prævenire licet, quam eventibus mederi. Ad id tria norant
 Politici, ut vivo Principe parentur subsidia dominationis & suc-
 cessor ne in incerto sit, præcaveatur. *Tacit. 3. Annal. Hinc. Sül-*
ner. de Reg. Rom. elect. concl. 4. lit. b. seq. 2. ut potest à legibus irro-
 gatas

gata interregni tempore severiores fiat & duplicentur, arctiorque justitiæ sit observatio, uti apud Polonos suctum. *test. Bodin. d. c. 5. 3.* ut Imperium vacans omne recidat ad Senatum, vel proceres, qui ex summa lege Imperij Imperium repræsentantes administrationi personas idoneas, sed temporaneâ potestate præficiant, uti Romanis observatum. *Liv. lib. 1. Histor. Arnisa. lib. 2. relett. Polis. c. 2. sect. 5. n. 88.* Nec dubium est Senatui aut Statibus Provincialibus hoc Jus competere, cum & vivo imperante in partem curarum vocati Reipubl. prospicere possint, eamque potestatem habeant, quam sub primis Imp. Senatus Romanus. *Vulstej. in l. 2. C. ub. Senat. vel. Clarif.*

144. *Ambiguz gentes capite orbatæ: pleriq; Romanum, aliis regium Imperium cupientibus.* Meo judicii meliores, qui (1) præstantissimum imperiorum Monarchicum, (2) summam domi maiestatem, quam ex longinquo venerari aut in officialibus colere, multis difficultatibus obnoxium, (3) libertatem sub uno rege præferbant. Prudentius sanè hi maluerunt suo regi, quam alieno eoque remotoregno subesse.

145. *Suam aetatem vergere, Drusi no. dum adolevisse, ideoque componendo Orienti utramque imparem Tiberis rectè præ-tendit.* Senium namque & Juventam negotiis gerendis æque inepta censemus. Media ætas par est, quæ nec senili timida tarditate nec juvenilli procaciâ laborat.

146. *Permissum majus Imperium, quoquid dixerit, quam his qui forte, veluti præcōsules Sueton. in Aug. c. 47. aut missa P. An-tonis sc. legati obtinerent.* Ita nempe oportet eos qui ad sedandò tumultus eunt liberiori potestate instruere. Qui non magis astricti legibus possunt, quam turbido mari nantæ. Quibus nisi liceat ad omnem cœli faciem & oportunitatem movere gubernacula, naufraga navigatio erit. Submittendæ leges illis, qui ad legum nescias turbas componendas vadunt. Sicuti Romani cogente Reip. necessitate legibus solvere magistratus solebant. Uti non modo exempla Dictatorum probant, sed & alia Pompeji in bellò contra pyratas, Augusti &c. qui legibus soluti sunt à Senatu, ne astricta potestas occasioni obesset. *vid. Bodin. lib. 1. de Rep. cap. 8.*

DIS.

49.
DISCURSUS POLITICUS VII.

Ex Lib. II. Annal. Tacit.

147.

Tiberius demouens Syria Creticum Silanum per affidendum *Respond.*
suum Germanico. Non Tyranno modo periculosus, *Coarado*
sed nec Reip. cui vis ob faciles collusiones salutare mun- *Adelpho*
ra, curationes, munimenta, exercitus regi gerive à pluri- *à Blucher*
bus sanguine iunctis, *Caurian. ad b. l.* Senis constitutum ne duo *Nobil.*
ex eadem familiâ eodem tempore in magistratibus essent: *Pomar.*
Orland. Ma-
lavol. lib. 3. Hist. Senens. Veneti id non negligunt. *Cantaren. de*
rep. Venet. Ex Statuto Juris Lubecensis in maritimis civitatibus
recepto in Senatum arcta cognatione iunctos legi prohibentur. *Jus*
Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 5.

148. Non modo remouit Tiberius, ex quo collusionis suspi-
cio, sed praefecit juxta *Gn. Discorsum ingenio violentum, & obsequij*
vignarum, cui non dubium se dilectum ad spes Germanici coercendas.
Solita haec cautio contra nimios eoque suspectos potentum spiritus,
ut collega addito & quasi inspectore contineantur, *coerceantur. vid.*
diff. ad lib. 1. Annal. eb. 103. Eo consilio M. Livius ad temperandum
uere C. Claudij Neronis ingenium consul lectus, *Liv. lib. 27.* Mar-
cus Bibulus pecuniâ Senatus Julio Caesari invito collega effectus:
Sueton. in Caesar. Cum Constantinus Imp. Gallum Caesarem ad se
eyocare veller, dissuasum est, quia illo discedente Ursicinus in ori-
ente periculose, nullo futuro qui prohiberet altiora meditantem, re-
linqueretur. *Amm. Marcell. lib. 19.* An vero discors magistratum
antiquis republ. salutaris? Distinctiones Bodini lib. 4. de Republ.
e. s. placent, quae formas rerumpubl. & magistratum conditiones
sejungit.

149. Hoc aule proprium, quod *divisa & discors, casus in*
eos, qui ibi plus possunt, *studia.* Semper factiones, quae inter se
certant malis artibus. Jam una factio dominatur, paulo post alia.
Durus de Pâcol. in amico polit. Quodnam ibi viri boni officium?
Neutri adhaerescere, omnes pari cultu prosequi, Intuitus praeferre,
cujus

cujus fortuna quovis momento incerta est. Si tamen mediam ire viam non licet, prudentiorem & acceptiorem in aulâ aut firmioribus fundamentis Principi gratum sequi consultius *uti monet Annib. Scot. in comen. ad h.l.*

150. *Germanico alienatio patris favorem apud ceteros auxit. Verum illud Seneca: Sape majori fortuna locum facit injuria.* Hæc enim miseriam, miseria misericordiam, misericordia amorem gignit. *Aristot. lib. 2. Rhetor.* Ut prospera fortuna invidiæ, sic adversa condolentiæ mater est. Inde videmus reis & nocentibus potentiam accusatorum profuisse, miserationem addidisse *Tac. lib. 3. Annal.* Livia cum florentis privignos per occultum subvertisset, misericordiam erga afflictos palam ostentabat. *Tac. 4. Annal.* Ex his imprudentiam illorum arguimus, qui publicis injuriis & infestationibus premere & suppressere adversarios moluntur, quibus citius indignationem publicam accendant quam ut istis nocere possint. Plus interdum inimicorum persecutione, quam amicorum auxilio juvatur.

151. *Germanicus claritudine materni generis antebat.* Nobilitas ex patre est. *Omlor. de Nobilit. Hispan. p. 2. n. 5.* cujus conditionem liberi qua honores, dignitatem, familiam & cætera quæ juris civilis sunt sequuntur. *l. 19. ff. de Stat. Hom. l. 1. §. 2. ff. ad Munic.* Id vero quæstionis. An natus ex patre nobili, matre plebeâ nobilis sit? Multi cum Hiempsale Jugurtham, quod materno genere impar esset, despiciente *Salust. in bell. Jugurth.* ac vulgo Romano pollui nobilitatem familiæ ignobilem ducendo uxorem consente *Tacit. lib. 3. Hist.* ita censent. Sed quia matris persona, in illis quæ à patre capiuntur, non attenditur, & si ex istâ nobilitas metienda, ea ipsa per matrum nobilitatur, contrarium approbamus. *vid. Boccr. de Regal. f. 4. n. 14. seq.* Hoc non inficior paternam nobilitatem eo magis inclarescere, si materni generis claritudo accedit. *Timquell. de Nobil. c. 18. n. 26. Bon. de Curtis. in tr. de Nobil. p. 4. n. 29.* Utrum consuetudine aut statuto effici potest ut nobilitas ex materno genere attendatur? ambigüe disceptatur. Quia hujus, si proficitur sc. ab eo qui nobilitandi vim habet, ea vis est ut ex ignobili nobilem efficere possit. *Timq. d. tr. c. 10. n. 6. Cassan. in catal. glor. mund. p. 8. consid. 16.* non dubito valere cum in maternâ stirpe nobilitatis fundamentum locat

locat *arg. l. 1. §. 2. ff. ad Munic. Ting. de. 18. n. 23. Bon. de Curtil. d. p. 4. n. 28.* Talis in Tornementis Germanorum recepta consuetudo, ut ad ea non admittatur nisi qui nobilitatem ex quatuor avis paternis & maternis probare possit. *Reinhard. Comes in Solmo in ir. Von des Adels Vhrsprung.* Similis in collegiis Eclesiasticis, præsertim *auff den hohen Schiffen* obtinet, ubi nemo recipitur, nisi certinæ quoq; materna seriem nobilium proavorum ostendat. *Boerr. d. c. 2. n. 17.* In Hispania v̄ alicui fortalium commendari possit, requiritur, nobilitas ab utroq; parente, *Orator. de Nobil. Hisp. p. 2. c. 3. n. 19.* In Silesia desideratur *dass ein Edelmann vier Schicks sey und von vier Väterlichen und Mütterlichen Stamm geböhren.* Id quod ex generali consuetudine desiderari tradunt *P. Fritze de Nobilit. concl. 20. lit. d. Bertram de Comit. Imper. concl. 43. in fin.* quibus tamen sine discrimine astipulari non possum.

152. *Frates utut discordi in eos aulā, egregiō concordes, & proximorum curam inibus inconcussi.* Prudenter illi & felices. Uti optimum non pati aliorum æmulationibus se moveri aut accendi, ita rarum. Digni quos imitentur potentes, ex quibus spes aliās ad contentiones irricat.

153. Scholam illustris Juventutis optimam in castris & inter arma esse sub exemplo Drusi Tiberius docet. *Is in Illyricum limitem Rom. Imperij ubi ad reprimendas barbarorum incurfiones mices excubabat, missus est.* Quatuor Noſter exprimit causas in educandis Principum liberis, præsertim sub imperiis quæ armis valent & sustinentur, studiosè notandas, (1) *ut susceperis militia.* Studiis eniam militaribus ab incunabulis animi juvenum, qui ad prudentiam militarem destinantur, imbuedi. Id quod in castris pulvere inter lituos subasq; firmitus addisitur. *sicut Scip. Amint. lib. 2. disc. Polit. disc. 10. demonstrant (2) studia exercitii pararet.* Uti ea curā à prudentibus Principibus non negligenda, cavere ne alij favori militari se nimis insinuent aut se apud milites gratiores sint, *Clapmar. de Arcan. Rerump. libr. 3. cap. 6.* ita & illud præcipue studentium, ut adolescentes principes à teneris amorem militum querant, iisque in vita pati assuecant, & grati fiant, quo summas partes

partes tandem ~~in~~ occupant. In quo graviter & cum damno amissi imperij erraverunt Merovæi, in quorum familia regnum radices egerat, sed quod castrensem vitam spernebant ab illis qui summum militiæ regimen obtinebant ad prosapiam Caroli Magni translatum est; *uti ostendit Sorres in Inventur. rer. gallic. lib. 2. (3) simul juvenem urbano luxu lascivientem melius in castris haberi, quia anteceps in aula inter voluptatum delinimentum educatus; (4) seq. tursiorum utroq. filio legiones ubi inente rebatur, tum quia aliorum conatibus, exercitus favore abutentium inde impedimentum; quo consilio etiam Vespasiano manere apud exercitus Titum ad omnes principatus novi eventus casusve utile videbatur, Tacit. lib. 5. Hist. tum ut negotiis externis occupati privatim ambitioni indulgere novasq; res pro maturando imperio moliri prohiberentur. Sicut eâ de causa Turcici Imp. adolescentulos filios in longinquas provincias mandant. Leonclav. in Hist. Tursic.*

154. Eventu felix Tiberij consilium, quo rebellium gentes in Germania internis discordiis relinqui suavit. *Supr. b. lib. Discessu u. Romanorum, ac vacui externo metu, qui domesticas cupidines efficaciter continet, gentis assuetudine & tum emulatione gloriæ arma inter se verterunt. Ita feroces gentes foris hostem non habentes domi quærunt & inveniunt, quietis impatientes. Id quod Carthaginis excidio experti Romani. Vell. Paterc. lib. 2. Hist. Salust. de Bell. Catilin. Belgæ Uniti metuunt & sub induciis nostrâ ætate cum Hispano pactis præferunt. Baud. de Induc. bell. belgic. Lips. in Epist. de Induc. Hinc rationem diversitatis Boter. de Polit. lib. 3. 43. petit, quare Hispania tranquillior sit quam Gallia. Hujusmodi ergo populis expedit bella externa alere potius, quam sopire. Qui bello florent, pace intereant. vid. supr. tb. 13; b. 1.*

155. Maroboduum regis nomen in visum apud populos efficebat. Idem cum insigni regio Jul. Cæsari exitiale. *Paterc. lib. 2. Hist. Sueton. in Cæsar. Semper gentibus libertati assuetis, dum cogitant, quid in se rex sit & valeat, terribile, ideoq; odiosum. Quocirca uti omnis titulorum superbia, ita & regij nominis terror vitandus imperium novum ac occupantibus, aut vetus mutantibus. Stolidum videtur non contentum esse potestate, gloriari in signibus, que*

nihil conferant. Prudenter Augustus sub Regis potestate *Principis* nomen adsevit. *Tacit. 1. Annal.* Carolus Martellus cum regnum Gallie teneret regios titulos averfatus, *Principum nobilitatis* se vocari saltem voluit. *P. Emil. lib. 1. Ex. Ant. in fin.*

156. *Arminium pro libertate bellantem favor habebat.* Id dulce nomen est, quo facillimè mentes humanae ad quævis alliguntur. Isti omnes naturâ student & conditionem servitutis oderunt. *Cæsar. lib. 3. de Bell. Gallic.* Hinc nihil frequentius, ac ut magnis conatibus, libertas & speciosa nomina prætextantur, nec quisquam alienum servitium aut dominationem sibi concupiscat, ut non eadem ista vocabula usurpet. *Tacit. lib. 1. Histor.* His astrepit vulgus. *Tacit. 1. Annal.* Nec mirum, quod e regno Marobodai etiam *Germani ad Arminium descere.*

157. *Inguionerus ad Maroboduum perfugit non aliam ob causam, quam quia fratris filio juveni, patrum senex parere dedignabatur.* Tanta vis invidiæ, ut quis hostis quam amicus tuorum esse malit. Præsertim id malum præstantissimis viris, qui cum alios minoris virtutis aut existimationis sibi præferri aut primas præripere vident, quantum suo honori inde detractum putant, tantum animi ad nocendum turbandumq; afferunt. Cujusmodi homines, qui aut honorum delectamentis occæcæ aut si id non patiuntur, nocendi facultate privat, is recte Reipubl. ejusq; periculis consulit.

158. Axioma tradunt Politici: Cum eodem hoste diuturnum bellum non esse gerendum. Quo Turcæ utuntur nunquam adversus Christianum principem in armis diu constantes. *rege Traj. Boccalino in disc. Polit.* Lycurgus adversus eosdem lapsus pugare lege prohibuit. *Plumrcb. in Lycurg.* Ulu enim in perniciem nostram instruitur hostis per continua bella & ex periculis sunt prudentiores, cum Fortuna belli artem victos quoque doceat. *Q. Curt. lib. 7.* Evenerit quod Noster hic de Germanis ait, *longâ adversus nos militiâ insuetæ aut sequi signa, subsidia feruari, diâ imperatorum accipere.* Cum Agefilus in bello contra Thebanos vulneratus esset, Antalcidas bonum factum! exclamavit, *quidni hanc mercedem recipit ab illis, quos arma tractare docuit?* Anne ergo in duobus interumpere bellum quam diu continuare expediat? Ita ex dictis inferimus, modo

longæ sint, fervor & scientia belligerandi obliterentur. Sic pacis imagine justè decipitur hostis.

159. *Fugacem Maroboduum Arminius proditorem patriæ, haud minus infensis animis exurbandum quàm hostem ait, quia per dona & legationes fœdus petiit seq; à communi Germanæ gentis causâ separavit. Digna nota, qua desertores fœderum castigantur. Quos ut sui & sociorum proditores, hostiumq; instar bello justo invadi putamus. Bodin. lib. 5. de Rep. c. 6. Excipimus tamen justas discedendi causas, quas innuit Warem. ab Erenb. d. tr. de Fœderib. lib. 1. c. 2. n. 243. Sub illorum classem Bodinus pertrahit, Germaniz Principes quod contra fœdus Chamborticum, excluso Henrico 2. Galliz Rege cum Ferdinando 1. transegerunt. Sleid. lib. 24. de Stat. Relig. Sed injuriâ. Nec enim aut incio aut invito Gallo pacem receperunt, uti eleganter Heig. p. 1. q. ill. 11. per tot. offendit. Quod tamen ad injuriosum à fœdere discessum requiritur.*

160. *Neg. Maroboduus jactantiâ sui, aut probris in hostem abstinebat. Utrumq; in forti viro levitatis indicium & vituperandum, nisi quatenus ad animandos milites necessarium. Quantum quis per modestiam suo honori demit, hostis virtuti adjicit, tanto plus victor laudis & victus eo minus pudoris contrahit.*

161. *Non frustra Arminius Inguio merum tenens illo in corpore decus Cheruscorum testatur. Immensum pondus magnis rebus præstans unius viri præclari autoritas quærenda & adhibenda sollicitè. Exempla Alcibiadis, Justin. lib. 5. Epaminondæ, Justin. lib. 6. Philopæmenis Acheorum Imp. Just. lib. 32. considerentur. Verè Polybius lib. 8. Sapè vir unus & una fortuna si rebus aspirent, res magnas & mirabiles efficere possunt.*

162. *Perfidiam duplex hæc pœna semper comitatur: Magna clades, cum Deum certum ultorem habeat & Ignominia, quam universali lege censoria mundus justissimè irrogat. Ab omni n. commercio humano exemptos videmus, qui semel perfidè deceperant.*

163. *Ea pax ex Marobodui judicio nec non facillè aliorum optima & amplectenda qua (1) gloria illibata servatur. Nihil enim faciendum injustè, aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus. Polyb. lib. 4. Emori per virtutem præstat quàm vitam miseram & inhone-*

55
inhonestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueris, per dedecus amittere. *Catilin. ap. Salust. in bell. Catilin. (2) ubi agitur conditionibus discessum.* Eò quia utilis *Tacit. 17. Annal.* Non victo saltem, quod in dubium; sed & victori, *vid. Lips. lib. 5. Polit. c. fin. (3) si in paciscentium manu sit, integrum bellum an pacem incrementum malint.* Eafida pax ubi voluntarij pacati sunt, *Liv. lib. 8.* cujus ideo hostes pavitè nequit. Vinculum istius fides est, semet contenta, non servitus, quæ semper infida.

164. Frangit & atollit vires in milite causa, canit *Propert. 4. Eleg. 6.* Hinc *insubitos* oratione Ducum exercitus propria causa stimulant. Sed non omnes perinde justæ. *Cheruscos pro antiquo decori bellantes merito defendimus.* Justa enim est cujusq; quod nostrum, defensio. Cæteræ causæ suavoriæ magis quam justæ: vulci cum à *Longobardis pro recenti libertate* (cujus desiderium apud populum subditum excutari nequit, *Hug. Grot. lib. 2. de Jur. bell. ac Pac. l. 22. n. 11.*) Et contra à *augenda dominationi certaretur.* Hæc vetus bellandi causa, profunda Imperij cupido & divitiarum. *Salust. in fragment.* Sed iniqua, *Lips. lib. 5. Polit. c. 1.* etiam ad regendos alios ipsorum commo do collinet. *Hug. Grot. d. c. 22. n. 12.*

165. Quia *Maroboduus castra in colles subduxit, id signum percussit.* Ita in castris loco cedere pro fugâ accipitur. Idcirco rei militaris periti secessum ex loco ubi moratur miles dissuadent, nisi causa urgeat, aut spes inde affulgeat.

166. *Responsum à Tiberio, non jure Maroboduum adversus Cheruscos arma Rom. invocare, qui pugnant in eundem hostem Romanos nullâ opè juvisset.* Mutuâ obligatione consistit humanitatis & amicitia lex aut conventio, ut quod ab alio negatum alter præstare necesse non habeat. *l. 21. C. de Pact.* Hinc si unus ex fæderatis debita ex fædere auxilia negat, alter ex pacto non amplius obligatur: *vid. Gryphind. ap. Arum. disc. Jur. Publ. 28. sb. 116. vol. 1* ubi unius capitis violatione, à toto fædere socium absolvi concludit. Ita *Vanfallus* cui Dominus vicem fidelitatis reddere debet *c. un. in fin. F. 6.* non tenetur ad obsequia & servitia, si desertus à Domino sit. *Nic. Inrigol. q. feudal. 62.* Unde vulgatum, *Trew Herr / trew Knecht.*

167. Ut ut auxilla mittere Tiberius recularet missus tamen
Dynsus pacis firmator. Ea arsillorum, qui bellis alienis se immisce-
 re reformidant, ut pacis curam bellantibus gratificentur. Id Poli-
 tici monent aliis invicem belligerantibus pari amicitia aut fœdere
 junctos, quod, cum neutri auxilia debeant, conciliationem tenta-
 re, aut ut ad communes socios arbitrosve arbitrium deferatur, pro-
 curare incumbat. *vid. Bodin. lib. 5. de Republ. c. 6. Alb. Gentil. lib. 3.
 de Jur. bell. c. 18.*

168. *Apherrima in Sardinios lues plurimum misericordie tri-
 xit.* Inter alia *Caesar quantum arario aut fisco pendeant, in quin-
 quennium remisit.* Aliis idem ex eadem vel simili causa evenit. Id
 non modo decorum, sed & justum est, ob castos, quibus subjectorum
 quies & salus impeditur, onera ad tempus remitti. Bonis qui frui
 pacate non possunt, à protectionis stipeadiis, qualia sunt tributa, le-
 vamen jure exigunt. Ea immunitate jure communi fruuntur inopes
*l. 4. §. 2. ff. de Mun. l. fin C. quin. lib. & qui facultatibus lapsi sunt
 Gail. de Arrest. c. 9. n. 20.* ita ut de ælimo deleri debeant. *Surd. de
 Alim. tit. 8. priv. 91. n. 5.* Ita vero ut temporanea saltem sit, cessans
 cessante egestate *d. l. 4. §. 1. Purpur. consil. 38. n. 4.*

169. *Aletus è Prætoris, dilectus est, ne consulari obtinente
 Afram amulatio inter pares oriretur.* Optimum contentionum æ-
 mulantium remedium, illos negociis præfici, qui titulis & autorita-
 te differunt, cum æqualitas istas citius pariat. *vid. Scip. Amirat. disc.
 polit. 11. lib. 2.* Sed annon æmulatio toleranda inter magistratus? Si
 virtutis sit, inter exacte probos viros eam non ferendam modo sed
 & excitandam ducerem. Sed quia in corrupta humanitate ista rara
 & vix speranda, potiusque honorum est & ambitionis, exitiabilem
 magnis negotiis reperio. *vid. Scip. Amirat. d. l. Bodin. 4. de Republ. 5.*
 Bella duorum ducum autoritate parium auspiciis infeliciter gesta
 observatum à *N. Machiav. l. 3. de Rep. disc. 13.* Unde Noster *ex ea
 impedimentum non frustra dicit.* Dum enim quis athena invidet
 gloriæ & isti & suæ remoram injicit. Interim
 respubl. deseritur.

DIS-

57.
DISCURSUS POLITICUS VIII.

ex Lib. II. Annal. Tacit.

170.

Mlti ex Senatu placuit qui presencia spectaret reserveret. Utiles & pro continendis animis necessaria res visa ablegare ad socios & subiectos, qui illata mala solarentur, ac medelam sponderent aut afferrent. Laudabili institutione, quo inter miseras istos summo amore sibi devinciebant, & à desperatione abducebant.

Respond.
Herman-
no VVet-
ken, Ham-
burgens.

171. *Bona familia Musa locupletis intestata perita in fiscum.* scil. quia videbantur vacantia, ab illo qui nullum heredem habet, relicta. Hæc Jure Romano fisco debentur, l. 1. l. 3. l. fin. C. de Bon. Vacant. & inter regalia principum connumerantur, e. un. que sunt regal. Nec verò congruum quod *Basin. l. de Republ. cap. 8.* cuique Rom. jure licuisse occupare scribit. Ea Tib. Emilio Lepido concedit, idque liberalitatem Noster vocat. Frustra; si iste ex domo Emilie. Nam quilibet cognatus est ultra decimum cognationis gradum, quidquid Dd. communiter contra statuunt, excludit fiscum. *Don. 9. Comment. 4. Rom. de Regal. c. 3. n. 30.* sed idem forte quia salutem videbatur ex domo, cum non esset & de jure cognationis non pateret, id quod docendum fuisset.

172. Laudebile hoc in Tiberio & popolare, quod nullius beneficium adit, nisi cum amicitia meruisset. Ignotos & alios infensos, eorum principem nuncupantes procul abstulit. Idem de Augusto *Sueton. in Aug. c. 66.* Instituire principem litis causâ invidiosum, nec calumniam facultatem ex principali majestate capere oportet. l. pen. ff. de hered. Insti. vid. l. 2. l. fin. C. de fisc. vel republ.

173. Tiberius bonis animi innocentium pauperum levavit. Pie & prudenter. Maxima enim pietas pro paupertate facit l. 74. S. 1. ff. ad SC. Trebell. Quæ si desperationem adducit, in coetu hominum difficulter sedandos motus excitat. Multa isti privilegia jure & more indulgentur, qua concessit *Benicass. in tr. de Privill. Pauper. per tot. & Speckhan. 99. Jur. centur. 1. 9. 35. 37. seqq.* An ad succurrendum

Hh

dum pauperi, alicui jus vel rem suam auferre justum? Si necessitas accedat, & pauper sine levamine iste periturus sit, affirmativa æqua est. *Petr. Anton. de Petr. tr. de jur. quas. per princ. toll. c. 32. in sec. dub. princ. & q. 7. princ. n. 60.* Vehuti tempore caritatis divites ad vendenda aut elargienda egentibus frumenta cogi possunt. *Castrenf. in l. 1. C. de Episc. Audient.*

174. Quia rei publ. interest, ne quis re suâ malè utatur §. *fin.* *Inst. de hù qui sunt sui vel alien. jur.* non usus rerum legibus saltem præscribendus, sed & abusus coercendus. *Tiberius prodigos & ob flagitia egentes movit Senatu.* Justa pœna. Laborant enim isti bonorum decoctores non levi infamiâ. *Menoch. consil. 410. n. 19. Freber. de Fam. & existim. l. 2. c. 13. n. 8. & l. 3. c. 20.* Hinc in ordine & loco equitum Rom. consistere apud Romanos non permittebantur. *Alexand. ab Alex. gen. dier. l. 5. c. 16.* Notâ censoriâ percutebantur. *vid. Bodin. 6. de Republ. c. 1.*

175. Deum Edes vetustate aut igne abolitas, ceptasq. ab Augusto, dedicavit *Tiberius.* Digna princepe cura, præprimis sacrorum curam gerere. Id controversum, An dedicatione opus fuerit, annon ecclesiæ destructæ retinent sanctitatem & privilegia? Ita si bello vel casu alio fortuito diruantur. *Peck. de repar. Eccles. c. 35. n. 4.* Secus si auctoritate superioris ob justam causam; tunc omnia jura amittunt & restaurata novis inductis & dedicationibus egent. *secus disting. Gail. 2. Observ. 61. n. 2.*

176. In se jacta nolle ad cognitionem vocari contestatur *Tiberius.* Item: ne cui verba in matrem quoquo modo habita crimini forent. An punire maledicta princeps possit? *disting. ad lib. 1. Annal. lib. 280.* An vero consultus seire loquenti libertatem? Pollitici adhuc disceptant. Si nec auctoritas principis, quæ sæpè adversus calumniam vindicias poscit, nec tranquillitas rei publ. per seditiosas voces violetur, patientem magnanimitatem adversus dicitaria meritò præferimus. Pulchrè de hoc disserit *Cremutius Cordus. ap. Tac. 4. Annal.* ubi inter cætera his verbis: *Ipse D. Julias, ipse D. Augustus & tulere ista & relinquere, haud facile dixerim, moderatione magis an sapientia. Namq. sprete exolescunt; si misere agnita videntur.* Aliam *Seneca l. 4. Clement. c. 5.* rationem affert: *Magnam*

159
fortunam magnus animus decet: Magni a. animi est, placidum & tranquillum, & injurias atq; offensiones superne despicere, &c. Calpidus in hac re Tiberius qui ut Sueton. in Tib. c. 28. ait, adversus convitia malosq; rumores & famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens subinde ja&abat: In libera civitate liberas linguas esse debere. vid. Alberic. Gentil. lib. 2. de Conjurat. Non desunt Politici qui utile principi judicant, nonnullos male de ipso loqui: tum quod præstet malum per querelas effusidi quam per machinationes infestas, tum quia per ista judicia princeps non parum eruditur. vid. Annib. Scot. ad Tacit. b. l.

177. Adulterij graviam penam deprecatus Tiberius. Nempè Lege Julia ab Augusto sancita l. 1. ff. ad L. Jul. de Adult. irrogatam. Sed quæ ista? In Jure & Historiâ hoc ambiguum. Ultimum supplicium puto. §. item lex Julia l. de Publ. Judic. vid. Gadd. ad l. 101. n. 4. seq. ff. de V. S. Sed de hac quæstione ad lib. 3. plura dicentur.

178. Exemplo majorum propinquis suis ut ultra ducentissimum lapidem (i.e. miliare, quod posito lapide designari solebat. Gadd. ad l. 3. n. 7. ff. de V. S.) removeretur suasis. Ex Romuli constitutione uti uxor erat in potestate mariti, ita & de omni ejus crimine cum cognatis cognoscebat, statuebat. Dionys. Halicarnas. lib. 2. Id in morem abiit, de quo Livius lib. 39. Mulieres damnatas cognatis aut in quorum manu essent tradebant, ut ipsi in privato animadvertissent. Si nemo enim idoneus supplicij exactor, in publico animadvertebatur. Hoc ex potestate, quam veteres Rom. leges maritis in uxores non minorem quam patri in liberos concesserunt. Sed utrum morte multati poterant uxores privato isto judicio? Affirmo cum Lips. ad lib. 4. Annal. & Noster lib. 13. Annal. probat iniquens: Plantius prisco infansuo de capite fama& conjugii, propinquis coram cognovit &c.

179. Pleriq; admitebantur, ut numerus liberorum in candida-tis præpolleret. Quod lex (scil. Papia Poppæa) jubebat. Plura ap. Roman. Polypædias privilegia. vid. Ventrân. Maur. de jur. lib. c. 45. seq. Ex cæteris, quod inter candidatos honorem petentes qui plures habent liberos præferrentur, in sorte provinciarum & ubique in curia, collegio, albo, processu primas tenerent. l. 9. C. de Decuri-on. Gell. lib. 2. Noct. Attic. c. 15. Dio Cas. l. 53. Non modo ut ad li-bero-

berorum curam, qua crescere rempubl. expedit, cives allicerentur, sed cum in gerendis officiis fideliores & amiciores patriæ crederentur, id expeditum. *Alciat. 1. præsump. 36.*

180. Sæpe ex prædone evadit magnus Imperator. Per factam prædandi licentiam amor apud cupidos & egentes, ex his potentia sæpe nascitur. Id *Tacfarinati* ex levibus iisq; notandis initiis evenit. *Is in castris Rom. stipendia meritis, mox desertor vagos primum & latrocinii fueros, occasione alias avidè studiosos, ad prædam & raptus congregare, dein more militia per vexilla & turmas componere, postremo Dux haberi.* Idem *Plinos* & *Scolopytus. ap. Justin. lib. 2. Histor.* suo exemplo docent. Magnum *Turcarum Imperium* non alio principio cæpit & coaluit sub *Mahumete. uti Læoncl. in Histor. Turc. lib. 1. prolixè docet.*

181. *Nilil aquè cavebatur, quam ne hostes bellum metu dederent.* Hoc est, ne metu Romani roboris traherent bellum ac adversa castra nullâ copiâ pugna facta divexarent. Ea hostis solertia sæpè est, ut prælium defugiendo, plus damni in hostem quàm acie conferat. *Qua usus Jugurtha adversus Metellum & Marium. vid. Salust. in bell. Jugurth. ubi inquit; Jugurtha modò se Metello, modò Mario ostendere, postremos in agmine tentare ac statim in colles regressi, rursus alio post alium minitari: neq; prælium facere neq; otium pati. Romane Imperator se dolis agitari videt, &c.* Hunc dolum prævertere prudens Dux studet necessitatem debellandi maturè querens & inferens. *Quà de re pulchrè canit Claudianus lib. 1. de Laudib. Stiliconis. Res mira velatu, Ne timeare times, & quem vindictamanebat, despicere vetas.*

182. *Spe victoria inducti sunt, ut vincerentur.* Dum spem magis quam spei causam intuentur homines *Liv. lib. 22. facillimè vigili isto somno decipiuntur.* De quo Poeta: *Spes implet tumidum naufragiis mare: Spes captis onerat vetia piscibus: Hac Bellona ferocusa satellite, Mortalem quoties solo fudit prodigia sanguinem.* Quomodo in bellis vitanda, scito colloquio erudit *Petrarcha dial. 12.* In omnibus consiliis fugiendam existimo. Placet in his *Bodini consilium: Ut in confutatione plus timeamus de infausito quam felici exitu. Felicius eventus timorem nostrum fallat quam spem. Isto enim*

enim prospere licet post metum rectè uti, sed rato post confidentiam (quæ ut occupat ante successum mentem, ita post tristitia confundit) inopini casus cautè accipiuntur vel feruntur. Non dicam quod metu tristium diligentia acuatur, in spe desiderat. Probum Polybii *lib. 2. Hist.* monitum: *Nunquam de futuris rebus, tanquam jam factis deliberandum; neq; præsidendum constanseris, quæ aliter evenire possunt. Sed oportet partem aliquam inopinato eventui relinquere, cum ubiq; homines simus, maxime in bellicis.* Non sine causa dicitur: Matrem timidi flere non solere. *Æmil. Prob. in Thras.* Non frustra Cicero, Fiduciam cum sapientia non commiseri dicit in *Orat. pro L. Manil.* Imperitia enim confidentiam, Eruditio timorem gignit, *Thucyd. lib. 2.*

183. Arcanum dominationis reputatur, obscuros & novos homines extollere: præclaros & magnis meritis publicè conspicuos suppressere. Nempe quia cum hi ob potentiam potentioribus semper suspecti sint; securitatem nisi ab horum humilitate sibi non spondent. Sed illos sibi beneficiis innoxii tamen, devinciendos & per accessionem honoris æmulatione adversus alios accendendos opinantur. *Sic Camillum quia bellorum expertus habebatur, eo prior Tib. apud Senatum laudavit.*

184. *Quod decrevere patres triumphalia insignia, Camillo ob modestiam visa impune fuit.* Judica hinc, quo medio gratia Tyranni servetur, nempe abjectam humilemq; vitam agendo. A qua ut nihil timent, ita eam aliquando honoratam cupiunt. Ea arte usus Salustius Crispus *ap. Tac. 3. Annal.*

185. *Ubi ventum Athenas, fœderi sociæ urbis datum, ut uno liore uteretur.* Quod aliàs inter magnates frequens ut apud exteros & socios, pro laude modestiæ & humanitatis, potentiæ suæ insignibus aliq; ultrò detrahant, præsertim id unde terror esse solet. Id nec à prudentissimis Romanis neglectum. Quorum magistratus apud amicos agentes, lictores, secures, fasces & quidquid metui inter suos destinatum removebant. *vid. Lips. in comm. ad b. l. Hoc de Antonio ap. Appian. lib. 4. de bell. Civ. & Tiberio ap. Sueton. in Tib. c. 11. legimus.*

186. *Cupidippe veteres locos et famâ celebratos noscendi, multa per-*

periculosa itinerâ Germanicus subit. Commendat suo exemplo Peregrinationes in remotas terras, quas à nemine nisi imprudente damnari judicamus.

187. Duo mala provincias sine sensu mali sensim consumunt. *Interna certamina & magistratum injuria*, quibus fessæ tandem sine remedio collabuntur. Utrumq; enimita comparatum, ut quæ servandæ reipubl. serviunt, non admittat. Auxilium monstrat *Germanicus*, qui fessos refovebat, sc. audiendo querelas, injuriis obicem ponendo, spem remedii linquendo, præsentia animos solando. Sed maturè adhibendum, antequam mala per longas convalescant moras. Quâ in re quid inter turbas Belgicas à Philippo Hisp. Rege neglectum sit, eventus docuit. Qui si ad refovendas injuriis Præfectorum pressas provincias ipse venisset, omnium judicio jam amissas retinisset.

188. Apollinis nec non alia apud Gentiles plura fuerunt oracula, quæ nosse licet ex congestis à Zuinger. *in theatr. vol. 27. lib. 4. p. 493. seq. quo me brevitatis causa remitto*. Quam multis vero evenit, quod per ambages & fallacias exitium cecinerint, *vid. in eod. Theatr. vol. 5. lib. 4. p. 1507. seq.* Ea in sacris damnata legimus. *Dent. 18. v. 10.* Pulchrum de ius judicium ap. *Forstner. ad lib. 2. Annal. Tac. ad verb. Improvidum Juvenem p. m. 184.*

189. *Piso oblique Germanicum perstringit, quod contra decus Romani nominis Athenienses nimia comitate coluisset.* Sine causa. Ista enim ad demulcendas fociorum mentes adhibita humanitas sine Majestatis Rom. dedecore gratiores & fideliores focios efficit. Superbia focii ceterorum animos quam cito alienet, exemplis discere licet.

190. *Iniquè offensus Atheniensium urbi propria irâ Piso, quia Theophilum Aroo judicio falsi damnatum, precibus suis non concederent.* Cum reip. inter sit delicta non esse impunita *l. 51. §. fin. ff. ad L. Aquil.* ne quisquam ad hæc temere proflitat, non remitti pœnas pariter publicè interest. *l. 14. C. de Pen.* Hoc est, quod admonuit Curia Parisiensis Franciscum I. Galliæ Regem cum Reginz matri jus liberandi damnatos concessisset, ut hæc se jure concessio uti nolle declaraverit. *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 10.* Unde & consequens intercessio- nibus

nibus aliorum poenæ femel. justè dictæ veniam non facile tribuendam. Quo admisso, potentiorum precibus aut jurisdictione sæpius eludetur, aut ex negatis offensa sequetur. Quorum neutrum merendum, ubi exemplo nondum locus relictus. Nec defendi posse arbitror multorum opinionem, ob intercessionem puellæ condemnatam in matrimonium petentis, poenam remittendam esse pertrudita à Gomez. p. 3. var. resol. c. 13. n. 37. Coler. p. 2. decis. 238. n. 3. Pet. Theodoric. in Colleg. crim. disput. 10. sb. 7. lit. a. nisi aliæ circumstantiæ quæ sententiam mitigarem persuadent concurrant. Virg. Pingiz. quest. Saxon. 8. n. 4.

191. Etsi Germanicus, haud nescimus quibus insectationibus à Pisono peritus foret, insigni mansuetudine ageret, nullâ non modo iracundia, sed etiam in insensum beneficiis, non nunquam mitigatus Perfidiam, quod ap. Curt. lib. 7. legimus. Perfidiam nullis meritis mitigari. Unde spem de insectis animis fallacem discant, qui sibi ex suâ beneficentiâ gratiam spondent.

192. Quâ arte Piso, eorumq. corruptionis proventus est, ut sermone vulgi parens legionum haberetur; ea à multis belli ducibus matris largitione & ambitu corrumpunt, desidiâ in castris, licentiam in urbibus, vagum ac lascivientem per agros militem sinunt. Quanto errore, Ducum prudentis. Cæsar. lib. 3. de bell. civ. 11. momento Indulgentia & largitio speciosum reddens presentem exercitus amorem, paulatim tamen & occultè militarem disciplinam severitate minuunt. Pro parvo vulgaris amoris lucello privatim quaestibilem impetij, rei militaris tenacissimum vinculum, uti Val. Max. lib. 2. c. 3. vocat, dissolvitur, hominum pessimorum favore omnium etiam bonorum, odia quæruntur, omnis salus ex armis dependens turpis. proditur, victoria corruptione venditur &c. ut in pulchro laetè demonstrat Camer. lib. 2. Hor. Subcis. c. 23.

193. Inclinatio principis & eidem placendi studium multos bonos pervertit, dum hinc gratiam istius æstimant sibiq. spondent. Sic quidam etiam bonorum militum ad mala obsequia prompti, quod haud in vivo Imp. Pisono ea fieri occultum rumor incedebat. Quo pruritu do-

minan.

minantibus gratificari cupiunt multi excitando ad prava abutuntur, cum aperte auctores fieri nolunt.

194. *Armenij gens ambigua non modo ingenio, sed situ terrarum, maximis imperiis interjecti & Sapius discordes adversus Romanos odio, in Parthum invidia, inter accolae solita, Tacit. lib. 5. Histor. Genuinis coloribus Noster depingit genium gentium inter diversas gentes incolentium, quae incerta fide inter vicinorum potentiam fluant neutris constanter fideles, dum à nullis sive odio sive invidia sibi fidem pollicentur. In his certam praesertim adversus vicinos spem & fiduciam locare anceps: periculosius offendere.*

195. *Favor nationis inclinabat in Zenonem, quod is primà ab infantia, institutum & cultum Armeniorum emulatus, proceres plebemque devinxerat. Hinc notes quid morum similitudo, ad animorum conjunctionem conferat. Quam ut sibi parare Politicus nunquam non studebit, ita in deferendis magistratibus eam praepimis inspicendam censemus. vid. sup. h. l. 2. th. 5.*

196. *Cum Cappadoces in formam provinciae redacti sunt, quaedam ex regni tributis deminuta, quo mitius Rom. imperium speraretur. Nempe novum imperium occupantibus, utilis clementiae fama Tacit. 4. Histor. quam nulla res facilius Tributorum remissione conciliat. Idcirco prudentissimi principis est ineunte imperio extraordinaria antecessoris tributa aut tollere aut minuire, sive roget populus sive omittat. Bodin. 6. de Republ. c. 2. Istam vero munificentiam ad ordinaria extendi nolumus. Quae cum ordinariis Reipub. usibus inserviant, nervum rebus agendis praebent sine labe publicae non remittentur, quia necessaria, & tutius retineantur, quam postea renoventur. Id quod necessitas impofterum coget. Dulcedine non demulcere mentes praestat, quam perceptam adimere. Neróni vectigalium ventam publicam molienti hac de causa Senatus Rom. obstitit. Pulchrè Cerialis. ap. Tacit. lib. 4. Histor. Neque quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi possunt.*

DISCURSUS POLITICUS IX.

Ex Lib. II. Annal. Tacit.

197.

O Primum Lyfandrimonicum: *Ubi leonia pellis non pertin-
git, oportet vulpinam affuere. Plutarch. in Lyfand.* Quia
enim teſte Ciceron. in *Epift. ad Q. Frat. l. i.* multis ſimulatio-
num involacris tegitur, & quaſi velis quibusdam obten-
ditur unicusque natura; Frons, oculi, vultus perſepè mentian-
tur, oratio ſpiffimè, ex adagio, *cum vulpe junctum, decet pariter
vulpinari.* Ut ergo fruſtra & periculoſe ingenuam affectuum
confeſſionem quis inter illos edet, qui ex fraude, fallaciis, mendaciis
conſtare videntur: Ita non ſciam modo, ſed & probam ducebimus
artem, quæ affectus congruè, ubi opus eſt, tegere norit. Sic *firmato
vultu Piſo adverſus metum: Germanicus ne minari videretur.*

Reſpond.
Hunco
Volzio,
Cammin.
Pomer.

198. *Amici accendendis offenſionibus callidi, intendere vera,*
aggerere falſa, Piſonem & Plancinam variis modis criminari. Hæc
peſſima iræ apud Principes, alias indignationi faciles, incitamenta
& tranquillitatis impedimenta, turbarum fomenta. Ita veto in au-
lis quotidiana, ut vix evitanti, nedum tolli poſſunt. Alios adulatio,
alios lucri ſpes, alios fervor inconfideratus, non paucos falſa magna-
nimitatis ſpecies exagitandæ bili promptos facit. Prudentiæ ſingula-
ris repugnant Politici amicorum affectibus alienis blandientium mo-
tus rectè diſcernere. Quod aſſequi raræ felicitatis. Idcirco meli-
oris conſilii præcavere. Quod ſi ſi de offenſis non audiantur alio-
rum, quam de quorum fide & prudentia certo conſtat, judicia, *uti
Cominaus ſuadet,* nec de inimicis falſa dici impunè ſinantur.

199. *Quaquam acerba Germanico, quæ ſuperbè & contu-
maciter agebat Piſo, tolebantur tamen.* Ars primæ regni poſſe in-
vidiam pati, *inquit Seneca in Herc. furent.* De quâ idem *lib. l. de
Clem.* pulchrè ſcribit: *Scito magnum & honeſtum vindictæ genus
ignoscere & magnam fortunam magnam decere; cujus eſt
proprium, placidum tranquillumq; eſſe, & injurias atq; offenſiones
ſuperne deſpicere.* Hoc adverſus injurias remedio ulus Tiberius

Sueton,

Sueton. in Tib. cap. 28. Quod vindicta tutius juxta & honestius magnis viris esse usus docuit.

200. *Miserat Artabanus legatos amicitiam ac fœdus memoratos & cupere renovari dextras*, quæ signum pacis & amoris habebantur, *ut proluxè declarat Camerar. cent. 1. Op. Subcis. c. 35.* Renovatio non temporarii modò sed etiam perpetui fœderis esse potest, dum sociis placet post certa intervalla renovandis, quæ memoriâ forte obliterari possunt, conventus & solennia instituire. Vallet v. nonnunquam etiam non renovatum, nonnunquam omisâ renovatione perit, prout lex conventionem expressa est. Hoc sub *Συμμαχία* Politicorum hæret. Quod præstantius? Inire scdus cum pacto de renovando temporaneum, an perpetuum sine renovandi conditione? Posterius probat *Kirchner diss. Polit. 17. th. 1. lit. K.* Prius *Bodinus lib. 5. de Rep. c. 6.* Huic calculum adjicimus, nisi variis terum momentis, quibus tempus præfixum medetur, ut si non placeat societas, discedere nec invitum detineri liceat. Ita & continuandi & abruptendi arbitrium erit, quod perpetuo vinculo contra commoda & occasiones sæpè astringetur.

201. *Daturum Artabanum honori Germanici, ut ripam Euphratis accederet*, Legati referunt. Congressus & colloquia magnatum uti semper periculis obnoxia, *juxta Comina. lib. 3. Comm.* ita cum necessaria, cautè instituenda, ut & securitati congreduentium & honori cõsulatur. Illi prospectum putant principes si inter congreduentes flumen medium infidias prohibeat. Sicut *Arminius & Flavius sup. b. l. Civilis & Cerialis Tacit. 5. Histor.* *Ludovicus II. Gall. R. cum Sancto Pauli comite P. Emil. lib. 10.* *Ludovicus Sfortia Mediolani Dux cum Rege Galliz, Guicciard. lib. 4. Histor.* congressi. Hunc observat plerumque in eo, quod ad locum destinatum prior veniat qui dignior, ut alteri honoris cauta ad hunc accedere videatur. *Franciscus I. Gall. R. cum Pontifex Masiliam venisset, et si eadem nocte eidem officia præfens exhibuisset, tamen urbe postea excedens, postero die demum cum comitatu in urbem rediit. Guicciard. lib. 10. Histor.* Idem ille, cum Bononiæ cum Leone 10. colloquium placuisset, observarat, ut post hunc biduo illuc accederet. *Guicciard. lib. 12.* Hinc *Margarita Caroli*

Caroli s. Imp. amyta & Aloysia Francisci x. R. matri tanquam dignitate paribus complacuit eodem momento per diversas Cameraci portas hospitia contigua ingredi. *Guicciard. lib. 19.* Quae honoris solennia non frustra illustres custodiunt, dum ex neglectu vanorum etiam contemptus nascitur.

202. *Proceres gentium*, concipiendis odiis faciles, *propinqua nunciis ad discordias trahere*, vicinis Principibus pro arte habetur, dum in aqua turbida felicem piscationem sibi spondent. Tum vero impiam juxta & fidei adversam asserere non dubitamus, si nulla ex causa justa vicino perniciosissimum malum conciliat.

203. *Germanicus Aegyptum proficiscitur, cognoscenda antiquitati*. Ita peritissimus adhuc peregrinatur. Videant ex hoc exemplo illustri imperiti, quid de Peregrinationibus sentiendum, quas multi damnant. Ego prudentiae magistras asserere non dubito.

204. *Antiquissimi cognoscenda*, multum tribuit Germanicus. Damnant istius studium multi. Et fastidiisse Antiquarios Augurium refert Sueton. in *August. c. 86.* Caeterum hic veterum memoriae aliis exequentissimus *Gell. lib. 10. Noct. Attic. c. 24:* de molestis & improbis Criticorum anxietatibus absolutae in loquendo venturatis, quam exultae per usum linguae potius studiosis sensit. De quibus si & illi sentiunt, subentes assentimur. Caeterum veterum mores & gesta scrutari laudabile & utile studium censemus. Ad illud Imper. Justinianus incitat, cum nihil antiquitatis ignorandum *S. 1. l. de Testam. Ordin.* nec ejus contemptores nos esse debere moratione beatam vitam optime institueret, responsum ab Apolline: *Siconcolor feret morsu.* Quod ubi intellexit, ad veterum monumenta volvenda se contulisse fertur. *Suidas. Theodosius ap. Claudian. de 4. Hon. Consul. id studium ita filio successori imperii destinato commendat;* *Et quae mox imitere, legas, nec desinat unquam.* *Tecum Graja loqui, tecum Romana vetustas, &c.*

205. *Multa in vulgus gram Germanicus usurpavit.* Uti sub ingressu provinciae Principem decebat. Ex istis, quod (1) *cura provinciae pretendebatur*, quam susceptam magni faciunt provinciales, (2) *levavit aperit horreis*, (quae erant publica frumenti, annonaeque recepta-

receptacula in singulis provinciis & urbibus erecta, ut ad necessitates ibidem necessaria reponerentur *l. 2. § 101. tit. C. de cond. in bor. publ. ib. Cujac in Comm.*) *pretia frugum*, dum præbita ex publico annonæ, viliores comparationem effecit. Hoc nihil gratius populo, qui vilis humi serpit, nec unquam sublimibus assurgit, si victu fruitur. Vulgo una ex Republ. annonæ cura: *inquit Tacit. 4. Annal.* duas tantum res anxius optat. Panem & Circentes. *Juven. Sat. 10.* Hinc annonæ habitam curam, blandimentum plebis, dicit monstratq; *Livius lib. 2.* De Julio Cæsare *Lucanus lib. 3. de bell. civ. canit: Gnarus & irarum causas, & summa favoris Annonæ momenta trahi.* Docent Israelitæ suo exemplo sub gravissima servitute Pharaonis ob oillas Ægyptias esse non raro optantes, *teste Sacra Historiâ.* Præterea (3) *sine milite incedere.* Nam & id ad alliciendos animos spectabat, demere quæ terrere poterant, *vid. sup. thes. 185.* (4) *pedibus incedis.* Non planè nudis, *ut putat Dempster. in Paralipom. ad Rosin. lib. 5. antiq. Rom. c. 26.* sed soleatis aut crepidâ saltē tectis: Ita ut verba calceos Romanos respiciant, qui non imos solum pedes, sed tibias tegebant, *soleæ v. calces saltē. Rosin. d. c. 36. Lips. in Comment. ad b. loc.* Quæ vero Romani in omni remissione, per convivia ludos & otium soleati incedebant, imaginem pacis & concordiæ Germanicus ostentare cupiebat. (5) *pari cum Græciæ amicitia.* Nempe pallio cinctus, quod ita Græcorum, ut Romanorum Toga vestimentum fuit *Rosin. lib. 5. Antiq. Rom. c. 31. pr.* Eo uti Romanis probro datum legitimus. *vid. Rosin. d. l. 5. c. 32.* Post Scipionem tamen Germanicus conciliando favori similitudinem habitus servire non frustra putavit.

206. Inter alia *dominationis aræana* hoc Augustus habuit, ut Senatori extra Italiam peregrinari non liceret, *Dio lib. 52.* ne militum provincialiumve studia conciliandi esset occasio. Imprimis vero *vetitum ingredi senatoribus aut equitibus Rom. illustribus, seposuit Ægyptum.* Duplicem Historia causam tradit (1) *ne fame urgeret Italiam quicquid eam provinciam claustra terra & maris, quamvis levi presidio adversum ingentos exercitus infedisset.* Hinc Vespasianus adjecit imperio consilium, quando Ægyptus obtineretur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentiq; ad deditonem subigi.

Tac.

Tacit. 3. Hist. Quare aurelianus Imp. Saturnino limitis orientalis ducatum committens, sapienter mandavit ne *Aegyptum* attingeret. *Vopisc. in Saturnin.* (2) in provinciam turbidam & seditiosam noluit nisi fides ire: unde dominationi suæ periculum. Quos Noster lib. 1. *Histor.* exprimit: *In hisum expedire, ait, provinciam aditu difficilem, annonam secundam, superstitione ac lasciviâ discordem & morabilem, insciam legum, ignarum magistratum domi continere.* Eo nomine *Aegyptum* suspectam quod; habuit Alexander Magnus, qui ideo in plures provincias eam distribuit; miratus naturam & munimenta ditionis: & intutum existimans unius imperio totum regnum committere. *Arrian. lib. 3. Histor.*

207. Memoranda *Aegypti* Noster hæc recenset. (1) *Peterum Thebarum magnæ vestigia.* Ex sitæ in regione Thebaida, à Busyri condita; 140. stadiorum ambitu. Plures Thebas *Historia* refert: Alia in Bzotia, *Herculis & Bachi patria* à Cadmo condita, ab Alexandro M. ditata; alia in Theffalia; alia in Lycea alia juxta Miletum in Ionica. *vid. Alex. and. ab Alex. and. Gen. dier. lib. 6. c. 2. Ubi alias adhuc refert.* (2) *In struclis molibus literas Aegyptiacas.* Hæ erant animalium figuræ per quas primum mentis sensus effinxerunt & antiquissima monumenta literis mandarunt. *Herodot. lib. 2. Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 2. c. 39.* Cujusmodi literis etiam Phœnicæ usus idem refert. Illæ priorem opulentiam complexæ. Hoc apud illos monumentum memoriz. Quo ipso Romanos pariter usos infinitæ inscriptiones, quas *Historiæ* continent, ostendunt & Romæ ex aliis structuris, tum verò ex columnâ Trajani hodiernum discitur. (3) *Memnonis saxæ effigies, in templo Serapidis Aegyptiis Thebis posita, quæ ubi radiis solaribus ista est, vocalem sonum, mane suavem, vesperiq. c. s. Strabon. lib. 17.* (4) *Instruclis montium eductas Pyramidas, de quarum admirandâ structurâ. vid. Herod. lib. 2. Plin. lib. 36. c. 12. & 13. Sabell. lit. o. Enne ad. 1.*

208. Ex in ventum *Elephantinen ac Syenen*, (sitæ ad Nili *Cataractas*) claustra olim *Romani Imperij.* Sub Augusto nempe cum ab Oriente *Euphrates*; à Meridie Nili *cataractæ*, deserta *Africæ* & mons *Atlas*; ab Occidente, *Oceanus*; à Septentrione, *Damibus* & *Rhe-*

& Rhenus, illud clauderent. Sub Trajano ubi *Noster* vixit scriptumque, latius patuit, & latissimum ac unquam fuit. Ille enim ab Oriente Arabiam, Armeniam, Mesopotamiam; à Septentrione Daciam adjecit. Hinc *Noster*: *nunc rubrum ad mare* (quatenus in hoc nomen & Indicum, quod ab extremo sinu Arabico in auream Ptolomæi Chersonesum se protendit, & ita latius quàm hodie extensum,) patescit. *vide pulchrè Lips. libr. 1. de Magn. Roman. cap. 3.* Nunquam verò à Romanis universo orbi imperitatum. Liberos agnovère populos regesque *l. 7. pr. S. 1. l. 19. ff. de Capt. & postlim. rev. l. 4. C. de commerc. & mercat. imò & hostes l. 16. l. 17. l. 21. ff. de Capt. & Postlim.* Unde verò quod orbis mundive Dominus Imp. dicitur *in l. 9. ff. ad L. Rhod. de Jact. l. 3. in fin. C. de Quadr. prescr. l. 1. pr. C. de Rapt. & alibi?* Id negaturum Hæreticum Bartolus *in l. hostes. num. 7. ff. de Capt. & postlim.* proclamât. An fortè ad pompam saltem, ut pleraquè principum, scriptum; ut *Bodin. 1. de Republ. cap. 9. ait, aut jurt. Oldrad. consil. 69. num. 6. per hyperbolem, vel ex Chassanæi in Catal. glor. mund. p. 2. consil. 32. mente satyricè de mundo muliebri*: An respectu majoris partis mundi, quam Romani tenuerant. Neutrum aridet. Sed illæ voces secundum subjectam materiam accipiendæ de eâ mundi parte cui præfuerit Romani; quæ alibi orbis Romani adjecto epitheto vocatur *l. 17. ff. de Stat. Roman. l. 2. C. de Jurejur. propt. celtum.* quemadmodum orbem Christianum, orbem Hispanicum dicere solemus.

209. Mirum forte nonnullis quod *Drusus* inlicenti Germanos ad discordias haud leve decus quasivisse dicitur. Sed rectè inter hostes quorum vim an quis ipse an per ipsos fragat nihil interest. Licet studium ferendi rixas improbum & pro commodis quoque nostris damnatum, belli tamen jura nocendi licentiam laxam præstantia defendunt. In hanc sententiam itum. *ap. Tacit. lib. 12. Annal. Omnes scelus externum cum latitiâ habuendum. Semina etiam odiorum jacienda, ut sæpè Armeniam specie targitionis turbandis Barbarorum animis præbuerint, &c.* Sic mirâ arte & calliditate Carolum 5. Imp. animos Germanorum Principum inter se commississe, aliis spe, aliis metu in suas partes pertractis ut sibi invicem exitio fuerint, & re-

& religionis libertatisq; spreto periculo arma pro patriâ stringenda in se converterint, scribit *Tbman. lib. 4. Histor.*

210. *Catalda dubiis rebus Marobodus ultionem ausus.* Id commodum ultionis tempus Annib. Scotus *ad b. l. judicat.* Ego secus existim. Miserum qui infestat, alteri prædam, sibi molestiam, sæpe & perniciem accelerat. Naturale enim studium se summq; sanguinem redimendi est, quod non modo auxilia alib. querit, sed & si cadere necesse sit, inultum esse saltidit. Ad a gustas redactos suâ servitute & miserâ apud potentiores ambit one faciles opem & solacia sibi citius pacisci, adversariis turbas & pericula mercari, quàm palmam in vadentibus præbere, Historia testatur. Quisq; n. lubentius quod hostis minatur amico in se permittit, quàm ut hosti concedat.

211. Prudenti consilio, ut ut haud æquè justo, *Catalda* ultionem & dominationem molitur, potentia in alieno occupandæ principia feliciter tentans (1) *Valida manu fines Marcomannorum ingreditur*, quæ munimenta ipsi, terror adversantibus, illecebra nova cupientibus. Utriq; diversa licet ex causâ, dum vim metuunt, gratiam prævacam præoccupare quàm vim experiri student. (2) *Corrupte primores ad societatem.* Hoc proprium prudentiæ conciliare libi animos hominum & ad usus suos adiungere. *Cic. lib. 2. Offic.* Ista ars frequens inter principes, quam *Lipsius* mediam fraudem, quasi inter virtutis & vitiorum confinia fluctuantem appellat. *Lips. l. 4. Polit. c. 14.* (3) *Irrumpit regiam castellumq; juxta situm.* Munitionis locis diuisionis insidari prima cura alieno imperio insidiantibus. Ista autem felix, quâ sedes & caput imperio occupatur. Unde mutationis non modo prælagium, sed & grave primordium.

212. *Jus commercij negotiatores Rom. suis ab sedibus hostilem in agrum transtulit.* Sed quale illud? Ex gentium communi more? Hoc non puto. Tempore n. belli cum hostibus commercia, non modo in mercibus speciatim prohibitis, ut nonnullis persuasum, sed universis illicita esse jure declaratum, *l. 1. l. 2. C. qua res exports. l. 4. l. fu. C. de commerc. c. significavit. 11. c. quod olim. 12. ib. Panorm. x. de Sancen. Alexand. consil. 130. num. 1. vol. 7.* Ex istis enim varia incommoda metuenda; dum inde hostes instruuntur subsidis, & consiliis, arcana alieni regni scrutantur, occasionem multiplicis corrupti.

b Trajano ubi *Nasser* vixit scrip-
ac unquam fuit. Ille enim ab O-
potarriam; à Septentrione Da-
rubrum ad mare (quatenus in
extremo sinu Arabico in auream
indit, & ita latius quàm hodie ex-
lib. 1. de Magn. Roman. cap. 3.
erit orbis imperitum. Liberos
pr. 5. l. 19. ff. de Capt. & possim.
ame & hostes *l. 16. l. 17. l. 21. ff. de*
Lobis modive Dominus Imp.
l. 1. 3. in fin. C. de Quadr. præf.
negatorum Hæreticum Bartolus
proclamat. Ad fortè ad
scriptum, scriptum, ut *Redin. l. de*
ad. consil. 69. num. 6. per hyperbo-
lor. mund. p. 2. consil. 32. mente sa-
An respectu majores partis mundi,
centrum ardet. Sed illæ voces
accipiendæ de eâ mundi parte
ubi orbis Romani adjecto epithe-
man. l. 2. C. de Turcor. prop. de
Chr. Atanum, orbem Hispanicum

is ad *Draus* in hunc *Germanos*
de *sedent.* Sed redè inter ho-
res pios frangat nihil interest. Li-
bitæ & pro commodis quoque no-
at concordiam laxam præstan-
grammum. *4. Turc. lib. 12. Annal.*
de Turcorum. Seminatam odio-
de regnum. *carbandis Barba-*
am ad *zoc* & cillidare Carolum
nam inter se commississe, aliis
aut ut libertatem extio fuerint,
& re-

corruptionis, proditoris insidiarum nanciscuntur: Quæ etsi utrinque bellantibus pateant, utilius tamen cessetur neutri patere, quam in consequendis aut experiendis ambigua sollicitudine periclitari, & incipiti præventionis momento confidere. Cui consequens ut nemo sine impetratis salvi conductus literis in hostilem ditionem abire: ibi repertus capi, instar captivi tractari, bona ejus proscribi possint. Sub induciis verò, præsertim longioribus, jus commercij redire solet. *Alexand. d. conf. 138. n. 2.* Idque *Noster* procul dubio respicit. Cæterum ut Reges & Regna isto jure, quod commerciis mutuis interdicit, strictè utantur haud semper æque proficuum: Maxime illis, qui suas ditiones negotiatione celebres & opulentas subsidiis & flore spoliaturi aut hostibus per commercia alibi vires quaerendi necessitatem imponent. Hac in re à se erratum fatetur Albanus cum Anglicam negotiationem, quæ opes Belgicæ non parum constabant in Belgico prohiberet, unde Angli pannis Hamburgum missis commercium mutato foro à Belgio in Germaniam transtulerunt *Thuan. lib. 46.* Quam noxiè ab Hispania negotiationes Unitorum Belgarum exulare jussæ fuerint testatur initium Navigationis Indicæ ab istis susceptæ. Quam majori commodo quietam Hispanus servare potuisset, si non florentem mercaturâ gentem à propinquioribus commerciis exclusisset.

213. *Maroboduo undiq; deserto usque non aliud subsidium quam misericordia Cesaris, scripsit Tiberio, non ut profugus aut supplex, sed ex memoriâ prioris fortuna, quæ tenax semper in magnis animis. Exemplum in Mithridate. ap. Tac. lib. 12.* Johanne Friderico Saxoniz Elect. apud Carolum 5. Imp. captivo. *Thuan. lib. 4. Histor.* Sed decora ista magnanimitas magis quam utilis. Dum enim sub superbiz specie sine viribus se ostendat, offensam pro beneficiis plurimq; parat. Prudentius Franciscus 1. Gall. Rex qui captivus potius quam Regali animo ad Carolum 5. scripsit, sed ubi conditiones indignæ præscriberentur invictum animum ostendit.

Guicciard. lib. 16. Histor.

DISCURSUS POLITICUS X.

ex Lib. II. Annal. Tacit.

214.

Negotiatores reperti, quos jura commercij, dum cupido augendi pecuniam, postremum oblivio patriæ, suis quemq; sedibus hostilem in agrum transfudit. Adeo mercandi præceps cupiditas circa omnes terras, circa maria spe lucri ducit. *Senec. de brev. vit. c. 2.* Nam dum questui se mancipant homines & lucello inhiant, omne pro hoc leve ducunt. Quod cum pulchrum adnumerare voluit, vitæ ignobilis Aristoteles eos ne civibus qui frustra colligunt Politici Mercatores ad consilia, quasi nec decus, nec incorruptum animum ad ea afferre possint, non facile adhibendos principibus, nisi forte iis in rebus publicis, quæ mercaturâ florent & ubi mercatura ab honestioribus exercetur. *vid. Lips. lib. 3. Pol. 6. in fin. & ibid. in not.* Sic apud Romanos questus omnis indecorus Senatoribus vitus. *Liv. lib. 21.* Idem Lacedæmonii judicabant. *Fr. Patrit. de Republ. l. 1. c. 8.* Thebani lege vetuerunt admoventi ad imperium qui decennio à commerciis non abstinisset. *Aristot. 3. Polit. 3.* ubi regimini mercatores incapaces pronunciat.

215. *Multis nationibus clarissimum quondam Regem ad se vocantibus Romanam amicitiam prætulisse.* Maroboduus perscribit, tum ut magnitudini Rom. blandiretur, tum ut per Zelotypiam fieri deliorem amicitiam sibi pararet. Hanc ex Stoicorum sententiâ Cicero definit ægritudinem ex hoc, quod alter quoque eorum, quod is concupivipotiatur: *Cæmærius* metum ne quis commune habeat, tum quod esse velis. *cent. 1. op. Subcis. c. 53.* Isto affectu vehementer animos permovere, eumque injiciendo ad se affectus perducere insignæ *σφίσια* Politicum censetur, quo Sejanus itidem usus. *Tacit. lib. 4. Annal.* Et nulla re citius allici suspicaces potentum mentes suo exemplo *Cornelius Medices* docet, qui cum ad impetrandam Senensem ditionem multa apud Philippum Hispaniæ Regem perpetram tentasset, famâ sparsâ quod Galliæ Regis amicitiam captaret, impetra-

Respond.
Iacobo
Sebastian
no Lau
renberg.
Rostochi
ensi.

impetravit. *Cyn. lib. 6. d. vet. Cosm.* Simili felicitate eundem affectum movit Franciscus Cosmi filius, cum nuptias Joannæ Austriæ ab aliis magnis principibus desideratæ ambiendo, post merita Cæsari exhibita, quasi Galliarum Rex de sorore sibi desponsanda spem fecisset, memoraret. Unde factum ut à Cæsare qui sibi quam Gallo eum amiciorem cupiebat cœteris præferretur *Thuan. lib. 35. Hist.*

216. *Responsum à Cæsare datum Maroboduo, bono tempore sedem in Italia fore.* Id humanum hospitio afflicto excipere, & sub Romanâ potentiâ contra Catualdam tutum. Sed nonnullis periculosum, qui in unum beneficio à multis odium & indignationem sibi parant; iis præsertim, quibus jure aut injuriâ amicus inimici inimicus est. Quam invidiam incurrit Henricus 2. Galliarum Rex cum Albertum Brandeburgicum reciperet: quod literis ad eum datis ægrè se habere Principes Imperii significarunt. Sed eam elegantiam scripto diluit, ostendens quam gloriosum sit in afflicto hospitalitatem exercere. *vid. Thuan. lib. 13. Hist.* Id controversum, An socius salvo jure societatis, quo alienos subditos sub parocinium recipere vetitum, exules benè recipiat? *Affirm. Bodinus lib. 5. de Rep. c. 6.* cui assentior si de nudo hospitio quaeritur. Auxilia vel consilia præbentem contra jura amicitiae agere verius puto. Ita Henricus 2. *ap. Thuan. d. l. in epistolâ distinguit.*

217. Præter tutum accessum, securum quoque abitum Maroboduo Tiberius spondet, *sin rebus suis aliud condideret, abiturum fide quâ venisset.* An v. iste sine hac sponcione expressâ denegari potuit? Negamus ex legitimâ sententiâ. Quia quivis salvus conditus liberum discessum, etsi de eo nihil literarum habeant, continet. *Gail. 1. Obs. 52. n. 5. Felin. ad c. 2. de Treug. & Pac. Premus tr. de Secur. promiss. q. 6.* Nec enim securè venire dicitur, cui non est permittitur securè recedere. *Coler. de Proc. exec. part. 4. cap. 1. n. 220.* Id quod in Principum promissionibus, quibus exuberantior fides inesse debet, multo magis subintelligitur. *vid. Arum. ad A. Bull. discurs. 1. tb. 20. Wesenbec. conf. 55. n. 1.*

218. Prudentius Dux virtutes & vires hostium extollit, quam ut contemnat. Inde victor & victus gloriam majorem aut minus dedecoris capit. Id à Tiberio factum sæpius *Noster* notat. Ita & hic

hic primò magnitudinem viri ^{75.} sc. Marobodui, violentiam subiecta-
rum ei gentium, & quam propinquus Italia hostis, hoc jacto funda-
mento, sua in eo deservenda consilia exulit. Eo laudabiliora quo dis-
filiora sunt.

219. Maroboduus Ravenna habitus, si quando insolescerent
Suevi, quasi rediturus in regnum ostentabatur. Insigni arcano Po-
litico. Quod usurpant prudentes ad aliena regna turbanda vel sibi
allicienda aut peregrinæ dominationis invidiam leniendam. His
nihil propius servit, quam si veterum Principum sanguis gentibus
naturaliter gratus ostenditur & offertur. Hoc consilio Tiberio pla-
cuit turbantibus Parthis Phrahatem genus Arsacis ripam apud Eu-
mesticâ unum ex regulis Britannia exceptit, ac specie amicitia serva-
vit. Tacit. in Agric. Procopius tyrannus Constantii Imp. filiam par-
vulam cum matre Faustina in agmine & acie in lecticâ circumtulit,
ut pro imperiali sanguine eo audentius pugnarent milites, Amm.
Marcell. lib. 26. Occupatâ Sicilia Petrus Arragonius Manfredi fi-
liam Constantiam uxorem suam ad confirmandos Siculorum animos
præmisit. P. Emil. lib. 7. Histor. Inter Gallos & Hispanos gli-
scentibus de Ducaru Mediolanensi diffidiis Maximilianus, dein
Franciscus Sfortia, quia earum id is nomen populo præfecti sunt
ut Ducis, præter titulum, modicâ potestate. vid. Parut. in Histor.
Venes.

220. Maroboduus consenuit multum imminutâ claritate ob
nimiam vivendi cupidinem. Mala hæc res est, unde scitent exami-
na vitiorum G. Pachym. Histor. lib. 12. Qui nihil habet in vitâ jucun-
dius vitâ, is cum virtute non potest vitam colere. Cic. lib. 1. Rhet. Spes
vitæ enim magnos animos plerumque infringit. Tac. lib. 5. Histor. in
fin. Hinc Seneca scite admonet: Hoc unum discas vitam contempne-
re. Nemo illam bene rexit, nisi qui contempserit.

221. Barbari utrumq; Maroboduum & Carualdam comitatis
Danubium ultra inter flumina Marum & Casum locantur. Haud
permisere Romani in suâ gente eos degere, ne quietas provincias
immixti turbarent. Peregrinorum receptio multis incommodis
afficit rempubl. Inde enim corruptio morum, subactio jurium
famili-

familiarum, lites infinitæ, seditiones, & non raro veterum civium ejectiones, sicut id gentium migrationes, *quas eruditiss. tractatu descripsit Wolffg. Lazius*, probant, & multis exemplis docet Aristoteles *lib. 5. Polit. c. 3.* ad quem brevitate causâ me remitto. Simile Budæ factum refert Fulgol. *lib. 9. c. 7.* Id verò non illuc extendimus, ut nullos peregrinos recipiendos esse putemus, sicut in eâ hæresi Spartani fuerunt, quibus non immeritò exprobat *ἔξωλασία*, hospitiū expulsio; Quod & humanitati naturali, & utilitati publicæ civitatum, quæ ex alienigenis florem & incrementa sumunt, (uti exemplo Romanæ Canulejus *ap. Liv. lib. 4.* iudicat: *Dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit Rom. Imperium &c.*) adversaretur; Sed ita intellectum volumus ut in bene constitutam rempubl. tantus exterorum ex eadem gente provenientiū numerus simul semelq; non recipiatur, qui genuinos cives æquet, æquis iuribus fruatur, neque obsequium nec ad natalem geniū salutaribus legibus flectatur. Cui rei consulitur per statuta locorum, ut intra certum tempus sub pœnâ exilii quisque incola alieni soli nomen magistratui profiteatur & in leges civitatis juret. Nunquam verò salutare est peregrinos numero & iurē superare. Inde namq; præcitata mala, quæ non erumpent, si isti illis cedere cogentur.

222. Suprà *b. lib. 2.* Germanicum Tiberius monuit *se plura consilio quam vi perfecisse.* Ea de causâ Nostro hic *Lazius*, quia *pacem sapientiâ firmaverat, quàm si bellum per acies confecisset.* Sic & alibi Noster *lib. 6. Annal. destinatum ipsi consilio & astu, rem moliri, arma procul habere.* Laudabile & prudens institutum, quod armis semper præferendum. Id verò se exeret per infinitos modos, quibus citius decipiuntur & subiguntur hostes quàm ut armis subjungentur, *de quib. vid. Forstner. ad lib. 6. Tac. & sparsim scripsi.*

223. Laudatur sapientia Tiberii, *dum Rhescuporim Thracie regem astu aggreditur.* Hic verò sub amicitia velo tegebatur. Id doli pallium apud potentiores frequens. Et licet alio mercimonii genere familiaris splendor debonestari putetur; amicitia tamen negociari & augere res suas regium habetur. Pervicacissima ars aula est, amorem fingere. Quid magis solenne apud Principes ac inter occultas simulates, donis & legationibus nova regna, conjugia, victo-

victorias, sutos liberos apud infensos gratulari? Cæterum ut per sacra amici jura innoxios fallere turpissimum: ita per amoris simulationes, quos coercere aut invadere justum est, sine sanguine & vi jura prosequi & tueri non est iniquum. Sed hic mulum interest fide, an specie amicitia decipias. Illa nunquam fraudem tegat. Nam & hosti data servanda est, nedum amico. Hæc extra perfidiam crimem est apud decipientem; & decepti nimis securâ credulitate excusationem habet. Cave a, sine necessitate & jure ad hanc fraudem accedere.

224. *Defuncto Rhemetalce Augustus partem Thracum Rhescuporidi fratri ejus, partem filio Cotyi permisit.* Haud jure; quo in successione nepos ex fratre præfertur patruo, sicut rationibus & exemplis demonstrat *Tranquill. de Jur. Primog. q. 40. per tot.* Ex utilitate tamen imperii visum; cujus causâ jure civili multa contra rationem disputandi constituta sunt. *l. 51. §. fin. ff. ad L. Aquil.* Prævidens ex ambitione Rhescuporidis lites & turbas, viam elegit, ut utrumque tranquillè potius quam totum inter turbida sine fructu possidens ex ambitione Rhescuporidis lites & turbas, viam elegit, ut utrumque tranquillè potius quam totum inter turbida sine fructu possidere. Sic litium amputandarum gratia mediam viam eligi potius quam strictum jus persequendo animos propinquiorum irritari expedit & juri congrua. *vid. Tessaur. decis. 98. per tot.* Sed fefellit Augustum spes sua.

225. *Subdolâ concordia Rhescuporis & Cotys primum egere.* Frequens ista inter Magnates, præprimis sanguine junctos. Pejor & periculosior manifesta irâ. Hanc cavebis aut placabis. Illam te intelligere cum discrimine tuo intelliges, nullò studio vitabis nisi prius offensæ odiique initium causamque præbuisse videri velis. Tutius tamen in pari potentiâ maturè detegere intellectum fraudis, quam in occasionem adversam fovere.

226. *Rhescuporia conanter vim Cotyi facere, quem auctorem utriusq; regni, si sperneretur, vindicem metuebat.* Ita fides, præsertim magnatum, obsecundat tempori. Non chartæ, inquit *N. Machiav. lib. 3. Histor. Florent.* & scripturæ, sed vis ac necessitas principem ad servandam fidem adigit. Exemplo Græciæ civitatum docet Thucyd. *lib. 1. scribens: Si quando juramento se invicem, præ-*
senti

senti confritti necessitate adessent, tum diu id ratum fuisse, dum nullum aliunde subsidium sperare posuerunt: ubi alteri parti fortuna aliquas spes affulsisset, protinus alios per fidem magis, quam deceptos, quam ex aperto aggredi jucundius fuisse; hisq; malis artibus superiorem industria famam consecutum. Laudent hoc alii, & qui Politici nomen captant; Sed ego improbum puto, alibiq; fusius ostendi.

227. *Audita mutatione principis immittere Latronum globos.* Sub novo principe ordinarium malum, novæ turbæ. Dum nempe turbandi licentiam & occasionem sibi quisque captat studio mutandi quod firmatâ potentâ veteri anhelare non audet.

228. *Nibil a quâ Tiberium anxium habebat, quam ne composita turbarentur.* Hoc cum semper curandum, tum vero sub novo imperio, quod pace opus habet, donec stabiliatur. Ideoque contra leges moresque turbaturis quædam permittere potius, ut objecto bolo desistant, quam imperiosè obviam eundo accendere contumaciam, à Politicis probatum, sicut David id consilium probat. 2. *Samuel. 3. n. 28. seq.*

229. *Diligit Tiberius Centurionem, qui nunciaret regibus, ne armis disceptarent.* Summa autoritas tranquillitatis vinculum apud Roman. exstitit. Istâ Senatus vel Princeps, si turbaretur ab armis discedere, jure experiri jubebant: reluctantis vindex gladius imminabat. Indignum visum ut ad arma progredi paterentur, quos Prætor sua componere poterat jurisdictione. l. 13. *S. 1. ff. de Usufr.* Unde Principes inferiores quibus jus suum apud superiorem persequi licet, ad judicium martis decurrere vetantur. l. 14. *C. de judic. Heig. pag. 1. quest. 12. n. 31. seq.* Quæ ab iis sine permisso principis geruntur bella, injusta sunt & pro privatâ ultione, inque crimen læsæ Majestatis incidunt. l. 3. *ff. ad L. Jul. Majest. l. un. C. ut us. arm. infc. princ. ib. Luc. de Penn. R. A. de Anno 1555. S. Wo sich aber Gig. de crim. læs. Majest. tit. 1. q. 31 & 53.* Idem pacis publicæ conservandæ remedium Imperatoribus nostris adhuc suetum. Nam ex constitut. Pacis publicæ, mandata avocatoria contra principes imperii & alios, qui his militant cum arma moventur, eaque sine clausulâ, ut solet in rebus ipso jure illicitis, decernuntur. *Consist. P. P. Carol. 5. tit. Von Mandaten des Cammer Gerichts wider die Friedbrüch.*

brüchtigen: *Ord. Camer. p. 2. tit. 9. §. 5.* Und ob sich. Quibus si post factam insinuationem non paretur, ad pœnam banni proceditur, & totum Imperium contra bannitum armatur. *vid. Gail. 1. de Pac. Publ. c. 1. n. 1. §. 3.*

230. Post audita Tiberii mandata, statim dimissa sunt à Corye, qua parvenerit, auxilia. Parum prudenter. Sub clypeo tamen contra inimicum degendum fuisset, si non per arma. Parum tuta per se probitas est. *Salust. in bell. Jugurth.* Nec avocatoria mandata tam præcisè & strictè accipienda sunt, quin tantum armorum retineatur, quod ad defensionem satis est. Uti enim ad propriam salutem principibus inferioribus milites conscribere permissum, *Waron. ab Erenb. l. 1. de Fœderib. c. 2. n. 56.* ita nunquam ad ea avocationes spectare existimo, quæ non minus iniquæ quàm stultæ forent.

231. Imprudentius Corys Rhescuporidis sibi modestiâ postulant, ut in eundem locum coiretur, paret. Congressus principum amicorum à Politicis non sine ratione dissuadentur, sicut supra ostendimus. Quidni igitur insensorum colloquia temerè & periculose institui concludemus?

232. *Alter facilitate, alter fraude cuncta inter se concedebant, accipiebant.* Ut in privatis negociis nemo suum jactare censetur, sed sub facilitate fraus occulta plerumq; latet: Ita id multò magis in publicis actionibus quæ inter magnates instituuntur perimecendum, quo difficilius illi quidquam concedunt; quoque carius levitasque, quoties cum hostes est, æstimant. Non frustra inculantur Politici, in Pacificationibus quod citius ceditur eo minus fidei adhibendum. *Andr. Maurus lib. 9. Histor. Venet.* Id quod tractatus conditio & tractantium mores animique nullo negotio perluadent.

233. Rhescuporis scripsit ad Tiberium, frustra sibi insidias, præventum insidiatorem. Nemo injuriam infert, quin etiam de injuria queratur, ut quod injuste fecerit aliena injuria excuset. Quis ad bellum nullo jure defendendum accedit, nisi culpam in adversarium deriveret? Simile exemplum in Jugurthâ Atherbalem invadente. *ap. Salust. de bell. Jugurth.* Sed nec Rhescuporidem nec alios ea satis regit excusatio. Scite judicat. *ap. Salust. d. l. Micipsa: In omni*

certa-

certamine qui opulentior est, etiamsi accipit injuriam, tamen qui plus potest, facere videtur.

234. *Molliter rescriptum*, ab eo penes quem imperium erat. Ut cui imperare posset, quietis servandæ gratiâ potius imponeret. Juxta vulgatum: *Wer Vogel wil fangen/ muß nicht mit dem Prügel daruntur werffen.* Politicum *σφόδρα* est, præstantius ducere ad jus consequendum aliquid de autoritatis terrore remittere, quàm ipso jure & austeritate contumaciam excitare. Anceps est jure adversus illos agere, qui armis decertare parati sunt. Apud quos jus nisi excussis his ludibrio erit. Imprudentiam non potest non sapere illorum consilium, qui præfractam autoritatem ad negocia afferunt, quibus ista impar est, & non indulgent potius aliquid ut istam integram reservent. Hic rigor notatur in Philippo 2. Hisp. Rege; cujus (ut apud Belgas eventus docuit) minime congruum ad Maximilianum Cæsarem responsum fuit, se omni ratione & modo propugnaturum autoritatem suam, facturumque prius rerum jacturam, quam ut de reputatione quicquam decedere patiatur. *Connex. frag. lib. 4. de Bell. Belgic.* Id quod contra præpropera mandata sine clausulâ non injuriâ opponetur, quæ dum armati perumpere malunt, quam suo dedecore abjecta vi implere & juxta periculum indignationis subire, multum turbarum exoritur, præcavendum si Tiberii hic recensita ars observaretur.

235. Naturæ & Juri convenit quod Tiberius *neg. se neg. Senat. nisi cognita causâ jus dicturum promittit.* Non est ab executione incipiendum. *l. 1. C. de Exec. rei jud.* Unde mandata sine clausula regulariter ipso jure non valent, impunè contemnduntur, *Gail. 2. Obs. 13. n. 1. seq.* Sunt tamen casus in quibus sine citatione & causæ cognitione magistratus jus dicit & exequitur, recensiti in *Ordin. Cam. Imp. p. 2. tit. 23.* ubi quatuor hos leges: (1) si factum omni jure prohibitum nullo modo justificari potest: (2) cum damnium irreparabile alicui inferretur: (3) quando de pace & tranquillitate imperii conservandâ res est (4) quoties ex mora periculum certum, quos *scitè & prolixè explic. Mindan. in tr. de Mandat. Jud. lib. 2. c. 11. quem consuluisse non paritèbit.*

DIS-

DISCURSUS POLITICUS XI.

Ex Lib. II. Annal. Tacit.

236.

Rhescuporia inter metum & iram cunctatus, maluit patriati, quam incepti criminis reus esse. Hic mos & animus strenue sceleratis, ut cum Orthone ap. Tac. lib. 1. Histor. judicent acrioris viri esse, merito perire. Ideoq; ubi ultionem metuunt, lubentius perpetrant, quam inchoant, ut dum impunitati se consulere non possunt, iræ tamen satisfaciunt. Quod huic rei remedium? Lenire aut eludere conatus anceps, præritis cum fastis intelligitur: Præpedire vi & inter semina potius extinguere, quam cum messe concertare nonnullis placuit. Sed haud minus periculose, nisi magna celeritate opprimatur, oppressurus.

Respond.
Iohanne
Iacobo &
Behren.
Rebeck.

237. Mutatio consilii, præterquam quod plerumque agnitam imprudentiam arguit, suspecta semper iis, quos causa attingit. Ideoque quam minime variet, quisquis alteri laqueum ponet. Ita Tiberius placitas semel artes non mutavit, sed defuncto Pando alium eligit.

238. Elegit dolo expediundo Tiberius Pomponium Flaccum veterem stipendii, ideoque fide & prudentia præstantiorem, & artam cum Rege Rhescupori amicitiam, eoque accommodatiorem ad fallendum. Sic Marius decipulis Bomilcaris, quod ei per maximam amicitiam maxima fallendicopia eras, contra Jugurtham usitur. Salust. in Bell. Jugurth. Carolus V. per familiaritatem Lazari Suendii Sebast. Vocgelpergerum capit Tiban, lib. 5. Histor. 4. ubi refert Suendium accusatum multorum iudicio, quasi parum sincerè in negotio versatus, quod egregium virum specie amicitiae decepisset, An verò superioris mandatum deceptores excusat? Hæret, qui quis hæc mandata accipit, inter fidem amico debitam & principi, ita ut aliqua seponenda sit. Etsi verò probè agit, qui deceptionem amici pro virili declinat, ut neutram fallat fidem; Ubi tamen alterutra eligenda est, nō improbè quis fidem superiori servat, quæ omni charitate carior & sanior esse debet, ab omni lege familiaritatis excepta. Modò illæsa

LI

quis

quis suâ conscientia & alienâ innocentia jussui superiori satisfaciat. Excusationem hanc adversus fontes saltem admittimus, quibus ut malitiz non est præstanda defensio, ita excusatus etiam ab amico iusta decipula fruatur.

239. Quam faciles & licite sub honoris specie fraudes sint, supra vidimus. Harum genus hoc loco traditur, cum Rhescuporidi sub istâ circumstantia valida manus; id quod summæ dignitati tributum sæpe legimus. *Tribunus, & centuriones monendo, suadendo, & quanto longius abscederet, quia nihil amplius à denudato metuebatur, apertiore custodia, postremo gnarum necessitatis in urbem iraxere.*

240. Cum in liberis hæreditarii criminis exempla metuantur, l. 5. §. 2. C. de Crim. Les. Majest. & ad vindictæ aut indignationis licentiam per honores & opes Politici pervehi vetent, quorum parentes ob læsam majestatem & commissam feloniam iusta supplicia luerunt, æquâ ratione feuda aliaque successionis illis jura auferunt, d. l. 5. §. 1. de Crim. Les. Majest. c. un. §. si vasallus, 2. F. 26. & c. un. 2. F. 31. sicut id ipsum in Imperio Romano Germanico adversus Principes observatur. v. Gail. 2. de Pac. publ. c. 13. Ab isto jure excipimus merito istos liberos, qui factis parentum, ob quæ in pœnas incidant, resistunt & contradicunt. In his quippe ratio Juris cessat, & iniquitas manifesta aliud exigit. Quippe cum hi præmium mereantur quod charitati paternæ prætulerint rempublicam, non possunt non iniquè avitis possessionibus spoliari. Hinc Tiberius *Rhametalci, quem patris consiliis adversatum constabat, partem Thraciæ concessit.*

241. *Liberis Cotyis nondum adultis Trebellianus Rufus datur, qui regnum interim tractaret.* In successorio regimine id juris morisque, regentium liberos utut infantes, aut in utero existentes ad imperium admitti. Ita ut donec sceptris sufficiant, tutores, qui gubernent ipsorum ætatem & imperium, adjungantur, uti exemplis prolixè declarat Tiruquell. de jur. primig. q. 40. n. 208. seq. Sed quousque in tutela vel curâ erunt? Carolus V. Galliz Rex Lege pragmaticâ primogenitum 14. ætatis anno ad sceptra admisit, ne longior tutela novandi esset ansa. Molina, in Consuet. Paris. tit. 1. §. 29. n. 8. ubi id simul approbat. Electorum filii ex aureâ Bulla anno 18. ætatis non modo Electoratum, sed etiam administrationem ditionum tutores

tores resignare tenentur. *A. Bull. c. 7. A. Knichen. de privileg. non-
 provoc. in verb. elector. c. 5. per tot.* In aliis Regibus & Principibus,
 si lege, & consuetudine aliud invecum non sit, jus commune obser-
 vandum communis sententia tenet, ita ut usque ad 25. annum sub-
 tutore & curatore sint, nisi veniam ætatis ritè impetrent. *A. Corset.
 de Pot. reg. p. 5. q. 86. n. 44. Oldrad. consil. 52. Schrad. de Feud. p. 10.
 sect. 19. q. 45. n. 107.* Id quod in Principibus Imperii declaravit Con-
 stit. Sigismundi Imp. An. 1434. die 8. Martii edita, *quam citat. Andr.
 Gerhard. ap. Arum. I. P. disc. q. 2. & 3.* Hæc verò de ipso regimine
 saltem accipienda erunt, insignia & inaugurationem etiam minori
 ætati attribui posse concedo. *vid. Molin. d. l.*

242. *Rhesusporis fugam tentans, an siclo crimine interficatur.*
 Injuriâ. Esi enim apparitores maleficos, dum capiuntur resistentes,
 etiam vulnerare & occidere, si aliter prehendi non possint, permittuntur, *Constit. Crim. Carol. 5. artic. 150. Bos. in tract. crimin. tit. de
 Captur. n. 12. Menoch. 2. de A. l. 2. cas. 578. n. 1.* id tamen nec aliter
 fieri debet, quàm si isti vim inferant, & cum moderamine inculpatæ
 tutelæ, *Obrecht. de necess. def. c. 6. n. 45. Fachin. lib. 9. controu. 73. in fin.*
 Ideoque fugiens impunè à licitore non vulnerabitur, nedum occide-
 tur, *Fachin. d. lib. 9. controu. 74. Farinac. in prax. crimin. lib. 1. q. 32.
 n. 44.* nisi hi, ut fontem vivum vel mortuum capiant, in mandatis ha-
 berent. *Farinac. d. l.* quæ tamen effreni & cruento hominum generi
 non nisi gravissimis ex causis danda, prudentiores admonet. *Obrecht.
 d. c. 6. n. 49. Peck. de Jur. sist. c. 25. n. 5.*

243. *Germanicus Ægypto remeans, cum Æaqua apud legiones
 jussisse, aboliri vel in contrarium versa cognoscit.* Observa perni-
 ciosiss. factum, duorum imperantium. Qui dum potentia æmuli
 sunt, regni evadunt evasores. *vid. Bodin. 2. de Republ. c. 1.*

244. *Pisonis infesta, Germanico haud minus irâ quam per-
 merum accepto.* Agnoscebat miserabilem sortem eorum, qui inter
 manus hostiles occumbunt. Præterquam enim quod triste, si effun-
 dendus spiritus sub oculis inimicorum foret, cura futuri meritò angit,
 quid deinde miserrima conjugi, quid infantibus liberis eventurum sit.
 Quò incertus irarum exitus, à fortunæ casu procul removeri præ-
 stat, ne iræ hostilis post adempta subsidia hostiæ sint.

247. *Pramia cædi apud interfectorem non mansura* Germanicus prædixit. Eventu Piso comprobavit. Discite scelerum ministri, quàm vanâ spe operam alienæ malitiæ & pesti locetis. Tantum abest ut præmia, utut promissa, expectare possitis, ut potius, qui ea usi vos tanquam exprobrantes aspiciant, ut de graviorum facinorum ministris Noster loquitur lib. 14. *Annal.* sua mandata negent, facti rationem reddi postulent, exemplo Tiberij ap. Tacit. lib. 1. dum sua peccata fateri ac scelerum rei esse renuunt, alienam invidiam objiciant, reos non modò deserant, sed & pro suâ excusatione acrius persequantur. Sic Anicerus, qui cædem Agrippinæ jussu Neronis perpetraverat, levi post admissum facinus gratiâ dein graviori odio fuit. Tacit. 14. *Annal.*

246. *Germanicus componit epistolas, quæ amicitiam Pisoni renunciabat.* Id ex ingenuitate Romanâ, quâ publicè privatimque amicitias renunciare & inimicitias indicere moris, uti testimoniis comprobat Lips. in *Comment. ab h. v.* Inde Livius lib. 6. *Histor.* ait: *Morem fuisse majoribus, quoties dirimerent amicitias, interdiceret domo, eumq; sinem gratiæ ponere.* Nullus dubitò istas renunciationes fucatis amicitijs tectisque odiis non modò honestiores, sed & ad prospiciendum salutis suæ utiliores fuisse. Tutius est ut offendas à quo caveas, quàm ut dum præcavere sine accusatione tui non audes, temerè in laqueum incidas.

247. *Quos invidia erga viventem movebat, in lachrymabant quondam florentem.* Solvit invidiam mors & afflictio, uti Poeta scitè scribit: *Virtutem incolmem odimus, sublata ex oculis querimus invidi.*

248. *Non hoc præcipuum amicorum munus est prosequi defunctum inani questu, sed (1) qua voluerit, meminisse, qua mandaverit exequi.* Id quod pietas desiderat fuci sui ferax, *Nov. l. c. 2. in fin.* Dummodo mandata non lædant pietatem, honestatem, verècundiam amici l. 15. ff. de *Condit. instiit.* nec inepta, l. 13. ff. de *Leg. 1.* ex nimia simplicitate proficiantur, l. 14. §. 5. ff. de *relig. & sumpt. fun.* nec noxia sine commodi spe, l. 5. §. pen. ff. de *Adm. tut. nec stollida, l. 27. de Cond. Instiit.* aut in fraudem alienam excogitata, d. l. 14. §. 6. de *relig. & sumpt.* Hujusmodi negligens voluntates, laudandus potius

potius est quam accusandus, *d. l. 27. pr. de Caudis. Infit.* (2) Ad amici officium pertinet vindicare defuncti necem, cujus inultæ crimen ex jure dicitur, *l. 6. C. de his quib. ut indign.* ob quod hæreditas hæredibus tanquam indignis à fisco aufertur *l. 1. l. 6. l. 10 C. d. tit.* Adeò v. accusandi jus amicis permittitur; *Bald. in l. 1. n. 49. C. qui accus. non poss.* ut etiam scripto hæredi vindicare volenti, si non sit simul consanguineus, præferantur. *v. Farin. lib. 1. Prax. crim. tit. 2. q. 13. n. 34.* Sed ista ex jure; Rara in opere, quo amicitia mortales sunt & cum morte intereunt. Ita fortunam illorum potius quam ipsos fovent. Idque magnis Principibus contingit, ut Galba ad Pisonem apud *Tacit. lib. 1. Histor.* ait, *Ceteri lubentius nobiscum, quam fortunâ nostrâ loquuntur.*

249. Ut nihil in mundo & præsertim ejus teatro, aulâ frequentius, quam ex potentiorum nutu delinquere, ita præter opinionem nullum ad excusanda facinora patrocinium imbecillius. *Fingentibus sceleris mandata*, inquit Germanicus, *aut non credent homines*, qui de Principibus meliora præsumunt, & præsumendo ipsos à defensione sceleris, dum spe aliorum pejores videri nolunt, abducunt, *aut non ignoscent.* Mandatum quippe potentioris nec in pravis excusar delinquentes, nec tegit, cum eis auctoritatem mandans addere publicè nojit, nec, si sapit, audeat, & licet velit, per leges & dignitatem non possit.

250. Quæ afflicta conjugem moribundus Germanicus admonet, prudentiæ aulicæ & civilis, apud eos, qui potentum auctoritatem revereri coguntur, præcipua sunt axiomata: (1) *exuere ferociam* ingratis magnatibus, quia eam metuunt, aut ad sui contemptum facillè trahunt. Id gnarum Salustio Crispo, cui et si suberat vigor, animi magnis negociis par, somnum tamen & inertiam submittere, non bat. *Tacit. 3. Annal.* (2) *sævienti fortuna animum submittere*, non despondendo, quod ignavorum est, sed illam ferendo. Contumacia enim adversa asperat, patientia mollit. Hoc est quod Politicis *Temporizare* seu tempori cedere vocatur. In quo tanquam centro omnis Politica prudentia circumagitur. Illi sunt sapientes, *inquunt Legati Lacedæmones ap. Thucyd. lib. 4.* qui turd res secundas in ambiguo ponunt, & adversas moderatius ferunt. (3) *emulatione*

potentia validiores non irrimre, qui uti pares ferre non possunt, ita nec æmulos. Hinc æmulatio, semen & fomes similitatum, quas alter acuit insequendo, alter reprimendo.

251. Omnis in magnò periculo magnà virtus est. In duos hos scopulos exitiosè pierumque allidit, ut vel arrogantia nimis effe-
ratur, vel invidia supprimatur. Ista propriam cum turpitudine, hæc alienam cum periculo perdit, Mediam sine ambitione & æmulatione viam quisquis tendit, is per majorem virtutem, maximæ virtutis possessor est. Hæc sorte potitus Germanicus visu & auditu juxta venerabili, cum magnitudinem & gravitatem summa fortuna retineret, invidiam & arrogantiam effugerat. Eâ prudenti arte, quâ similiter Agricola, (uti Nostri verba in vit. Agric. habent) nunquam in suam famam gestis exultavit, ad auctorem & ducem, ut minister fortunam referebat, & ita virtute in obsequendo, verecundia in prædicando, extra invidiam, nec extra gloriam erat.

252. Magnam exitiæ virtutis impedimentum est, ex alieno pendere nutu. Unde illa magis, quàm ex hostium vi timida multis occasionibus deesse cogitur. Exemplum addit Germanicus, quæ, si solus arbiter rerum, si jure ac nomine regio fuisset, tanto promptius adsecurum gloriam militiae Noster refert.

253. *Marsus seniori & acrimia tendenti Sentio concessit.* Per-
vicacia in consiliis, præterquam quod stulta, multis rebus & occasi-
onibus impedimento est, sæpè dum inter consulentes contenditur,
commoditas proditur. Hinc sapienter Iocrates in *Panaib.* ait:
Bonos & prudentes, sicubi ipsos errare contigerit, indicata veritati li-
benter assentiri, at vulgus ineptum contumacissimum esse. Quid enim
consilii ab iis, qui tantum sententiis aliorum contradicunt? Quæ
erga eos fiducia, cum consilii, quamvis egregii, quod non ipsi affe-
runt inimici sunt? Tac. lib. 1. Hist. Hujusmodi homines à Senatu
longissimè arcendos, nemo non necum sentit. Cedere prudentiæ,
modestæ & juxta autoritatis est, quæ crebris contradictionibus de-
struitur. *Tacit. lib. 15. Annal.* Modò tamen cum prudentia conce-
datur. Nam ut nulli cedere contumaciæ, ita omni & semper, stult-
tæ levitatis est. *Marsus Sentio cessit, (1) quia Senior? optimè. Non*
errat vetus verbum: Consilia Senum haste Juvenum Lips. 3. Polit.
1.4. (2)

c. 4. (2) quia acrimus tendebat. Et hoc iuste non minus, quam prudenter, si ille ex ratione & consilio. Refractariis & litigiosis haud concedendum, nisi quantum ratio ipsis permittit. *Cboker. in thesaur. Polit. l. 3. c. 18. infra.* Non æstimat rem publicam, qui iniusta causa contentionem pro ea subire recusat. Immatura modestia est indulgentiâ semper peiores fiunt. Nam animi pervicaces, legitur apud *Dion. Halycarn. lib. 2.* cum sentiunt adversarios ad se demulcendos verti, non se moderatores, sed longè tenaciores & duriores præbent. Dignum imitatu Corn. Pisomus exemplum, qui, ut Tacitus *lib. 6. Annal. ait: nullius servilis sententia spontè auctor, & quoties necessitas ingruebat prudenter moderebatur.* Dum cedi pervicacibus nolo, non contumaciam contumaciz opponi volo. Id enim anceps cum prior impudentiâ armata posteriorem superatura sit: Sed specie obsequij regere, & ad omnia quæ agenda sunt, quietâ cum industria adesse, ut sunt verba Nostri *lib. 3. Histor. præstat.* Sic pervicaciam eludet infidiatrix prudentia, ut quod recta tentatum dissidiâ minatur, per obliquas suasiones ad concordiam tendat.

254. Imprudenter inimici mors & adversa per lætitiâ & jubilâ accipiuntur. Quod ad invidiam odiumque; apud amicos, commiserationem inter notos, infamiam apud omnès augendam non potest non nocere. Hoc Piso manifestè expertus, intemperanter accepto Germanici obitu gaudium non modens. Prudentius Cæsar egit ad aspectum capitis Pompeji occisi acerbè lachrymatum. *Plut. in Cæsar.* Ad callidiores spectat quod *Domitius Celer* infra dixit; petuisse Germanicum nulli jactantius marent, quàm qui maximè latantur. Nec simulato luctu in scenis aulicis quidquam frequentius.

255. Anceps & magni momenti consiliatio, quo loco rumores prolati habendi sunt? Quorum contemptum & metum noxiâ contrariis exemplis historia exhibet. Diversis sententiis de hoc sentiunt M. Piso & Domit. Celer. Ita verò ut facilem concordiam admittant, & quod singuli purant, si praxis conjungat, famæ prudenter quis velificatus videatur. Ille neque, suspiciones imbecillas aut inania fama pertimescenda optimè judicat. Fama enim nisi verax sit, longa esse non solet, Diurnitatis fundamentum veritas;

suino-

ruinosum atq; imbecillum mendacium, *inquit Petrarch. Dialog. 130. vid. plur. supr. tb. 126.* Igitur conscius ipse sibi famæ mendacia ridet. Alibi Petrarch. *lib. 2. de rem. fortun. ait: Notum te vulgus faciet, virtus clarum, conscientia securum.* Ita v. si inania saltem fama sint, & nihil inexplabile admissum tuto spernantur. Vera famâ valeſcunt, nisi eam præveheris. Deinde ita spernendi rumores, ut linguas non coerceas, fugias non oppugnes. Citius morâ langveſcunt & percoerent quàm repulſâ. Contempta vileſcunt, agnita pro veris vulgo creduntur, moventur, augentur, & tandem difficulter diluuntur. Hoc est quod *Domitius* prudenter monuit; *relinquendum rumoribus tempus, quo ſeneſcant inter rumores.*

256. Pollicetur *Piso* Parenti ſecuritatem (1.) *quia diſcordia erga Germanicum odio fori aſſe digna non pœnâ.* Nec n. pertimeſcenda inſigni viro facti invidia, quod per leges vindicari non poteſt. Fremant alij, dummodò jure lædere non valeant: Tantum id illum defendit, quantum horum odium impedit. (2.) *ademptione provinciæ ſatiſfactum inimicis,* objectus hoſtili cupidinibolus cætera tutum plerumq; præſtat inſenſum, non ſecus ac canis ſævitiâ objecta oſſa facilè ſiſtunt. Quocirca Politicum hoc non immeritò ducimus, uti nauta jaçtu aliquarum mercium navem & vitam ſalvâ præſtat, hoſtibus quæpiam offerendo aliorum poſſeſſionem ſibi firmare. Callidus & prudens eſt qui voluntati alienæ obſecundare novit. (3.) *quod ſi regrederetur obſiſtente Sentio civile bellum ſuſcipi.* Id quod cuiuſq; bono maximè evitandum, cum nec parari nec haberi poſſit per bonas artes, *Tac. l. 1. ann. & mare omnium calamitatum verè cenſeatur. v. Lipſ. lib. 6. Pol. c. 1. (4.) Non duraturos in partibus centuriones militesq;.* Et ſi n. aſſuebant illi atq; horum prompta ſtudia monebant, uti ſup. Noſter dixit. Haud tamen ſpem in perfidia collocandam *Piso* ſvadet. Rationem addit, *quia recens ap. eos Imp. ſui memoria & penitus infixus in Caſares amor prævaleret.* Hæc prudentia *Pisonis* nos informet quàm anceps, imò noxij exitus, ope alieni & antiqui militis *Domino* vel qui ejus partes ſequitur, inſurgere. Ambigua eſt fides militaris contra juſtam fidem, quam conſcientia adverſus ſcelus plerumq; ſuſcitât, uti l. 1. *latius vidimus.* Stultum fidere militibus, qui unde utilitas oſtenditur, illuc libidinem transferunt. *Tac. lib. 15. Annal.*

DIS-

DISCURSUS POLITICUS XII.

Ex Lib. II. Annal. Tacit.

257.

U Tendum eventu Domitius Celer monet. In isto compendium omnis prudentiæ consistit, ex fortunâ consilia capere & qua casus obtulerit in sapientiamvertere. Tacit. 1. Annal. ubi dicitur. dix. 1b. 126. *Respond. Ioachimo Lindemanna, Rescob.*

Occasio anima actionis est, hosti des. Liv. lib. 22. *Histor.* Id enim viri & ducis est, non deesse fortunæ præbenti se & oblata casu flectere ad consilium. Liv. lib. 28. Perquàm facile est resse Plinio in Epist. præclaras occasiones amittere & contra perquàm difficile adipisci. Quocirca eò diligentius iis inhiandum, quò rarius rectè captantur, imò quò fructuosus, semper. Parvæ occasiones magnarum rerum causæ existunt. *Demosth. in Orat. ad Leptin.* Plura negocia ait Cicero ap. Dion. lib. 45. oportunitate earum quàm viribus sunt rectè confecta. Sæpe & turpibus causis magnorum & pulchrorum facinorum momenta. Iis etiam prudentes viri sæpe abutuntur. *Sylvan. in Aphorism. Polit.* Neq; id turpiter, si modo non ad turpia.

258. Si quid hostile ingruat, quem justius arma oppositurum quam qui legati auctoritatem & propria mandata impetraverit? Vitiôsa hæc sequela, quia Piso non ad arma sed regendam provinciam legatus mandata acceperat. Neque enim Justitia causæ excusat arma inferiorum. Majestati cohæret jus belligerandi. l. un. C. ut arm. inf. princ. *Paurm. de Jurisd. lib. 2. c. 3. n. 21.* Si quis sine publicè scitu bellum fecerit capital esto, inquit Plat. l. fin. de LL. Lex Majestatis tenet injussum principis bella gerentem. l. 3. ff. ad L. Jul. Maj. Gail. de P.P. c. 4. n. 9. Supremi hoc est principis, suâ defensione tantum niti; Inferiori jus apud superiorem in medio positum, ne se ipsum vindicet, l. 13. ff. quod met. caus. l. 14. C. de Judâ Heig. p. r. q. 12. n. 31. seqq. Quam iniquum & securitati publicæ adversum, ad arma præsertim civilia pati decurrere, quos jurisdictio potest competere?

Mm

sceret l. 7. §. 1 ff. de Usufr. Bornit. de fund. reip. stat. c. 25. Hinc Statibus Imperii bella movere ac gerere Pacis publicæ constitutione prohibitum. Nec defensio viro armatam purgat nisi vel isti periculo, quod moram & auxilium judiciale non expectat, necessario pro salute propria & imperii opponitur, *Ayal. de I. Bell. bell. lib. 1. c. 2. n. 9.* vel injuriam passus delusoriâ procrastinatione Imperatoris circumducatur. *Frid. Schenck. & Tautenb. in c. un. in pr. Hic Finit. Lex.*

259. *Plerumq; innocentes recenti invidi impares.* Parum per se tanta probitas est, inquit *Atherbal apud Salust. in Jugurthin.* Celerior est accusationis vis quam defensionis favor. Illa ut vehementius hæc modestius peragitur, ita acrius tardiusve affectus movet, sæpe peccat integritatis fiducia dum eam ab alius quam ex sua conscientia percipit, excusationem præproperè sibi pollicetur. Eriam infonon prudentiæ est quavis ratione amoliri aut mirari judicia, carceres & occupationes, quam sub innocent. & inter hominum affectus infirmo clyneo dubiam aleam excipere. Id sapienter inculcat *Domitius: An festinamus cum Germanici cineribus appellere ut se inauditum & indefensum planctus Agrippina ac vulgus imperitum primò rumore rapiant? Taceo exempla eorum, quos inconsiderata & præceps integritatis spes decepit ac dum impar adversariorum potentia finit, tueri non valuit. Quia non ex tuâ conscientia sed actorum fide judicatur, non tam jus quam probationis vires ante judicium expendas, sæpe non jus sed probatio deficit.*

260. *Multa que provideri non possunt fortuito in melius casura.* Multum cum in rebus omnibus tum in re militari potest fortuna. *Cesar. 6. Comm. de bell. civ.* Plerasq; res ex libidine sua agitar. Unde sæpe prava magis quam bona consilia prosperè eveniunt. *Salust. in decl. ad Caf.* & præter mentem plura eveniant quam ex mente. Id quod plures incitat, ut impetum non ratione moderentur, sed fortuitis committant. Non raro audaces fortuna juvat, ut felici temeritate audeant, vincant, triumphent. Talis *Alexander M.* quem fortuna quam virtute plura perfecisse nemo negat. Talem *Cerialelem Noster lib. 5. Histor.* describit quod subitus consilio, sed eventus clarus, cui adversis fortuna etiam ubi artes defuissent. Cæterum

TACTUM

tantum fortunæ permittere, ut ratio post eam relinquatur minimè prudentis est, nisi in desperatis, ubi ratio nulla valet. *vid. in notat. ad lib. 1. th. 126.* Quidquid ex istâ, ut extrâ prudentiam ita & extra consilia esse debet. Inter insperata fortunam habere decet, quia secus cadere potest: sed in certationem, cum etiam infelicia regat aut excuset. Fabius annuit: *Bono Imperatori haud magni momenti fortunam esse, mentem rationemq; dominari. Liv. lib. 22.*

261. Inter alia Domitius Pisonem his animat. *Est tibi Augusto conscientia, est Caesaris favor, sed in occulto. Sed æque hic inutilis, imò peior ac si nullus. Quid prodest animus alienus, qui se exerere non audeat? Annon ab eo plus metuis qui ne favere videatur, severitatis fidem facere cogitur, quam qui ingenue succenset. Huic juris metam cum laude servare licet, ille suspicioni pravæ amolientiæ supra rigorem aliquid se debere judicabit. Cuior stat magnis viris fama & suorum iudicium quam favor. Quocirco huic non innitatis, si quis salvis tibi præstari non potest. Quod suspem tuam ostendes, cave ne alio pensetur. vid. scripta sup. th. 245.*

262. Optimè fatetur quidem autor referens Baudio lib. 2. de Induc. bell. Belgic. dixit: *Totus orbis terrarum exercet Histrianicam, & cerit nusquam magis scena & populo servitur quam in actionibus magnatum, ubi quo plus pompa & ostentationis apparet, eo minus solida veritatis subest. Vera sentiet, qui aulas noverit aut consideraverit, quarum præstantissima ars fringere; ut videantur similes tabernæ, in quâ fuci venduntur, ubi omnia personata sunt & ad fallendum facta. Hos mores Domitius ita taxat: *perisse Germanicum nullibi jactantius marient, quam qui maximè latantur.* Id in aliis negociis frequens. Quid enim solentius illustribus viris etiam cum occultis similitudinibus dissident, quam ante aperta bella interitâ doctis, innumeribus, legationibus, ceremoniis nova regna, conjugia, viâtorias, natos liberos gratulari, adversis condolere, & benevoli animi signa per simulacra circumferre. His plena est Historia. Injuriam non dicit Bocalin. cent. 2. cap. 65. cum scribit: *Furum vendere privatim interdictum, solitam regum mercatoriam esse.* Cæterum ut haud semper probare id simulationis mercimonium licet, ita nec*

omni tempore improbare: sæpè ipsa honestas, sæpius necessitas, sæpissimè salus imperii exigunt, ideoque defendunt. Cum vulpe junctum pariter vulpinarier fas est, nisi improba mens nefas adjiciat.

262. *Haud ignavus ad ministeria belli Juvenis Piso, quamquam suscipiendum bellum abnuisset.* Optimè & ex officio boni consultoris fidiq; ministri. Singulos integrâ re dissentire fas est, peractâ, quod pluribus placuisset, cunctistuum, ait *Plin lib. 6. Epist. 13.* Idem Aristhenus Prætor Achæorum perorabat. *Nemo tam bebes est qui ignorare possit, dicendi ac suadendi, quod quisq; aut velit, aut optimum putet, nunc occasionem esse, priusquam quidquam decernamus: ubi semel decretum erit omnibus id, etiam quibus antea displicuerit, pro bono atq; utili seclere defendendum. ap. Liv. lib. 32.* Hoc Spartanorum institutum meritò Demostheni, *Exod. 39.* laudatum. *Ferunt, ait, apud eos dum decernitur, quemq; sententiam suam, liberè promere; sed ubi decretum est, eadem laudare omnes & adjutores esse etiam illos qui contra dixerant.* Quod enim ex majoris partis, aut principis decreto est id censetur esse ex omnium & singulorum beneplacitò. Ita quippe quis suam inter deliberandum dicit sententiam, ut prudentiori cedere atq; assentiri velit. Hinc non sine ratione redarguimus multorum persuasiones, queis se per sua judicâ superiorum & consilii decretis absolutos judicant, quia dissenserint. Quare nec onus nec opus pro aliorum placitis sibi incumbere frustra putant. In quo tamen vocati ad consulta per dissentium non possunt, sibi amplius tribuere, quam absentibus contra imperium licuisset. Id verò Principi diligenter cavendum remur, ut haud facilè nec nisi admodum consideratè homini mentem à placitis alienam gerenti injungat, qui serios affectus ad effectum fortè non asseret. Id quod nisi per spectâ fide anceps nemo non colligit.

264. *Mutua formidine non ultra jurgia processum est.* Nulla amicitia, nec fides tantum imperiorum adversus externos munimentum est, quam mutuus metus. Verè Politicus quidam scripsit *hunc facere societatem fidelem.* Armorum quippe metu pax gentium & incolumitas regnorum sustinetur. Infirmâ inter magnos omnia fœdera sine formidinis vinculo, quorum hæc judicio Prudentis. Boccalini

calini indoles, supprimere vel metuere, tertium inter hæc non per-
mittere. Juxta Adagium, ein Schwerdt hält das ander in der Schei-
den. Cæterum in eo caveas, ne ultra tui tegumentum metum exten-
das, ne vel latius terrendo odium pariat. Uti omnes pro salute & fi-
de communi metunt suæ majestati prudenter juxta & fortiter in-
tentum: ita communi irâ prosequuntur sibi metuendum. Metuant
ergo pro te ut securus sit, non vero cõtra se, ut offendere velint. Cau-
tis quã acrioribus consiliis potentia tutius habetur. Tac. lib. 11. Annal.

265. Sentii exemplum prudens ad prævertendos aut tollen-
dos rebellionum motus monitum est. (1) *Monet Pisonem ne castra*
corruptionibus, ne provinciam bello tentet. Ante omnia causa & ju-
stitia, quæ animat armatq; militiam, ausis demenda. Id verò haud
felicitius, quam per publica scripta, uti hodie Principibus moris, jus
& minas miscere, animos & spes in suspenso ponere. (2) *Quos Ger-*
manici memores aut inimicis ejus adversos cognoverat, contrahit. Et
id cautè: Multum refert quos futuri alieno opponas. Qui sæpe
contagione tota castra inficit, nisi fides certa conatibus obviet. Hæc
ex causa turbarum conjicitur, nec ulli tutius huic scopo leguntur, quã
turbantibus infesti. (3) *Ingerit magnitudinem imperatoris,* ut ea re-
luctantis imbecillitatem supprimeret. Majestas imperii salutis est tu-
tela, Curt. lib. 8. Hist. quia ingenita gentibus erga reges suos venera-
tio, Curt. l. 3. Hist. (4) *rempubl. peti ostendit.* Hæc plerumq; motu-
rum prætextus non invalidus, qui magno momento adversariis de-
trahitur, majori objicitur. Splendido titulo munire actiones & tu-
teri prudentum semper fuit. Eodem usus Sertorius licet exul & de-
sertus in Lusitania, secum Senatam & rempubl. esse jactabat. Pla-
urch. in Sertor.

266. *Piso quamquã cepit secus cadebant, non omisit tutissi-*
ma è presentibus. Inter eventus improsperos à spe ad desperatio-
nem plerumque proxima via est, ut dum suã spe non potiuntur, nul-
lam tenere velint. Ita Spartani Pylo & Cytheris præter opinionem
ab Atheniensib. occupatis tanto in universum metu & stupore per-
culsi, ut non in commune consulere, non congregi cum hoste aude-
rent; quidquid ultra aggredere, infaustum inauspicatumque

Mm 3

fore augurarentur. *Thucyd. lib. 4.* Id quod imprudentiz arguit Pifo, nautas imitatus, qui portum, si non quem optant capiunt, quem tempeftas permittit, legunt. Imitandum iis quorum voluntatem relinquit fortuna. Nihil enim imperitius, quam ubi in uno fefellit eventus, omnia desperare. Fortis est & prudentis ex præfentibus optima amplecti, cætera ultera ulteriori fpe captare.

267. Queritur Pifo *Sentium privatum odium falsis criminibus tegere.* Nec quid in orbe frequentius atque invidiam publico odio exeri, acui & ut de Suetonio Noster lib. 14. *Annal. habet,* bonum publicum privatis fimulatibus impediri. Ast haud Pifonis, animo & confilio his infidiis obviam eundem existimo fcil. per armata & vim. Non quia id injuftum; Licet enim defenfio armata contra hos qui sub titulo principis lædunt, *l. 5. C. de Jur. ffc. l. 5. C. de Memis, & Epidem. l. 5. C. de Execut. & Ex act.* nec falsi prætextus jus adimunt his, qui jure diluere confidunt: Sed quoniam anceps contra nomen reipubl. infurgere: Pro quo favor publicus, omnium opinio, imperantis majestas militat, ut difficilium alienis aufibus detrahatur, quam caufæ justitia ostendi poffit. Quanto inclinatus magisque follicite communis cura adverfatur dubiis molitionibus, eo imbecillior adverfus illam vis est.

268. *Militibus Pifonis non animus, non spes, ne tela quidem nisi agreftria ad fubitum ufum properant.* Nihil ergo in Pifonis exercitu, quod victoriam fpondere poterat. Animus bellantium vis belli est. Qui cum nullus, ad voluntariam lanienam eunt armati. Sed nec mirum tales cohortes fuiffe Pifonis, quo nihil quod ad bonæ militiæ fundamentum, Delectum pufo, fpeçabat impedivatum videmus. Adfcivit militem (1) tumultuarium impedivamentum majus quam auxilium. *Liv. lib. 9.* Haud memor veteris: *καρῶν δὲ τῶ πολέμῳ καὶ ὅσῃ ὀνομασίων πολλῶν.* Manibus opus est bello non nominibus. *Synes. Epist. 79.* (2) *desertores:* quibus non melior animus nec fides, quam conscientia. Noxio errore in desertore milite fiduciam collocari existimo. Quantum sibi ex captivitate metuit, tantum fortitudini abstrahit & fugæ confilio addit. (3) *Tyronem eumq; interceptum. Quem nemo prudens dux ad bella duxit,*

duxit, antequam ad castrenſia ſtudia. (4) *Sua ſervitia*. Contra Romanum morem, quo bellare ſervos dedecus & reipubl. adverſum.

269. *Piſo* omni ope derelictus ſeditionem capabat, ſingulos ex ſenti exercitu nomine ciens, premiū vocans. Hoc ſapientis ducis exiſtima ur, inter hoſtes procurare ſeditionum cauſas. *Ranzov. Comment. bellic. l. 2. c. 14 ubi plures diſtrahendi modos refert Boter. lib. 6. Polit. c. 8.*

270. Negotium ſedandæ militaris laſciviæ & turbæ optimū remedium, ad lib. 1. ſupr. dixi. Cenſuit idem ſentius qui juſſit captante ſeditionem. Pitone commoto militi occanere cornua turbæ, & peti aggerem, &c. Scilicet inter pericula dempro cogitandi ſpacio pro communi ſalute ſibi cari, hoſtibus inſenſi, turbam oblivifcentur. Hoc Romanis frequens bellum foras ſimulando aut parando motus extra urbem ferre. Quo ipſo Sylla uſus. *Front. lib. 1. c. 9. vid. Boter. lib. de Polit. c. 8.*

271. *Piſi* pertinaciā oravit Piſo, uti tradita armis, maneres in caſtello, dum Caſar cui Syriam permitteret, conſulitur. Non ut finiret odium & bellum, ſed ut diſſerret. Porſan ex eventu ſperans, quod ſua vi non poterat. Sed non recepta conditiones, nec aliud quam *naves & tutum in urbem iter conſeſſum eſt*. Eodem conſilio, quod Herennius Pontius mediam viam diſſuaſit, quæ neque amicos patris filii exercitus Romanos ad Furculas Candinæ inter duos ſaltus claudentis cenſuit omnes dimittendos inviolatos, quæ ubi ſpreta eſt ſententia, iterum cenſuit ad unum omnes interficiendos. De his diſcordibus reſponſis præſens rogatus cauſas adjecit: *Priore ſe conſilio quod optimum duceret, cum potentiſſimo populo per ingens beneficium perpetuum firmare pacem amicitiamq; altero in multis ætates, quibus amiſſis duobus exercitiſ. hand facile acceptum vires Romanæ res eſſet, bellum diſſerte; tertium nullum conſilium eſſe, &c.* Redantes ad extremas anguſtias hoſti aut omnes nocendi vires & occaſiones auferendas aut magnis beneficiis duraturæ amicitie vinculum injiciendum, prudenter hinc monemur. Ultioni ſuæ in præſens potius conſulere quàm ſecuritati in futurum, frequens in pacis compo-

compositione error est, aut noxius. Quidquid enim hosti adimitur, acuit & differt iras; quidquid relinquitur, armat, munit. Unde admodum politicè proverbio dicitur: *Homines magnos aut non fodicandos, aut sicaperis occidendos esse.* Id quod Cardinalis Alexandrinus æstimavit, cum captis Pontificis jussu & extrema veritus solatiis amicorum regeffit: Viros magnos non fieri captivos, ut omitantur, nec vinculis solvi, qui carcerem non meruissent. *Machiavell. lib. 5. Histor. Florentin.* Franciscus I. Gall. Rex captivus dixit, trium se optionem Catolo Cæsari facere; aut se æternò carcere vincitum servaret: aut pro magnanimitate suâ pristinâ liberum donaret; vel si Burgundiæ potiundæ cupidine flagraret, quibus inique vellet legibus astrictum dimitteret. Prius se fortiter laturum; pro secundo dum viveret gratum futurum; per iniquas leges se nec amicum esse nec hostilitatem deponere, quin prima occasione arreptâ arma resumere, posse. *Andr. Maur. lib. 2. Hist. Venet.*

272. Potentes suâ apte naturâ potentiz anxii sunt, *Tac. l. 4. Annal.* Suspectus semper invisusq; dominantibus, quisquis proximus destinatur, *Tac. l. 1. Hist.* Dum enim orientem magis quam occidentem solem soli vident aut metuunt, odiosus ipsi est quisquis gratiofus aliis. Nec suis ea parcat invidia. *Veni prorsus de Druso seniores locuti; Difficere regnantibus civilia filiorum ingenia.* Ad eò insensâ principibus domestica virtus est, ut pati non possint liberos, quos aut jam gratos vel imposterum gratiores credunt. Tuscis imperatoribus familiaris hic morbus est sanguinem potius è medio tollere, quàm in populi amore eum cernere. Unde non injuria dictum. *Nihil apud illos infelicius esse regum liberis. Busbeq. Epist. Turc. 2.* Quo prudentius est, magnatum liberos simulare inertiam potius quàm virtute exultare & populum dissimulare horum amorem, ne dum firmiarum instar depereunt, isti pereant.

273. Acerba erant quæ vulgus rumoribus in Tiberium jaciebat. Sed spreta à Tiberio qui *haud obstitit falsis.* Insigni exemplo quo per callidissimum Imperatorem edocemur, haud castigandam esse libertatem oris, ut ut lacessat summam dignitatem. *vid. dicta ad lib. 1. Annal. sub. n. 181. & n. 280.*

DIS-

DISCURSUS POLITICUS XIII.

Ex Lib. II. Annal. Tacit.

274.

Dignus disci genius famæ; quæ per omnia potens est. Docet nos non minori studio quam veritate, rumoris alas & alimenta; quibus fertur, sustentatur, crescit depingens. Mater est nutrix vulgus est, famæ avidum. Facilis omnis civitas ad credenda accipiendaq; omnia nova. *Tacit. lib. 1. Histor.* Sed quomodo vulgat? (1.) Celeritatem, quod prolixè depingit *Virgil. lib. 4. Æneid.* Credimus infamam præpetem volare. *Romæ statim Germanici valetudo percubuit, imò & mors, ante mortem. Velocis famæ exemplum lege ap. Justin. 1. 2. Histor.* ubi brevi horarum spaciò per multa maria & magnum spaciùm nunciata refert cladem Mardonii. Præsertim præcocitatem rumorum in vulgando magnatum exitu dispicies. Quomodo *Elisabethæ Angliæ Reginæ mors eo quo primum decubuit die nunciata est in Galliis Perr. Matth. 1. 6. Histor.* Ita sapissimè fata magnatum tristitia ante ortum, ex metu populari vulgantur. (2.) Suprà & præter res. *Cantù ut on longino aucta.* Is mos est famæ, omnia in majus extollere. *Judente majora sunt vero. Curt. lib. 9.* Sed plerumque in desiderio, sive læta sive tristitia propelet. Ex libidine enim, voto aut metu suo vulgus rumores agitat creditq;. Quæ ex se fallacia & prava non nisi falsa & prava miscere queunt. Quid ergo perniciosius & anceps atque ex fama judicia & consilia regere aut capere. Id quod prudentibus semper displicuit. (3.) Acriter affectus movendo *veri instar. Dolor, ira, questus erumpent.* nunciatus Germanici adversis. Nam ut pronum ad suspensiones vulgus est *Tacit. 1. 2. Histor.* ita mos ipsi quamvis falsis, reum subdere *Tacit. 1. 2. Annal. Verè Lucan. lib. 2. Quisquæ pavendo dat vires*

Respond.
Martha Be-
no, Rosch.

vires fama: nulloq; autore malorum qua finxere timet. (4.) Facili fide: *Statim credita statim vulgata sunt.* Ita quoquo modo audita pro compertis habent *Tacit. 3. Annal.* (5.) Inconstanter, si ingrata: *Quicquid non lubenter auditur, non facile creditur, creditum citò diluitur.* *Que negociatores vivente adhuc Germanico Syria egressi latiores de valetudine ejus nunciarunt, statim credita, statim vulgata sunt.* Rumores vulgus capit ex voto non judicio: *Verum ergo quod cupitum.* (6.) Licentius & alacriter si læta: *Quamvis leviter audita, in alios, atque illi in plures cumulato gaudio transferunt.* *Vagus, inquit Noster lib. 1. Histor.* primùm & incertus rumor, mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam & vidisse affirmant: credulâ famâ inter gaudentes & incuriosos. (7.) Acrius noctu, *Nox mater errorum juvat credulitatem, promptior enim inter tenebras affirmatio, judicium languidum.* (8.) Pertinaciter, coercitio sermonum præcipuum famæ alimentum *Tacit. lib. 2. Histor.* Prohibiti per civitatem sermones, eoque plures; ac si licet vera narraturi, quia vetantur, atrociora vulgant. *Tacit. l. 3. Histor.* Prudenter ergo *non obstitit falsis Tiberius, donec tempore & spacio vaneferent:* Sed de hoc superius notavi. Hæc arcana rumororum nota, quisquis cupis esse pollicitus, ne cum ignotâ famâ imperite dimittes. Haut cum alia re tam frequens tamq; dubia lucta est ac cum illâ.

275. Tristi ob aliquam insignem calamitatem civitate, sive exercitus cladem, seu urbs seditionem sive Imperator vel alia persona egregia mortem pertulisset, olim à dictatoribus, postea ab Imperatoribus interveniente SC. aut magistratum edicto indicebatur in foro clausis tabernis iustitium & vadimonia Prætor differebat, *ut ex Livio, Suetonio & aliis demonstrat Petr. Fab. lib. 2. Semestr. c. 10.* Ex isto more ex tristi rumore veritatem sæpè, sæpius auctoritatem magistratus prævenit turba vulgaris; ita ut hic nunciato Germanici obitu, *ante edictum magistratum, ante SC. sumpto iustitio desererentur fora, clauderentur domus &c.* Quando verò negocia forensia animos à luctu & turbâ magis avocant, motus

rumores sedant, & non secus ut læta divisionem tacite immiscen-
 tur. Seditionem ordinaria ex infantis
 turbas ad infesta serviunt,
 & receptata recipiatur, longa
 & tunc tutius tolerantur, q
 & vaneferunt. Vanescunt t
 & luctu suppressi recrudescu
 & atque afficiunt animos.
 & cura de valetudine ejus al
 & vaneferunt, populus quasi rursum
 & vaneferunt obisse, g
 & ceciderunt in perpetu
 & de Excusat. Tur.
 & cecidit eos mortem poti
 & parvi. Magnus iis h
 & l. 9. his pro brevi vi
 & per æterna monument
 & vni habuissent. Ha
 & l. bor. subris. c. 3. ex
 & cecidit liberis alimenta &
 & vit. Solon. Polyb. lib. 6.
 & cecidit in cælum e
 & cecidit. Auger. B
 & tantum cecidit d
 & terra maris; dum pub
 & ut de Germanic
 & l. 18. ff. de Excusat
 & qui acie pereant. Q
 & imperiis detorqueur
 & cecidit clypeus (q
 & veteri instituto in
 & curia deponi solita
 & vni ad eam in
 N d

motus animorum sedant, & non secus ut lasciviæ militari obicem, ita vulgi turbis oblivionem tacitè immiscent, e contra otia dant vitia; eò minus iustitia ordinaria ex infauis causis, præsertim quæ concitandis mentibus ad infesta serviunt, probare possunt, aut si consuetudine inveterata recipiantur, longa suaferim.

276. Rumores tutius tolerantur, quam supprimuntur aut contrariis interrumpuntur. Vanescunt tempore & spacio, etsi veri fuerint, sed ubi suppressi recrudescunt, novis & acrioribus motibus redeunt atque afficiunt animos. Auditam mortem Germanici etsi *lasioms de valetudine ejus allata* solareatur, ubi tamen hæc falsa constitit, *populus quasi rursus creptum acrius doluit.*

277. Mortem ob republ. obiisse, gloriosum admodum est. Qui pro republica ceciderunt in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur *pr. in fn. I. de Excusat. Tut.* Nunquam, ait Cicero *pro Planc.* me herculè eos mortem potius, quàm immortalitatem consecutos putavi. Magnus iis honor ap. Romanos, qui reddiderunt; scil. per æterna monumenta, privilegia & immunitates licitas, quas vivi habuissent. Haud minor cultus Athenis, *de quo vid. Camemr. 1. bor. subcis. c. 3.* ex quo annuæ defunctis laudes publicæ, relictis liberis alimenta & dotes constitutæ per Solonem. *Lacti. in vit. Solon. Polyb. lib. 6.* Turcis persuasum nullas animas majori conspectio in cælum evolare quam virorum fortium, qui in bellum cecidere. *Auger. Bubeq. ep. 3. p. m. 200.* Non autem pro republ. tantum cecidisse dicuntur qui in acie pereunt, sed omnes quibus terra marique dum publicis curis invigilant, hostis contingit obitus, ut de Germanico veneno perempto Noster refert. Nec obit. *l. 18. ff. de Excusat.* quia non quærit qui pro republ. cadant, sed qui acie pereant. Quocirca ad hoc responsum, malè ad illud ab imperitis detorquetur.

278. *Cum censeretur clypeus* (qui continebat imaginem defuncti. Nam ex veteri instituto imagines illustrium viroꝝ publicè in templo & curiâ deponi solitum tanquam præclaræ virtutis monumentum & vivis ad eam incitamentum, *Valer. Maxim.*

lib. 8. c. 15. quæ instar militaris clypei rotundæ, ex ære, auro, argento, clypei inde dicebantur; quasq; ob infamiam defuncti iterum detrahere soloq; affligere (vetum *Sveton. in Domit.*) auro & magnitudinis insignis, inter auctores eloquentia, cui ut nobilitatem merenti, *Timqu. de Nobil. c. 34. n. 21.* & sine qua nemo magnam potentiam adeptus est *Tacit. de Clar. Orat.* similis alii virtuti honor habitus fuit, *Tiberius adseruit solitum paremq; ceteris dicaturum. Neque enim eloquentiam fortunâ discerni,* quia animi bonum sibi ad honorem sufficit, censu aut genere, haud illustrius. Sed annon Doctor nobilis præferetur Doctori ignobili? *Cassian. in Catal. glor. mund. p. 8. confid. 27. & p. 20. confid. 35. Curt. tr. de Nobil. p. 3. n. 31. 40. & 118.* anne accessio fortunæ augmentum dignitatis? ita est in augenda nobilitate, quæ ut non unâ re quæritur, ita multis conjunctis decoratur, sed honor qui debetur scientiæ, nullâ re quæ foras contigit, major est: Non quis magis Doctor quia nobilis, sed magis nobilis est quia Doctor, quia etiam Doctores nobiles habentur. *vide Latè Nolden. in disc. de stat. nobil. civil. c. 5. §. 3. th. 37. seq.* Non immeritò ergò à Tiberio additur, *Satis illustre si veteres inter scriptores haberetur.*

279. *Tiberius cuncta etiam fortuna ad gloriam vertebat,* ut serè solent honorum aucupes, quibus sæpius gloria fortunæ quam virtutis beneficium est. *Curt. lib. 8.* Sed veræ laudis studiosus, nec erubescit nec jactat fortuna, suum non ducens quod fortuna fecit suum; alienum, quia aliunde oritur; anceps, dum in potestate non habet.

280. Liberi ut habentibus potentiæ munimentum *Tac. 4. Histor.* ita adversario terror sunt & nocumentum: Qui ex uno tot hostes hæreditarios metuere cogitur, quot ipsi charos conspiciunt natos. Quare nativitas geminæ prolis *populo dolorem ex favore in sobolem Germanici tulit: tanquam anticus liberis Drusus domum Germanici magis surgeret.*

281. *Gravibus Senatus decretis libido feminarum coercita.* Honestè hoc & in publicum utiliter. Tolerare quæstum meretriciam nihil est aliud quàm juventutis corruptelam, scelerum
offici-

efficiant, patrimoniorum & morum civitatis exitialem perversionem publicè profiteri & invehere. Quod Romæ corruptâ sub republ. spretum. Adeo enim quæstum famosum permissum legimus, ut & imperio ex vectigali imposto redditus sit quæstuosus. Caligula capturis prostituerarum vectigal primus instituit, quantum quæque uno concubitu mereret. *Sueton. in Calig. c. 40.* Mansit idem sub Heliogabalo, nec Alexander Severus sustulit; etsi in sacrum ærarium deferri noluerit, ad instaurationem Theatri & Circi deputans. *Lamprid. in Sever. Lips. de Magh. Rom. c. 6. in fin. libr. 2.* Posteriori seculo meretricium precii, ut & lupanaribus relictum non parum favoris & juris patet ex *l. 27. §. 1. ff. de petit. hered. l. 41 §. 3. ff. de condiç. ob turp. caus.* forte quia inveteratæ licentiæ etiam jurisprudentiam connivere opus fuit. Hodie in totâ ferè Italiâ, imò & Romæ permissu publico aliquot millia meretricium quæstum corpore faciunt, dulcisq; odor est ex meretricio vectigali. *Warem. ab Erenberg. de subsid. regn. c. 4. n. 37. Bodin. libr. 6. de Rep. c. 2.* Cui cum Pius 5. Pontif. medelam aliquam afferre moliretur, tanquam id libertati adversum esset Senatus Romanus intercessit. *v. Lansf. in Orat. cont. Ital. p. m. 792.* Apud Gallos non minor libidinum flos repertus, ubi non secus, ut de Babylonii Curtius *lib 5.* ait, comitas habitata est vulgati corporis vilitas. Sanior Politicorum sententia damnat lupanaria & meretricia lucra, ut turpia, ut calamitosa, ut exitiosa *Schenhorn. 3. Polit. 13.*

282. *Cautum ne quæstum corpore faceret cui avus, aut pater, aut maritus eques Rom.* Ita honestis matronis vetitum pudicitiam prostituere, in quarum stupra pro servando publico decore multa & exilio animæ versum legitur. *Liv. lib. 10. & lib. 25.* Vilibus & his qui ex plebe impune fuit. Rationem Constantinus in *l. 29. C. ad l. Jul. de adul. profert.* *Hæ immunes à judiciariâ severitate præsentur, quas vita vilitas dignas legum observatione non credidit.* Id quod à Christianis. Imperatore minus christiane, è prudentissimo imprudenter sancitum puto, si à pœnâ eximit

eximit & non saltem à pœnæ asperitate, quam honestiores merent, quo turpius delinquunt, sicut interpretari malo.

283. *Môre inter veteres recepto satis pœnarum adversum impudicas in ipsâ professione flagitiy credebatur.* Hæc fiebat apud Ædiles, quibus cura fornicum, popinarum, locorum, in quibus honos non colitur aut virtus, ut & personarum in iis degeantium, incumbibat; permilla omnibus, etiam matronis, ita tamen ut post vulgatam apud eos stupri licentiam ornamentis matronalibus depositis meretriciis insignibus uterentur. Non professæ nomen, quod albo ædiliū inferebatur; sine pœna non poterant esse impudicæ. *vide Lips. in Comment. ad h. verb.* Ita antiquitas pudore tollere voluit malum, quod usui in veteratum legibusq; potentius erat. Remedium aptum licentiosis vitis, quibus severitas impar futura est; ut prius ad ruborem ducantur, quam ad sanguinem damnentur. Citius apud erubescere gnaros pudor extingvit peccandi libidinem quam pœna & sanctio; media vitis coercendis, quorum turpitudinem consuetudo non abscondidit. Ubi verò & ille detectus spernitur, supplicii opus est. Pulchrè Noster *lib. 3. Annal. Ne corporis quidem morbos veteres & diu auctos, nisi per dura & aspera coerceas. Corruptus simul & corruptor, ager & flagrans animus, haud levioribus remediis restingendus est, quam libidinibus ardescit.* Optimum ergo illud pharmacon, sed in effroni tarbâ plerumque impotens, cui difficulter incutitur pudor, difficilius imperat. Aristoteles *lib. 10. Esbic. c. fin.* de vulgo inquit: *Non ita natum est, ut pudori obsequatur: sed ut metui: nec ut abstineat à pravis ob turpitudinem sed ob supplicia & pœnam.* Fraudem hanc experta Roma graviore coërcitione libidinis muliebris opus habuit *de quo vid. Sueton. in Tib. c. 35.*

284. *Exaltum & à Titidio, cur in uxore delicti manifestâ ultionem legis omisisset?* Lenocinii enim ex Jure Romano reus maritus qui uxorem adulterii compertam retinet, puniendus eadem pœna quâ adulter, relegationis nempe ex môre antiquo, nisi aut ignorantiam excusare aut adumbrare patientiam, prætextu

textu incredibilitatis posset l. 29. pr. & seq. § §. ff. ad L. Jul. de Adult. ibi Wesenbec. in Paras. 7. 16. quod tamen hodiè emendatum Autb sed novo jure sub Salyc. C. eod. Sed ille præsendere 60. dies ad consultandum datos nempe intra quos permissum erat accusare jure mariti de quo v. l. 11. §. 6. seq. l. 14 ff. d. t. quod ejusmodi est, quod sc. non teneatur inscribere ad rationem, nec calumniam, si ex suspicionibus egerit, reus sit, nec abolitionis petitione egeat l. 6. l. 30. C. d. t.

285. *Altum de sacris Aegyptiacis pellendis.* Ex LL. 12. Tab. Peregrinos Deos ne colunto. Liv. lib. 4. Nihil ut præstantius & ad servandam quietem commodius unâ eaq; vera religione, uti Moyses Augustum monet ap. Dion. lib. 52. ita nihil majori curâ querendum, ac ut resp. ab hæresibus intacta maneat. Vid. Lips. tract. de un. relig. Ubi verò hæretici in possessione liberâ suæ religionis sunt, ita ut magna pars civitatis isti adhæreat, melius est tollerare quam pravam ejiciendo, turbare veram & tollere publicam quietem. De qua re utilia quædam monendi in subsequenti apta erit occasio, quò fusiore tractatum differo.

286. *Altum de Judæis pellendis.* O utinam ubique Felices ditiones quæ hac luce carent. Exturbare hanc pestem Divinis eloquiis permissum, reipubl. saluberrimum, singulorum patrimonii tutissimum, ipsi pietati consonum. Quales enim? Blasphemi, Usurarii, sacri & profani juris turbatores, mercium adulteratores, mercaturæ corruptores, fraudum architecti, salutis publicæ vehementiss. turbatores. In hæc vitia concorditer conspirant. Ideoq; dum singula exilio, igne, ense coercesmus, non video qua ratione in Judæis omnia toleremus. Non movet nisi imperitos lucellum, quod ex collectis & vedigalibus ad rempubl. pervenit; multo plus detrimenti ex nefandis naturalibus illorum criminibus adsertur, quæ probos, imò ipsam remp. tandem exsugunt & convellunt. Siseburus Rex Visigothorum in Hispania Judæos coegit Christum agnoscerè. Cum ex iis multi in Galliam aufugerent Dagobertus Gall. R. si die præstituto Christianam Religionem non profiterentur hostes judicari & capitis pœnam luere

luere voluit. Neque hodiernum in Gallia tolerantur. Ex Lusitania eos ejecit Emanuel Rex & inquisitio, hodiè ibidem contra Evangelicos usitata, contra illos primum cæpta est. In Angliâ, Sueciâ, Daniâ non recipiuntur. Mirum quod Romano jure iis jus civitatis datum *tot. tit. C. de Judæ. & Calic.* Hodiè in Germanico Imperio non cuivis magistratui permissum est recipere Judæos, sed de regalibus esse censetur. Quod olim in A. Bullâ *c. 9.* Electoribus singulariter concessum fuit, nec aliis licuit sine speciali permisso, postmodum omnibus qui regalia ab imperio habent inductum est. *N. A. zu Augspurg de Anno 1548. tit. von Juden und ihrem Wucher.* Ubi autem semel recepti sunt, securitate publicâ gaudent, nec turbari aut expelli possunt sine Imp. autoritate & legitimâ causâ *v. Ruland. de Commiss. p. 3. l. 7. c. 3. n. 3.*

287. *Quatuor milia libertini generis ea superstitione infecta in Sardiniam veherentur coercendû illic latrocinis.* Prudentiæ est pessimis hominibus ad præclaras actiones uti. Quam salutariter adhibet magistratus si sentiam civitatis ea arte extrahit, ut alio ad necessaria opera ableget, ubi & cœrceantur & alios cœrceant. Tale remedium Batavis præstant Indicæ navigationes, quibus efferati homines in alias terras suæ terræ levamine & pace non modo abducuntur sed & magno commodo in alios mores, uti testatur ibidem experientia.

288. *Cæteri Italiâ cederent nisi certum ante diem profanos ritus exuissent.* Adversus invalescentem hæresio opimum remedium sectariorum maturum exilium *Lips. ad dialog. de Un. relig. c. 3.* Carcere, multâ, compedibus, ferro, laqueo, igne cogere ad fidem multis placet. Haud minori Tyrannide quam publicâ perniciæ. Dominari enim conscientis maxima Tyrannis est, *juxta dictum Maximiliani 2. Imper. Parsben. Litigios. l. 1. c. 6. n. 9.* & exquisitior quæque crudelitas illecebra est sectæ *Tertull. Apolog. c. ult.* incitamentumq; magnæ turbæ. Quia nihil tam voluntarium est, quam relligio, svadenda non imperanda, aut toleres aut ejicias. Impiè coges, nôxiè tolles, Illud simulatores, hoc turbatores efficit. Ab utroque te liberas si liberum
linquas

siquas ponere aut abire. Non minori jure quam jus civitatis liberum est negare si modo expedit, licet relegare eos ex quorum incrementis publici errores, accipites turbæ, sacri & profani juris perturbatio, civilis societatis suspecta vincula. Intellige hæc si fides aliena fidei data non sit. Interest enim clam an permissu tuo cultus peregrinus in republicâ semel receptus sit. Illo casu emigratio necessitatis est hoc voluntatis, quia pax religionis quæ initio erat voluntatis tandem fit necessitatis. Ideoq; ubi dederis iniquè impostero ejeceris. Quocirca non immerito querelas de Pontificiis movent Protestantes in Germaniâ, quod emigrandi jus in constitutione religionis Anno 1555. Augustæ editâ §. 20. aber anfert / concessum iis, qui publico religionis exercitio alicubi non adherent, ad necessitatem & coactiones trahunt de quo vid. prolix. Syring. ap. Arum. Jur. Publ. vol. 2. disc. 10. concl. 35. Frider. de process. lib. 1. 30.

289. Nulla præstantior concertatio quam de juvandâ republicâ. Quam & inter probos cives excutare & honorare prudentis magistratus est. Quam usitata ea apud Romanos fuerit, ostendunt oblationes sponte olim ære & opere factæ, præprimis si urgenti necessitate premeretur respub. de quib. v. Liv. lib. 24. Sueton. in August. c. 27. & in Caligul. c. 42. Bodin. 6. de Republ. s. 2. p. m. 1023. Tholof. lib. 3. Synagm. jur. c. 6. n. 2. Unde certum pensionis genus constituitur oblatio, tandem in necessitatem tracta Cic. 4. Om. in Verr. ib. Alcon. Padian. Modestè autem ea voluntaria munera recepta, sæpè gloriâ offerentium recusata, nunquam non laudata. de quo politicè differit Stip. Amint. disc. Polit. in Tacit. lib. 1. c. 10. Hi veri fomites publicæ liberalitatis, ex quibus boni cives laudem captant, & dum necessitatem exactionis non metunt, studiis suis aliorum studia accendant. Prædentiss. Tiberius eo consilio usus, egit grates. Font. Agrippa & Domitio Pollioni, quod ofarendo filias, de officio in rempubl. certarent. Id secuti Veneti erga Senatores afflictissimæ reipubl. contra confederatos Cameracenses certatum vigilantes vid. Guicciardin. lib. 8. Histor.

Oa

290. *Prælam est Pollionis filia, non ob aliud, quam quod mater ejus in eodem matrimonio manebat. Et si causâ reipubl. cujus interest repleti civitatem liberis l. 1. ff. solut. matr. l. 64. §. 1. ff. de condit. & demonstr. & ampliari imperium hominum adjectione l. 7. §. 3. ff. de bon. damnat. præsci Romani non minori favore secundas nuptias, dummodo non præmaturas, (quas castigat infamia & alia multiplex pœna l. 1. §. 7. l. 11. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. 1. C. de Secund. nupt.) quam primas profecerentur, plecterent, personæ tamen contrahentes odio quodam laborabant, sicut, ut alia taceam, patet ex notabili loco Valerii Maximi lib. 2. c. 1. ubi ita habet: *Quæ uno constantè matrimonio fuerant, coronâ pudicitia honorabantur. Existimabant enim præcipuè matronæ sincerâ fide incorruptam esse animam, quæ deposita virginiatu cubile pudicum egredi nesciret; multorum matrimoniorum experientiam quasi legitima in eadem intemperantia signum esse credentes.* Duriores adhuc censores fuerunt istarum Imperatores Christiani imbuti Ecclesiæ Patrum doctrinâ in istas iniquiori, *Sicut innuit tot. Tit. C. de Secund. nupt.* ex quo varias ejus pœnas colliges congestas à Cujac. in *Parisi. Cod. eod.**

291. *Cæsar post habitum decies sestertij dote solatus est.* Insignis quippe prudentiæ est repulsam alio munere oblato mitigare, ne præteriti ignominia & indignatione accensi, aut in desperationem adducti accipientes turbare novâq; moliri contendant.

292. Ad officium principis juxta & publicam quietem spectare sollicitam provisionem ne plebs annona fatigetur, ut loquitur *Noster l. 4. Ann. supra diximus.* Inter alia remedia annonæ gravitatis impediendæ aut compescendæ *de quib. prolixè vid. Coler. tr. de aliment. lib. 1. c. 7. per tot. lectum est,* quo utitur *Tiberius qui savitiam annona incusante plebe, statuit frumento precium, quod emptor penderet.* Non modo ad venditionem frumenti alteriusq; annonæ quæ domesticas necessitates superat, cives

sives cogere licet *Mynsing. §. Observ. 27.* sed etiam certum precium definire, quo veneat *l. 1. §. cum ff. de Off. pras. vig. l. 1. ib. Bald. & Dd. C. de Episc. audiens. Andr. Frix. lib. 1. de Republ. 15. Fr. Marc. decis. 290. p. 2.* dummodo justum id sit & æquum *l. 18. in fin. ib. Bartol. & Rebuff. C. de Cars. publ.* neque enim iniquo aut nullo precio sua quis jactare jure compellitur. Hoc quia pauperes lufferre non poterant, ex publico aut de suo promittit *Tib. binos nummos se additurum negociatoribus in singulos modios.* Optimo egestatis sublevamine, ad quod præstandum caritatis tempore vel superindictum & collecta civibus indici *Fr. Marc. decis. 542. p. 1. Rebuff. in l. diurnos n. 3. C. Frument. Alex. and. vel ditiores, ut mutuentur magistratui pecuniam, cogi jure possunt Vafq. lib. 1. illustr. controv. c. 6. n. 7. seq.* Atque hæc adjectio precii ex publico non infrequens Romanis melior omnino est gratuita distributione, quæ ignavos reddit & sui nimium securos.

293. Superbiam titulorum oblatam accipere, nedum ambitiosè captare invidiæ odiiq; plena res est. *vid. dist. lib. 1. n. 255.* Quam Augusti exemplo, qui gratioso Principis nomine omnia sub imperium acceperat *Tac. 1. Annal.* Tiberius ut somper recusavit, ita hic, cum parentis patria & ante delatum vocabulum non assumpsit, acerbedq; increpuit eos qui divinas occupationes ipsumq; dominum dixerunt. Quod modestiæ simulacrum magnæ potentie maximum sublevamen est. Quæ nec gratior nec major est quam sub libertatis titulis, quibus dulce inest obsequii illectamentum & vinculum.

294. *Increpuit Tib. qui divinas occupationes dixerunt.* Meritò. Nimium enim est blandiri imò adulari principibus tribuendo quod numinis est. Hoc excusatus fecere Ethnici, qui mortales etiam pro Diis coluere & Principes defunctos in Deorum numerum retulere. Sed sacrilegè ambitioni huic inhiant aut deserunt Christiani, quibus impium reservata cœlestis Imperatoris in terræ filios vulgare. Hoc & in Romanis legibus non injuria reprehendimus, ubi frequenter Principibus attribuntur

Divina lex *l. 42. §. 8. C. de Episc. & Cler.* cœleste oraculum *l. 2. C. de navib. non excus.* forma cœlitus data *l. 13. C. de muri legul.* Statuta cœlestia *l. 10. C. eod.* divina vox *l. un. C. ut omn. jud. tum. civ.* divinum os *l. 1. §. 6. C. de V. I. E.* divina serenitas *l. 2. in fin. C. de Off. rec. Prov.* divina domus *l. 10. C. de LL. nutnen l. 2. C. de Mandat. Princip.* adoratio aternitatis principalis *l. 2. C. de Fabricens. & similiacum impietate & DEI injuria conjuncta, bono Principe indigna. Et hic oportet esse memores Regulæ Christi: Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris & DEO quæ sunt DEI.*

295. Ut sub Tiberio, ita apud plerosque magnates naturali quasi aulae genio, solitum *libertatem metuere, adulationem odisse.* Adeo moribus corruptis adulatio perinde anceps si nulla quam si nimia est. *Tacit. lib. 4. Annal.* Rara temporum felicitas est, ubi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere licet *Tacit. lib. 1. Histor.*

296. Non mirum quod *sub principe qui libertatem mænebat, adulationem oderat, angustia* quolibet paucitate sermonis fugiente periculum & *lubrica oratio,* dum apud suspiciosum media via arcta & præceps erat. Hinc in aulis studium simulandi natum & educatum, dum qui in his sibi cauti, aliis falsi veri copiam non faciunt sed suspensa & quo ducantur inclinatura respondent, ut sunt verba *Nostri lib. 11. Ann.* Haud tamen majori ministrorum quos metus falsos & dubios esse cogit, periculo, quam principis damno. Miser est Imp. apud quem verâ reticentur. *Capitolin. in Gord. Jun.* Dum autem mediam tenere viam difficile, si excedendum ad libertatem ut honestiorem & securiorem declinari mallet. Fides enim, (*ut ait Plin. lib. 3. Epist. 9.*) in præsentia quibus resistit, offendit; deinde illis ipsis suspicitur laudaturq;.

297. Remittit Tiberius oblata *Adgandestrj quibus mortem Arminij promittebat, si paranda nec venenum mitteretur.* Eodem modo quo *prisci Imp. venenam in Pyrrhum regem peremerant prodiderantq;* de quo vide *Europ. lib. 2.* Anæ verò permissum hostem veneno interficere? Mero forsan & simplici naturæ jure licet, quo nihil interesse videtur gladio an veneno nocere, qui mori meruit, quo
Baldus

Baldus *consil. 188. lib. 2.* respexisse videtur id licitum putans, Jure gentium verò, quod naturalis ratio utilitati communi invenit, aliud dicendum est. *Hug. Grotius lib. 3. de Jur. bell. & pac. c. 4. n. 5. Lips. lib. 5. Polit. c. 7. in fin.* Dum enim publicè cujusvis, præprimis verò imperantium, quorum vita ut armis ante alios defenditur, ita post alios saltem à veneno tuta est, multum interest, à clandestinis & nullà industrià cavendis sceleribus aliqua juris religione & metu infamiae defendi, sicut ubi caveri poterunt insidiae, fallere licitum, ita quando nulla arte visantur, quales ex veneno, percussore clam immisso &c. eas turpes esse communi consensu judicatum est. Unde communis exempli interesse ne tale quid admittatur dictum in epistola Coss. Rom. ad Pyrrhum quam recitat *Gell. lib. 3. noct. attic. cap. 8.*

298. *Responsum à Romanis non fraude neque occultis sed palam & armatum populum Roman. hostes sup. ulcisci.* Eadem mens Achæis, qui narrante Polybio *lib. 13.* in tantum abhorrebant à struendis dolis, ut nec hostes suos vellent per fraudem vincere; censentes neque splendidam neque firmam ullam victoriam, nisi quis palam & ex condito depugnans animos quoque dejecisset adversariorum, *uti habent verba Polybii.* Quæ si ad perfidas seu abjectas & viles fraudes quibus contra fidem, honestatem & gentium jura hosti nocetur, referantur, laudanda putamus & imitanda, Cæterum ut cum nonnullis imperitis hinc prudentiss. & commodissimum vincenda genus per astum & insidias damnemus gentium & civili Romanorum jure & more prohibemur *l. 1. pr. ff. de dol. mal.* Quæ stratagemata esse licita superius non semel probavimus.

299. *Arminius abscedentibus Romanis & pulso Maroboduo regnum affectat.* Bellicosus populus non hoc modo ex bellorum assuetudine periculum est quoad externo metu vacui arma in propria viscera ferè semper adigant, sed & hoc pati coguntur, ut quos sua vi armarunt, acerrimos libertatis suæ hostes & impugnatores ubi hostili metu liberati sunt recipiant. Raro à libera republ. contra externam vim Dux armatus, qui ea propulsat à non factus sit suæ reipubl. dominus aut prædo. *Exempla infinita præbet Civitas Romana*

No.

Romana cuius historiam Rom. legenti obvia. Sed hæc & alia in commodiorem occasionem refero. Discamus autem quam caute castrorum imperium iis imponendum à quibus civitas vereri cogitur dominatum.

300. *Arminius regnum affectans libertatem popularium adversam habuit.* Quanto hujus studium acrius, ed difficiliore sunt ansum dominationi studentium. Ea quippe obex est affectati imperii ed obstinatio, quo carior & recontior. Testis est Manlii & Grachorum Historia quam infelix sic dominatus anhelatio ista florenti & adultæ. Nec alia ratio est quare Marii, Cinnæ, Syllæ & Cæsaris molimina pro arripiendo imperio fuerint feliciora, quam quod eo ævo cæpta ubi libidini magis quam libertati populos Romanus vigilabat, *de quo pulchrè differit Salust. de Bell. Catil. in princ.*

301. Coronidis loco notamus superbum fastidium *Gracorum* dum *suasantium* mirantur exoticis posthabitis. Quis similes sunt Chineses exterorum arrogantes contemptores, unde inter illos dicitur; Chineses habere duos oculos, Europæos unum. & quod hominum est reliquum cæcutire *Lanf. in Consult. de Princip. provinc. Europ. in prim. relatione Frider. Achilt. Duc. Wirtemb.*

Quorum errorem Historiæ cognitus fructus apud quemque sine dubio coeret. Romanorum imprudentiam similiter Noster taxat *dum vetera extollunt, recentium incuriosi*, de quo jam non dico.

FINIS libr. II. Annal.



U. S. DEPARTMENT OF AGRICULTURE
BUREAU OF PLANT INDUSTRY
WASHINGTON, D. C.

Ex Lib. III. Ann

Taciti politicè
DISCURSUS

1.



Oc affid
habet, quo
simè indur
ni per calè
viffima q
constanti
in felicit
ratè mu
poffe.

lerandi

Nemo d

servati etiam ad leviffima
Nec in fumma fortuna nat
re, in qua anxia priftina
periffè Historia telt
pro pacto adverfam er
ac impetus fortune p
lis gravis est, quibus re
qua femper expectat.
Hilaudis apud pofteri
non deferunt, quam
Amici sinceræ fidei p
labes quicquid præftatur

A a



Ex Lib. III. Annal.

Taciti politicè resoluti

DISCURSUS I.

I.



Hoc assidua infelicitas boni
habet, quod, quos sæpe vexat, novis-
simè indurat. Quorum omnes an-
ni per calamitates transierunt, gra-
vissima quoque sorti & immobili
constantia perferunt. At qui diu
in felicitate vixerunt parum mo-
deratè mutationem fortunæ tolerare
posse. *Violenta luxu & nescia to-
lerandi Agrippina demonstrat.*
Nemo delicati hominum animi lor-

ga felicitate enervati etiam ad levissimarum injuriarum notas col-
labuntur. Nec in summa fortuna natis quicquam difficilius quam
adversam ferre, in qua anxia pristinae fortis memoriâ & præsentis
duritate multos periisse Historia testis est. Prudens cum secun-
dæ res sunt, quo pacto adversam ærumnam ferat, meditatur &
omnes conatus ac impetus fortunæ prospicit multo antequam in-
currunt. Illis gravis est, quibus repentina est calamitas, facile
eam sustinet qui semper expectat.

2. Plus laudis apud posteritatem merentur qui adversos
amicorum casus non deserunt, quam qui prosperum vitæ cursum
comitantur. Amici sinceræ fidei præsertim in adversis cogno-
scentur. In his quicquid præstatur totum à constanti benevolen-
tia pro-

A a a

tia pro-

Ex Lib. III.

Taciti politici

DISCURS


I.



Oc af
habet, c
fime in
ni per
viffima
consta
in fel
rate
poffe.
lerana

Nemo

conferuari etiam ad leviffi
Nec in fumma fortuna
fere, in qua anxia prifti
re nunc reriffe Historia t
tari, quo pacto adverfam
impetus fortun
illis gravis est, quibus
que qui femper expectat
Plus laudis apud poft
adus non defertur, qu
Amici sinceræ fide
labat quicquid preftat



Ex Lib. III. Annal.
Taciti politicè resoluti
DISCURSUS I.

1.



Haec affidua infelicitas boni
habet, quod saepe vexat, novis-
sime indurat. Quorum omnes ani-
mi per calamitates transierunt, gra-
vissima quoque forti & immobili
constantia perferunt. At qui diu
in felicitate vixerunt parum mode-
rate mutationem fortunae tolerare
possunt. *Violenta luctu & nescia so-
lerandi* Agrippina demonstrat.

Nemo delicati hominum animi lon-
ga felicitate enervati etiam ad levissimarum injuriarum notas col-
labuntur. Nec in summa fortuna natis quicquam difficilius quam
adversam ferre, in qua anxia pristinae sortis memoria & praesentis
duritate multos periisse Historia testis est. Prudens cum secun-
dae res sunt, quo pacto adversam aeternam ferat, meditatur &
omnes conatus ac impetus fortunae prospicit multo antequam in-
currunt. Illis gravis est, quibus repentina est calamitas, facile
eam sustinet qui semper expectat.

2. Plus laudis apud posteritatem merentur qui adversos
amicorum casus non deserunt, quam qui prosperum vitae cursum
comitantur. Amici sinceræ fidei praesertim in adversis cogno-
scentur. In his quicquid praestatur totum à constanti benevolen-
tia pro-

A a a

tia proficitur. Hinc nemini amicorum cum morte aut fortuna
 amicitiam mutare conuenit. Sed potius quemcunque amicorum
 decet nunquam defituere amicos eorumq; necessitudines quæ
 cunque fortuna vel casus intervenit. Quippe amicitia virtuti non
 fortunæ inædificatur, quæ in aduersis magis quam prosperis elu-
 cet. Præclaræ fidei & amicitia exemplum habemus in Patrone,
 Græcorum in exercitiu Darii fortissimo Duce, quem cognito Belli
 & Nabarzanis facinore sic Darium sine interprete apud *Curt. lib.*
Hist. II. allocutum legimus. *Rex ex quinquaginta millibus Græ-*
corum supersumus pauci omnes fortuna tua Comites & in hoc tuo
statu idem qui florente te fuimus: quascunque sedes elegeris pro
Patria & domesticis rebus petituri. Secunda aduersaq; res tua co-
pulauere nos tecum. Cujus Exemplum secuti Germanici inimici
 quique amicorum & plerique militares ut quique amicorum sub
 Germanico stipendia fecerunt multiq; etiam ignoti licet non mor-
 tem cum ipso oppetere, quod horridum est & triste pertinacis ta-
 men amicitia exemplum mutuiq; doloris solatia ad Agrippinam
 deferre, eoq; nomine dum adventu ejus audito pars officium in Prin-
 cipem rati, plures illos secuti ruere ad oppidum Brundisium & fera-
 lem pompam augere voluerunt intemerati & post busta duraturi
 affectus signum exhibuerunt eo magis hinc inde laudem reportan-
 tes, quod acceptorum à Germanico beneficiorum veterisq; amici-
 tia memoria ducti in ipsius quoq; necessitudines grati extiterunt.

3. *Atque ubi primum ex albo visa classis complentur non*
modo portus & proxima maris sed mania ac terra quaque longissimè
prospicere poterant. Ita in adventu funeris solemnioris & præ-
 fertim Regum Principumve deductione non modo plebs inferior
 undique concurrit sed tota propemodum civitas vacationes ab
 opere indicere solet. Non quemquam ætas, non sexus, non ne-
 gotiorum vel rei familiaris, cura retardat, quo minus domo ex-
 eat & oculos regio funere aut necessi. uctinum planctu pascat.
 Aliquando si amicitia patriæ partem, in gemitus & lamenta, vel si
 jactura major lachrymis in consternationem perpetuumq; silen-
 tium confluens turba quasi omnia ad luctum simul componendo,

ab-

3.
abripitur. Sic matrem Syfigembem conjugemq; Darii captas
omnium oculos in se convertisse, & quidem illam non majestate
solum sed etiam ætate hanc formæ pulchritudine venerabiles le-
gimus apud *Curt. Hist. II.* Si in obitu & deductione funeris Gustavi
Magni nec non Caroli Gustavi, potentissimorum Svedæ Re-
gum diversos è diversis regionibus advenas varios etiam Magna-
tes eorumq; Legatos confluisse nostra novit ætas.

4. *Silentio an voce aliqua egredientem.* Agrippi-
nam exciperent, rogat inter se mœrentium turba. Placuit poste-
rius. Nec imprudenter, si cum moderamine. Deditur ultima
ministro de Republ. merito pietas in luctum vœcemq; eruptura.
Sed si nimia, sperni se aut deteriorem judicari judicat Princeps.
Ideoq; non suæ periculo. Plures nullam ob causam, quam quod
intempèstivè nimis mœrentem ministri ob potentiam Principi sus-
pecti deservisse videbantur, perisse novimus. Optimum tempe-
ramentum est, moribus vultuq; ita esse composito ne læti excessu
ne tristiores videantur, sicuti Nost. alib. monet.

5. *Neque satis constabat quid pro tempore foret.* Pru-
denter monet *Nic Machiav. libr. 3. de Rep. II.* Ad res gerendas
semper temporum occasiones spectare inveniç, oportere. Est enim
circumstantia temporis validissima in actionibus hominum, adeo
ut quod hodie sit optimum cras forsitan mutatione temporis sit
pessimum. Verè canit Poeta: Temporibus medicina valet
dato tempore profuit. Et data non apto tempore vina no-
cent. In hoc ergo compendium omnis prudentiæ consistit ex
tempore consilium capere & quæ casus obtulerit in sapientiam
vertere. Tempus anima actionis est, cui ut nunquam deesse
pulchrum, ita in incertum & futurum ejus eventum omnia con-
ferre eidemq; rationem submittere est stultissimum.

6. *Cum classis paulatim successit non alacri ut ad soles re-
migio sed cunctis ad tristitiam compositis* Desiderat Regum
Principumve luctus omnia in Rep. etiam minima ad mœrentem
componere. Liberrimè, uberrimè luctus solvendus: Questi-
bus mutuis nec non alterno dolore omnia perstreperè & singula

seorsim Reip. instrumenta ingentiura dolorum noemata edere debent. Nam sicuti ubique illorum cernitur iactura, ita & tristitiæ vel mœroris signa ubique extare convenit. Unde altaria, suggestus, theatra & subsellia publica ut & aulae ac iudiciorum recessus atro involvi suppere, organa & concentus relinquere, pariter ac alia lætitiæ publicæ privatæq; instrumenta ad tempus usui consueti exesse & veluti unâ tritari solent. Nec id immerito. Qui enim lætari vel tripudiare deceret sublato è Rep. capite, sine quo reliqua membra sine Spiritu esse in simili pronunciat Perdicas apud *Curt. libr. 10. c. 6.*

7. *Igitur Tribunorum Centurionumq; humeris cineres portabantur.* Decorum omnino clarorum virorum funus vel cineres ab honoratis personis portari. Sed quomodo cineres cadaverum à cineribus lignorum colligi potuerunt anxie inter antiquitatem investigatores disquirunt? Aliqui lino vivo Indico sive Arabico mortuos involutos arbitrantur ex testimonio Plinii ita scribentis. *Inventum est etiam linum quod ignibus non absumeretur. Vivum id vocant ardentem, convivorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendentes magis quam possent aquæ, Regum inde funebres tunica corporis favillam à reliquo separant cinere.* Aliter cum Isaaco Casaubono censet Kirchmannus existimans ita collocatum fuisse cadaver in pyra, ut cineres & ossa separatim manserint neque aut ligni cineribus aut animantium, quæ simul cremabantur, ossibus commixta fuerint. Boxbornius hoc pensus attendens ulterius in eam rem inquit, & colligit fuisse ustionibus custodes adhibitos, qui ancis & hamis titiones averterunt, ne horum favillæ corporis combusti cineribus immiscerentur. Optime quidem hoc. Ast ex antiquitatum monumentis novimus unâ cum lecto pyrae impositos esse mortuos vicinis purpuratis veluti inter alia ostendit Lex Decemviralis dum ait: Ut mortui tribus viciniis & vinculis purpuræ &c. offerentur. Quomodo ergo præcaveri potuit à cenam vel ultra custodibus neglecti & vestium cineres cum busti cineribus commiscerentur? Quid ergo in tanta dissensione statuendum?

f.

Si verum fatendum nemo hactenus hunc nodum solvit. Idem nec mihi forsitan in re tanti momenti error vitio vertetur. Quae spe freus Plinii potius quam nullam omnino sententiam sequendam esse censeo. Regum nempe & virorum optimorum cadavera lino vivo involuta fuisse ut itacineres cadaveris à cineribus ligni facillimè separari potuerint.

8. *Prædebant incompta signa, versi fasces.* Id nostris ex parte moribus adhuc convenit, dum in nihilum & magnatum sepulchris sclopera aliq̄; arma ductilia inverti, signa intermissis luxu strata efferi, tympana, testudines, & vexilla atro involvi pallio videmus.

9. *Pro opibus loci vestem, odores aliq̄; funerum solemnitas ornabant.* Ex antiquo Romanorum non modo sed etiam aliarum gentium more, quo res pretiosas in funerationibus mortuorum comburere vel etiam unà cum defuncto in rogam iijicere solebant. Hinc illud legatum. Volo inferri mihi quocunq̄; sepulture causa feram ex ornamento lineas duas ex margaritis virulas & Smaragdus. An eiusmodi legatum ab herede præstandum? Negat Ictus in *l. 14 §. 5. ff. de relig. & sumpt. fun. l. fin. ff. de aur. & arg. leg.* Non, inquit, oportet ornamenta cum corporibus condi nec quid aliud hujusmodi quod homines simplices faciunt. Neque hoc caret ratione. Quid enim proficit ejusmodi sepulchrorum superbia? Damna sunt potius viventium quam subsidia mortuorum. Tribuit male feratis prædandi occasionem & ut mortuis nullum avertat honorem sic viventibus admittit sustentandi media. Laudandi ergo qui mortuorum ornamenta & præcipuè anulos deprehunt sicuti pluribus declarat Plin. *lib. 33 nat. hist. 1.*

10. *Aberat quippe adulatio.* An sine periculo? Ingeniam affectuum confessionem edere sub Principe qui ex dissimulationibus, fallaciis & mendaciis constare videtur periculosum est. Moribus corruptis ubi sentire quæ velis & quæ sentis dicere non licet perinde anceps est adulatio si nulla & si minima. Optima ducitur ars, qua affectus optimè, ubi congrue est, re-

gere novit. Cum Cretenſibus junctum decet pariter cretenſari & cum vulpe vulpinari. Sed temperamento curioſo hac in re opus eſt, ne improba mens neſas adjiciat de quo infra pluribus.

11. Ut in hoc mundo & præſertim ejus theatro aula e- mentito luctu nihil eſt frequentius, ita difficilius eo nihil regi- tur. Veritas temporis filia eſt *Aul. Gell. lib. 12. c. 11.* idem mora & viſu valet. Veriſſimè canit Pœta. Licet ipſe neges. Vultus loquitur quodcunque negas, & oculorum obrutu ſuper- ciliarum aut remiſſione aut contractione, facile indicamus, quan- tus ſit in homine dolor, metus aut triſtitia *Cic. 1. offic.* Callido ergo conſilio mirus ſimulandi artifex *Tiberius atque Auguſta pu- blico abſtinere ore omnium oculis multum eorum ſcrutantibus falſi intelligerentur.* Vultus enim & frons animi janua eſt quæ voluntatem abditam recludit. Oculi sæpè funguntur lingvæ officio, per eam fenestram mens effugit & nuda patet inſidiato- ribus fenestrarum.

12. *Inferius majestate nati, ſi publicè lamentarentur.* Ut inter privatos ſtæminas lugere honeſtum viris meminiffe. Ita multo magis Principibus publicè lamentari indecorum eſt. O- portet Principes forti eſſe animo & ſpem vultum ſimulando, premere altum corde dolorem. Reprehenditur Otho, quod contra decus Imperii thoro inſiſtens precibus & lachrymis ægrè cohibuit *Tacit. 1. Hiſt. 32.* & Vitellius quod vultu voce, lachry- mis miſericordiam populi eliciens largus promiſſis & quæ natu- ra trepidantium immodicus fuit. *T. 3. Hiſt. 58.* Non deſunt in- ter Politicos, qui inter arcana Imperii referunt ut Princeps cæ- tui populari ſe quam maximè ſubducat, neque demiſſo vultu aut ſupplex in publicum prodeat. *vid. Forſn. in not. ad libr. 2. An- nal.*

13. *Concidiffe Remp. nihil ſpei reliquum miles cum armis ſine inſignibus magiſtratus, populus per tribus clamant.* An prudenter? Non puto, Intoleranda Principi vox eſt licet forſan cum veritate de miniſtro exprimi poſſit ob mortem ipſius cor- ruere Remp. nec quicquam ſpei ſuperelle ſuſpicaces illorum ſunt

sunt animi, unde neminem populo gratum cernere possunt nisi sperni se simul & sua vitia tibi exprobrari putent ac sibi invidiant. Hinc funestus multis populi dirusq; favor legitur. Sic Regius Propheta David nullam ob causam à Saule obo habitus, quam quod acceptus in oculis universi populi & maxime in conspectu famulorum Saulis esset *1. Sam. 18. 5. Mairzetius de persec. Dav. p. m. 42.* Simili modo haud propterea favorem populi Druso Germanici patre ejusdemq; avunculi Marcello flagrantibus plebis studiis intra Juventam erepto legitur. Tantum magis animos Magnatum penetrat, quam nimia in ministerum studia. Unde prudenter Aulicus popularum a tanti vitat magis quam captat, ne adfectatae dominationis argumentum edendo in gloriam sibi præperet exitium.

14. *Gnarus id Tiberio fuit, utq; premeret vulgi sermones edicto monuit.* Insigni arcano Politico, quo edocetur Principes non modo diligenter exquirere quæ quisque subditum de illis sentiat aut dicat, sed etiam sinistros sermones debito tempore & modo coercere. Negligere quid quisque de se sentiat arrogans est aut dissoluti compellere vulgi sermones Principem decet. Sed ita ut ratio & moderatio ubique dominetur de quibus alibi pluribus.

15. *Et quoniam ludorum Megalensium in honorem Magnæ Deorum matris mensè Aprili celebrari seditiorum spectaculum suberit etiam voluptates resumerent.* Tiberius edicto præcipit. Prudenter & ex tempore. Nullum enim aptius suspicacem & ad seditionem pronam multitudinem ad sanam mentem reducendi medium quam spectaculorum oblectamentis, à feris eam advocare. Vulgo sicut pueris omne iudicium est in pretio cupiens voluptatum & si eo trahat Princeps *1. Tacit. 14. Annal. 14.* Exercendo impune hujuscemodi voluptates omnia se adfectum esse existimat & sine difficili negotio ad munia actumq; rerum reducit. Hinc Augusto licentiam hanc restringere cupienti respondit Mecenas *Expedi tibi Cæsar plebem sic occupatam esse Clapm. ex Dion. 6. de Arcan. Rerump. 10.*

Et

Et *Liv. lib. 5. Hist. de Vejorum Rege* tradit, Eum in odio fuisse, quod solemnia ludorum quæ intermittere nefas erat, diremisset. Expedi igitur spectacula & ludos scenicos impunè permitttere, præsertim sub novo & nondum satis firmo Imperio. Ira tamen ut ratio & moderamen adsit. Verum enim quod *Senec. Epist. 7. ait: Nihil tam damnosum bonis moribus est quam in spectaculo sæpe desiderare tunc enim per voluptatem vitia facilius surrepunt.* Prudens ergo Princeps tempora & genium populi discernat neque semper & promiscuè spectacula permittat, ne lascivix nimis deditum populum inter immodesta gaudia immodestum faciat *Bod. 6. de Rep. 1.*

16. Celeris est accusationis vis quam defensionis favor. Ideo scelerum ministris nihil usitatus quam ut judicia quavis ratione amoliantur aut morentur. Exemplum in Pisone de quo populus Romanus queritur, quod *vagus per amena Asia & Achaje adroganti & subdola mora scelerum probationes subverteret.* An fereuda ejusmodi mora? Nequaquam. Expedi Reip. delicta non manere impunita, cui nihil magis conducit quam probationum quibus scelerum fontes convinci possunt, subdola abolitio. Huic malo ut obviam eatur saluberrimè constitutum est, ut quotiescunque periculum ne copix probationum per mortem aut absentiam testium vel dolo Reorum subtrahantur, testes lite etiam nondum contestata ad perpetuam Rei memoriam sum ewigen Gedächtniß recipiantur & examinentur *c. 4. X. de testib. c. 5. X. ut lit. non cont. Hartm. Pistor. part. 1. quæst. 39. n. 2.* Sed an indistinctè ejusmodi examinatio testium permittitur? Ex parte Actoris cui minus favent jura quam Reo, quia in ejus potestate est quando agat, non aliter admittitur, quam si moras injicit, aut judicii exercitio aut ipsius Rei tergiversatio *arg. l. 15. ff. ut legat. nom. cav. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. defn. 1. n. 5.* Ex parte verò Rei, quia in illius potestate non est quando conveniatur. *l. 5. Bull. ff. de dolomal.* Indistinctè tam in civilibus quam criminalibus ejusmodi examen ad æternam rei memoriam recipitur, etiamsi nulla causa existat *c. 43. X. de test. Carpz. defn. for. part. 1. Conf. 16. defn. 35.* modo lis nondum contestata. Ea enim jam contestata paricum Actore gaudet jure, uti pluribus demonstrat *Hartm. Piff. d. quæst. 39.*

DISCUR-

DISCURSUS POLITICUS II.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

17.

Prinicipis iratum & suspicacem animum non tam facili
 regorio placari quam offendi historia testis est. Infelix
 qui offensum illum nec ad gratiam ante præparatum ad-
 ire cogitur. Certè non in minori est discrimine, quam
 si irato leoni se objiceret. Prudenter & à re sua facit, qui per
 alios gratiam sibi parat, quam præsentia infelici utut supplex in-
 gratum reddit. Plures etiam innocentes recenti iracundia im-
 pones hac ratione oppressos legimus. Laudabilis prudentia Piss-
 nis, qui *præmittit in urbem filium datumq; mandatum per qua Prin-
 cipem mollires*, & Absoloni Joabum & hic feminam Thecoren-
 sem ad Regem Davidem præmittit, per quam offensam Regis le-
 niret. *2. Sam. 14.*

18. *Ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu erua-
 tem, quam remoto amulo a quietem sibi sperabat. Sed frustra
 apud fratrem egregie concordem & proximorum certaminibus
 in concillium. Observa hic imbecille graviorum scelerum mini-
 strorum perocinium. Traditus est Principibus mos, munimen-
 tum præfecit, imposterum ultionem vid. libr. 2.*

19. *Tiberius quo integrum judicium ostentares exceptum
 comiter juvenem Severum erga filiosam. liberalitate auget. Jure an
 injuria? Præus affirmo. Jus enim naturale postulare videtur, ne
 ab asecuti ne mitium fiat, sed ut Reus prius audiatur & ad legiti-
 mum sui defensionem admittatur. Idem obtinet in delictis noto-
 riis l. 3. ff. de re milit. Non ex rumoribus statuendum, sed inte-
 gra causæ cognitio ostentanda, neque alterius partis causa præju-
 dicio gravanda. Planè nec visum hominem nec auditum damna-
 re velasatimum esse judicat Ammian. Marcell. Laudabilis Ro-
 manorum consuetudo, de qua testatur Porcius Festus in ait. Apost.
 6. 25. Non est Romanis, inquit, consuetudo, damnare aliquem ho-*

Bbb

minem

minem ut pereat priusquam is qui accusatur, presentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quae ei obijciuntur. Constantia est delatos apud se & nondum convictos non terribili vultu aut verbis minacibus vel praedicio damnare, sed praese ferre malle falsa & inania quorum quis infimulatur vid. Forst. in not. ad b. l.

20. Ut proum ad suspiciones vulgus est, ita mos ipsi, quamvis falsis, Reum subdere. Cuncta in deterius detorquet, ac suos rumores, ex voto & libidine agitat creditq;. Docet exemplo suo Piso, qui Dalmatico mari superato legionem Nonam, quae ex Pannonia in urbem dein praesidium ducebatur attingens, quasi dolo malo in agmine atque itinere crebro se militibus ostensivisses suspicatur. Atque ita inuisum suspectumq; semel seu bene seu male facta premunt. Prudens omnes suas actiones ita instituit, ut omnem calumniandi occasionem praescindat. Ita cuncta peragat, ut aut suspicaces & infesti animi mitigentur, aut saltem apud caeteros suspicio diluatur & innocentia ostendatur.

21. Fuit inter irrimenta invidia, qua omnibus affectibus potentior, domus foro imminens, festo ornata, conviviumq; & epula. Sic temper ferè virtus, dignitas & opes honestiorum civium Titiones sunt ad accendendum non solum in plebe sed etiam Principibus invidiae ignem. Quis mortalium, cui virile est ingenium, inquit Catil. ap. Sallust. tolerare potest, illos divitiis superare, quas in extruendo mari & montibus coequandis profundunt, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse, illos binas aut amplius domus aedificare posse, nobis larem familiarem nusquam ullum esse. Usque adeo aedificiorum splendor ad invidiam odiumq; apud amicos, suspicionem cogitatur rebellionis augendam apud omnes nocet. Pluribus solum aedificiorum magnificentiam excitiis causam fuisse in historiis legimus. Sic Valerius Porlicula quod Romae in summa Velia aedificarat atroci invadendae Reip. crimine notatus est. Liv. lib. 5. Ut taceam exempla recentiora, quae ut tristiora, ita magis odiosa & ideo silentio praeterenda. Non desunt Politici, qui inter arcana dominationis Regis

Regie referunt, ne quis splendide ædificet aut arcem extruat
Clapm. 3. de arcan. Rerump. 8. Unde Noſt. de Nerone 15. *Annal.* inquit: *Jubet Nero pravenire comatus Conſuliu, occupare velut arcem ejus, opprimere delectam juvenentem, quia Vellinus imminentes foro ades decoru, ſervitia & pari amia habeas.* Et ita omni tempore ad ſuperbiam & æmulationem aliorum foro imminentes extructas ades habere, periculofum fuit. Prudentiores modum in ædificando ſervant & fortunam velut tunicam magis cocinnam quam longam probant. Cur enim divitiæ invidiæ expoſeant. Non domo Dominus ſed domus Domino cohonellanda *Lipf. 4. Pol. 11.* Laudantur Lacedæmonii, quod non niſi ferra & ſecuri i. e. ſimplicibus iſtrumentis ædificaverunt, ac omnem ædificatorum intermiſerunt. Quorum exemplum uti imitandum ita medium inter nimium ſordes nimiumq; ſplendorem tenendum ſvaſor ero.

22. *Contem Viſellius Veranus cateriq; Germanicum comiti tradebant nullas eſſe partes Trioni neque ſe accuſatores ſed rorem iudicis mandam Germanici perlaturos.* Ubi plures ſimul concurrunt, quorum omnium delinquentem puniri ſimul intereſt, omnes ad accuſandum admittuntur *Wefemb. parat. ff. de accuſ. nam 10.* Si non convenit inter illos, quis prior accuſare debeat, iudicium eſt maximè idoneum eligere *l. 16. ff. de accuſ.* Proximiores vero in deſuncti nece vindicanda ſemper præferuntur remotioribus *l. ſi plures ff. de accuſat.* adeo ut etiam ſeminae ſi proximiores ſunt excludant maſculos. Amici autem rerum indices & oculari teſtes, qui mandata deſuncti expoſituri veniunt reliquis omnibus conſanguineis, etiam ſcriptis hæredibus præferuntur ſicut prolixè docet *Favinac. prax. crim. lib. 1. tit. 2. quaſt. 13. n. 14.*

23. *Contem Tiberium validum ſternendis rumoribus, ex quibus ſolis nemo torqueri multo minus ad ſupplicium condemnari poteſt, ſed alia iudicia concurrere debent ut torturæ locus ſit* *Colum. reſp. 12. n. 184. vol. 1. & conſcientia matris innexam tenebat.* Sed quam imbecille imò pejus ac ſi nullum aſylum. Quid prod eſt occultum patrociniū, quod abſque periculo tuo oſtendere

non audes? Plus certè tibi metuendum ab eo, qui ne favere videatur severitatis fidem facere cogitur, quam qui ingenuè succenset vid. *lib. 2. Ann. 1b. 261.*

24. *Veruq; aut in deterius credita iudice ab uno facilius discerni odium & invidiam apud multos valere.* Ergone præstat si unus quam si plures iudicent? Ita iudicat P. so, nec sine ratione. Est enim sub multitudine judicantium vel iudicium tardum vel ob altercationes nullum, vel ob diversas opiniones incertum, vel denique ob invidiam & odium periculi plenum. Verum quidem quod dicitur, Oculi plus vident quam oculus, plures sociatis laboribus facilius judicialia munia exsequuntur. Sed quam arduum ut in pari potentia sit concordia. Alios adulatio, alios lucris spes, alios fervor inconsideratus, non paucos invidia & odium verum à falso discernendi incapaces facit. Ut quisque Reo plus minusve favet, eo sententia sua inclinatur. Hinc prudentiæ singularis reputant Politici, sustinendo oneri & amovendis affectibus alios in partem curarum assumi, sed ita ut penes unum suprema iudicandi potestas, in cæteris consilia & auxilia locentur. Sic Moses ex Consilio Jethronis *Exod. 18. v. 22.* & hodiè in plerisque locis nisi soli iudicandi potestatem concedi, alios veluti Assessores in partem curarum eidem adiungi cernimus. Sed hæc controversia in thesi forsitan decisionem non admittet. Pro varietate negotiorum hæc res variat. Alia coram uno, alia à pluribus disceptari & dijudicari debent de quibus infra pluribus.

25. *Integramq; causam ad Senatum remittit Tiberius.* Insigni arcano politico, quo per callidissimum Imperatorem edocentur Principes cuncta odiosa licet necessaria ad magistratus inferiores rejicienda & sibi in vulgus grata retinenda esse. Verum est quod Camillus apud *Liv. 8. 13.* pronunciat id esse firmissimum Imperium, quo obedienter gaudent. Et quod alibi effert civium amorem unum & inexpugnabile monumentum Principis esse. Hanc nihil magis diminuit, quam subditorum insidens de sui Principis crudelitate opinio quæ nulla re magis augetur, quam crebra suppliciorum irrogatione. Ea enim vulgi est natura, ut quantum adversus

adversus fortis & extrema exempla meritis miseratione tamen cœ-
 atur, tanquam non utilitate publica sed in sævitiam unius assuman-
 tur. Arcanum ergo politicum reputatur eniti, ut quivis alius
 quam ipse Princeps autor suppliciorum existimetur *Bodin. 4. Po-
 litic. 6.* Sicuti Xenophon in Hierone admoet. Viro Principi ubi
 pœnarum aut coercionis res est alius id delegandum: ubi præ-
 miorum aut munerum ipsi obeundum. Laudabilis germanici
 prudentia qua grata in vulgus ipse perfecit cætera ipsi milites ex-
 equerentur iussit. *Nost. 1. Ann. 44.* Et Neronis Imperii sui ini-
 tio damnati cujusdam supplicium subscriptione sua probare iussi
 callida vox O quam nunc vellem literas noscire. *Suet. in Neron.*

26. *Drusus rediens Illyrico quanquam Patres censuissent
 ut ovans inires.* Differt oratio à Triumphis. Ovans pedibus ur-
 bebatur & à Plebeis vel ab equitibus Romanis ducebatur in Capi-
 toliam & de ovibus sacrificabat. Triumphans verò quatuor al-
 bis equis vectus præeunte Senatu in Capitolio de tauris immolabat
Schonb. 6. Pol. 37. Causa ovandi erat, cum aut bella non ritè indi-
 cta, neque cum iusto hoste gesta erant, aut cum hostium neminem hu-
 mile aut incruenta victoria obvenit de quibus late *Rosin. 10. antiq.
 Rom. 28. & Lips. de milit. Rom. dial. ult.* Triumphandi autem
 causa erat cum bellum gerebatur quod populus Romanus alii po-
 pulo æque libero vel contraindixerat, & victoria cruenta fuerat.
Vid. Rosin. d. 1.

27. *Post qua. Rous Pifo. T. Aruntium, Fulcinium &c.
 patronos postulavit.* Patet ex his advocatos in Rep. Romana fuisse
 An illi tolerandi? Nos distingvimus inter Advocatos jurium pe-
 ritors, & Legulejos sive Rabulas. Hos cum Jacobo Utopizæ Re-
 ge & Friderico Rom. Imperatore, velut vultures togatos aula &
 Rep. exesse, quilibet prudens Magistratus jubeat. Corruptum
 enim judicium & lites summo cum Reip. damno immortales red-
 dunt. Illos verò non admittendos modo sed & præmiis afficien-
 dos esse duco. Provident namque generi humano non minus
 quam si præliis & vulneribus patriam parentesq; defendant *l. 14.*

Bob 3

C. de

C. de advoc. div. judic. Neque illi tantum militare creduntur, qui gladiis clypeis & thoracibus nituntur, sed etiam causarum Patroni qui gloriolæ vocis munimine confisi laborantium spem vitam & posteros defendunt. Ut non immerito egregia privilegia Advocatis in jure & præsertim in *l. 3. C. de advoc. divers. judic.* concessa esse legamus. Omnibus tamen promiscuè advocandi potestas non est concedenda, sed certus numerus & personæ idoneæ ad hoc officium eligendæ, quemadmodum in benè constitutis judiciis hodie fieri videmus.

28. *Iug. diversa excusantibus.* Notent scelerum ministri, quam difficile invenire Patronum ei qui Principis gratia excidisse creditur. Omnes ex defensione ejus periculum sibi metunt unde plures etiam innocentes, quia defensore caruerunt, periisse Historia memorat. Huic malo magistratus occurrere & Reo ex officio Advocatum adjungere debet, non quidem ad respondendum accusationi vel inquisitioni, aut interrogationibus quæ sunt à judice super delicto, sed ad opponendas exceptiones, producendum capitula, Reum instruendum & consilio juvandum *Const. Carol. art. 88.* Sed an ita datus se possit excusare? Negat nostra Constitutio judicialis, *die Hoff-Beichtes Ordnung tit. von die Advocaten &c. Besoldung* ubi sub poena remotionis ab officio Advocatus se excusare prohibetur, quod tamen non aliter, quam si justa deficit causa admittimus.

29. *Plus sibi in Principem occulta vocis aut suspicacis silentij permisi populus.* Sic infimæ non tantum aut mediocris conditionis hominum sed etiam summarum potestatum vita & actiones perpetuæ & vilissimæ plebis censuræ subjacent. Verum quod vulgo dicitur: *Grosse Herren müssen viele von Ihnen reden lassen.* Lingvarum effrenis licentia in altissima quæque sibi nimium tribuit, & omni populo semper inest quiddam querulum in imperantes. Quid consultius? ferre ejusmodi plebis censuram an vero eam corrigere? Non desunt qui occultas vulgi voces utile Principi censeat, tum quod præstet malum animum per querelas effundendi quam per machinationes infestas, tum quia Princeps per ista

illa iudicia non parum eruditur, vid. *Annib. Scor. ad lib. 2. Tacit.*
Ego hoc non aliter admitto, quam si Reip. tranqui illitas aut antho-
ritas Principis id permittit.

30. *Illicontumacia & certaminibus asperasset juvenem an
scelere extinxisset integris animis dijudicandum.* Bene Tiberius
hoc duo distingvit. Contumacia est cum quis parere reculat ei
cui debet, *cc. X. de dol. & contum.* Hujus poena pro varietate ad-
missi variat. In militia poena parere nolentis ut plurimum est su-
stigatio, quam militari vocabulo exprimunt, *durō die & p̄struten
lauffen.* Aliquando si contumacia est enormis adversus supre-
mum magistratum morte puniunt, quia rebellionis non dissimilis &
speciem criminis laesae majestatis habet. Scelere autem extingve-
re est dolo malo vitam alterius intercipere, cujus poena inordinatē
mors est.

31. *Privatas inimicitias non Principis* sive ut rectius Lipsi-
us ex antiqua Scriptura eumq; secutus *Freinsheim. ad h. l.* legit non
vi Principis *vilescat.* Prudens hoc Tiberii effatum. Non boni
exempli est suas suorumq; similitates, pro magistratu exercere *Liv.*
39. Nec injuria consuli aut consanguineis ipsius illata, licet justa,
in magistratu exercenda, ne potentia ipsi exitiosa aut nimium for-
midabilis fiat. Laudatur Ludovicus XI. quod à suis monitis ut
illos quos suos adversos, quum adhuc Dux Aurelix esset, intellaxe-
rat, paucis, regiè responderit. *Non oportere Regem Francia vilesce
injuria Ducis Aureliani.* Alia est persona publica alia privata.
Publica persona injuriam sibi illatam modo notoria & enormis sit,
propria sua potentia vindicare non prohibetur. Quanquam me-
lius agat si clementer excipiat neque durum aliquid aut asperum
sustinere delinquentem patiatur veluti laudabili constitutione
*Imp. Arcadius & Honor. in l. unic. C. si quis Imp. maled. p̄scribi-
bunt.* Sed hoc cum moderamine accipi velint, ne Principis ni-
miā clementiā auctoritas vilescere & ipsi Principi exitiosa fieri inci-
piat. Privatus injuriam sibi illatam licet atrox vindicare non pos-
sit, quia ad hoc iudiciorum vigor jurisq; publici tutela in medio
posita, ne quis sibi ipsi permittat ultionem *l. 14. C. de judic. & calic.*

31. Pie-

32. Pietati non modo sed & juri naturæ ac humano convenit quod Tiberius ait. *Neque reum prohibeo quo minus cuncta profertur quibus innocentia ipsius sublevari possit.* Non est ab executione inchoandum l. 1. C. de exec. rei jud. ne ulterius progrediatur metus, quam reperitur commissum delictum l. 22. C. de pen. Sed cuilibet spatium ad deducendam & probandam innocentiam indulgendum. Idq; favor defensionis postulat, ut ipsemet iudex ex officio defensiones Rei querere easq; supplere & quoquo modo adjuvare debeat, licet Reus hoc non petat l. 19. ff. de pen. ubi Barth. Perinde ut in aliis quæ publicam causam attingunt ex officio iudex supplere solet. Cum enim Reip. maximè intersit, ne quis innocens condemnatur, imò magis expediat nocentem absolvere, quam innocentem condemnare, idèd Princeps curare debet, ut quantum quæque loquentia & cum valet periclitantem Reum erixè adjuvet. Aliud Tyrannorum consilium de quibus pulchrè Plutarchus ait: *Ut invulnere prius appareat sanguis quam plaga, & ut prius emicat fulgur, quam audiatur tonitru.* Ita apud Tyrannum prius erumpit condemnatio quam probatio & perit delatus antequam convincatur.

33. Exin statuitur ut sex dierum spatium interjecto Reus per triduum defenderetur. Annon terminus hic ad deducendam innocentiam nimis angustus? Jus nostrum civile nullum certum tempus exprimit, nec inquisitum ad certum & determinatum spatium adstringit; sed tempora dilationum arbitraria esse vult, pro distantia locorum & qualitate personarum à iudice moderanda l. 1. ibi gloss. & Dd. C. de dilat. Geil. 1. Obs. 91. n. 13. Communiter spatium 14. dierum sive unius mensis, sine Mōnatsfrist ad deductionem innocentie sufficiens esse creditur. Ita tamen si ex locis remotioribus testes producendi, vel argumenta difficilis probationis afferuntur, spatium istud duplicetur vel triplicetur. Illud etiam his notandum, quod Reo semper longius spatium quam Actor indulgendum, licet alias æqualitas in iudiciis servanda c. 1. de sent. & re jud. in 6. quia rei partes semper favorabiliores sunt quam Actoris l. favorabiliores ff. de R. V.

DISCUR-

DISCURSUS POLI

Et Lib. III. Annal

... inania & ...
 ... civilibus certa pr
 ... debent institui et. Inst
 ... in causis criminalibu
 ... clapo delictum exting
 ... Verum quanto
 ... delictorum ten
 ... tempus requirunt
 ... quinquennio
 ... injuriarum ut &
 ... crim. lib. 1. tit.
 ... varietatem nihil
 ... delicta p
 ... Unde Diocletianu
 ... rescripserunt in hæc v
 ... non exclud
 ... cetera fere crimina.
 ... enim crimina, qu
 ... sed in perpetuum dur
 ... Parricidii l. fin
 ... monet partus fug
 ... Farin. d. libr. 1. q
 ... familiam res
 ... apud Roz
 ... probationum servos
 ... postulabat vel reus
 ... Dominus inculaba
 ... in caput Domini cet
 ... de quest. Joan. Igne. ad l.
 ... accularor torm

DISCURSUS POLITICUS III.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

34.

T *Ulm Fulcinius veterem & inania orditur sed frustra, Na* ut actionibus civilibus certa præfinita sunt tempora in tra quæ debent institui *ss. Inst. de perpet. & temp. ab* Ita etiam in causis criminalibus certum tempus est de terminatum quo elapso delictum extinguitur nec reo etiam con victo amplius nocet. Verum quanto tempore delicta præscri buntur? Pro varietate delictorum tempus hoc loco variat. A lia breve alia longius tempus requirunt. Sic stuprum, fornica tio, adulterium tolluntur quinquennio *l. 5. & l. 25. C. ad L. Jul. de adult. actio prætoria injuriarum ut & famosi libelliano præ scribitur Farin. prax. crim. lib. 1. tit. 1. qu. 10. n. 24.* Immo propter delictorum varietatem nihil certi hic determinari po tuit. Ut plurimum tamen delicta publica & privata præscri buntur viceennio. Unde Diocletianus & Maxim. in *l. 2. C. ad L. Corn. de fals.* rescripserunt in hæc verba *Quærela falsi tempo ralibus præscriptionibus non excluditur nisi viginti annorum exceptione sicut cætera fere crimina.* Notanter autem hic di citur fere, Sicut enim crimina, quæ nullo unquam tempore præscribuntur, sed in perpetuum durant veluti Hæreseos Apo stasias *l. 2. C. de Apost. Parricidii l. fin. ff. ad L. Pomp. de Parricid. Assassini, falsæ monetæ partus suppositi & alia enormia de quibus late vid. ap. Farin. d. libr. 1. qu. 10. n. 29. 30. seqq.*

35. Offerebatq; familiam reus & ministros intormentæ flagitabat. Ex antiquo & apud Romanos valde usitato more, quo ob inopiam probationum servos ad quæstionem & tormen ta vel accusator postulabat vel reus offerebat. Qui si ejusdem criminis, cujus Dominus inculcatur, non participes depre hendebantur, in caput Domini certis ex causis torqueri pote rant *l. 1. C. de quæst. Joan. Igne. ad l. 1. S. Servi. n. 91. ff. ad SC. Syllan.* Et cogebatur accusator tormenta servorum efflagitans, se vincu

Cec

vincu

vinculo subscriptionis adstringere *l. 13. C. de Accus. & Certoque* pretio de seruo in quaestionem dando cavere *l. 27. ff. ad L. Jul. de adult.* sed an Piso jure hoc loco tormenta servorum efflagitare potuit? Non videtur per *l. 1. C. de quaest. ibi. In ceteris autem quanquam ea qua servus contra Dominum dixit judicaturi sententiam formare non debeant.* Ex quibus Dd. communiter concludunt, tormentis servorum in nulla alia causa locum esse, quam quæ in pr. hujus legis expressa; inter quas cum non reperiatur illa, ob quam Piso tormenta postulat, ideo non jure ab eo exigere censendum.

36. Atq; ipsa Plancina donec in media Pisoni spes sociam fecerit, fortuna, & si ita ferret comitem exitii promittebat. Ut secretis Augusta precibus veniam obtinuit, paulatim segregari à marito dividere defensionem cepit. Nec injuria. Cum enim notabiles sine venia sint qui pro læsæ majestatis reis defensionem suscipiunt *l. 5. §. 27. ad L. Jul. majest.* Non potuit sine suo periculo se marito associare Plancina. Verum quidem quod dicitur, non prosperæ tantum sed omnis fortunæ sociæ atem conjuges inire. Sed tamen ordinata charitas incipit à se ipsa, neque alteri quis præstare aliud quid debet quam quod sibi non nocet, alteri prodest *l. 2. §. 5. ff. de aqu. plur. arc.* Disce hic etiam amicorum inconstantiam. Prosperis tuis rebus certaturi ad obsequium, fortunam adversam omnes ex æquo detestabunt. Vera sentiet qui aulas noverit aut consideraverit, in quibus raro amicitias immortales, deprehendis. Ut plurimum quo se fortuna eo & favor hominum inclinât, ut similes videantur hirundinum quæ æstivo tempore nobis præsentés, frigore pulsæ recedunt.

37. Nullo magis exterritus est, quam quod Tiberium sine miseratione sine ira obstinatum clausumq; vidit, ne quo affectu perumperetur. Notent scelerum ministri quam misera sit illorum hominum conditio, qui ex nutu superiorum delinquant. Tantum abest ut patrocini utur promissum ab illis expectare possint, ut potius, quorum gratiam scelere quærere voluerint, eos exprobrantes aspiciant, sua mandata negent & facti rationem reddi postulent sicuti ad lib. 1. pluribus diximus.

38. Et

Ex capitali per se jugulo
 hinc temper à spe ad despe
 ratis animus sunt, Spes & m
 eritis valent. Metus sine sp
 e, malus interpres est,
 Exemplo Saulis qui o
 mnia committit. Sam. ult. Sed i
 nterrogamus facinus, voluntari
 e turpitate. Pulchrè Augustu
 s quæ, hoc asserimus, hoc m
 ortem sibi infer
 re, nec incidat in pe
 riculum certa mors instabit
 tate commodabit Sapiens p
 re mortis mori, veniet, &
 etiam negotium.
 Tullare me memini, visum
 me Tiberij & mandata
 credibile Nam more apud
 mandandarum ra
 tione queretur argumentu
 ture, ne plures in cor
 dicendi, si per nuntius
 malo si ejusmodi manda
 & flagitiorum frandibus
 tunc sibi cavent talium
 quibus artibus capiunt
 tunc accidisse ex Hero
 doti Taciti.
 Nec illum sponte extingui
 te semis potestatis, de
 tunc ad magna facioora p
 tunc quia metunt, ne
 mandantes redundet. 2.
 ne exprobrantes aspici sole
 Cc

38. *Escpa luce perfoſſo jugulo jacente humi gladio reper-
meſt.* Ita ſere temper à ſpe ad deſperationem proxima eſt via.
Duo contrarii affectus ſunt, Spes & metus, qui plurimum in a-
nimis humanis valent. Metus ſine ſpe, omne conſilium & ra-
tionem demit, malus interpret eſt, inque deſperationem in-
quietam inducit. Exemplo Saulis qui omnia miſſa ſpe gladium ar-
ripens in eumittit i. *Sam. ult.* Sed improbandum eſt Chriſtia-
no homine indignum facinus, voluntariâ cæde promeritum ſup-
plicium prævertere. Pulchre *Auguſtin. de civit. Dei c. 26.* Hoc
dicimus, inquit, hoc aſſerimus, hoc modum omnibus approbamus
neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, velut fugiendo
moleſtias temporales, nec incidat in perpetuas & *Senec. Ep. 70.*
Aliquando, etiam ſi certa mors inſtabit & deſtinatum ſibi ſuppli-
cium ſciat non commodabit Sapiens poenæ ſuæ manum. Stultici-
tia eſt, timore mortis mori, veniet, qui occidit, exſpecta, quid
occupas alienum negotium.

39. *Audire me memini, viſum ſapienter inter manus Piſonis
libellum literas Tiberij & mandata in Germanicum continere.*
Neque id incredibile Nam more apud Romanos recepta erat per
Codicillos cædum mandandarum ratio, tum ne de in cædis impe-
ratæ ſolum relinqueretur argumentum, tum ut arctior eſſet ſecre-
ti conſcientia, ſive, ne plures in conſcientiam arcanorum ejuſ-
modi eſſent aſciſcendi, ſi per nuntium cædes mandaretur. Sed
non caret periculo ſi ejuſmodi mandata ſcripto conſignentur. In
ipſis flagitiis & flagitiorum fraudibus non eſt ulla ſolida latendi fi-
des, & cum maximè ſibi cavent talium rerum artifices ne, capian-
tur, ſapere ſuis ipſis artibus capiuntur ſicuti Tiberio in exemplo
Piſonis & Piantiano accidit ex Herodiano tradit *Boet. in not. ad
cap. 6. lib. 1. Ann. Taciti.*

40. *Nec illum ſponte exſtinctum, verum immiſſo percuffore.*
Id frequens ſummis poteſtatibus, dolo capere & è medio tollere,
querum operâ ad magna facinora perpetranda uſi ſunt. Idque
varius ex cauſis i. quia metunt, ne mandata vulgentur & cul-
pa in ipſos mandantes redundet. 2. quia graviorum ſcelerum mi-
niſtri quaſi exprobrantes aſpici ſolent *Noſſ. 14. Annal.* Sicuti A-
nicero

nizeto accidit, qui eandem Agrippinae iussu Neronis patrauerat, levi post admissum scelus gratia dein graviore odio fuit.

41. Miserrima est illorum hominum conditio qui hujusmodi casibus inereunt, ubi veritati & innocentia nusquam locus est. Multo miserabiles quam qui inter hostiles manus occumbunt, Quippe his gloriosum etiamnum, illis semper ingloriosum est exitium. Sed annon propterea sibi ipsis mortem inferentibus eadem poena statuenda quae alias *αὐτοχρησ* comitari solet? Negandum videtur quia sine animo fraudulento ex Melancholia potius desperatione aliaque animi impotentia, quam sceleris conscientia id facere videntur, quos commiseratione non poena dignor esse jus nostrum statuit. Illi verò qui conscientia perpetrati criminis impias sibi manus inferunt hanc patiuntur poenam, quod illis honesta sepultura denegetur, & cadavere ipsorum sublimine domus extracta in locum infamem projiciatur, quam poenam etiam Nos in Facultate Juridica non semel hoc anno distavimus, eamque quotidie observari tradit Heigus lib. 2. quest. 36. n. 64. & ex eo Carpz. *prax. Crim. part. 1. quest. 2. n. 31.*

42. Ex quibus Cn. Piso qualicumque fortuna mea non est adiunctus, cum omne hoc tempus in urbe egerit. Ut non leve ad torturam est indicium conspici in loco commissi delicti: Ita ad probandam innocentiam maximum argumentum ostendere, se a libi locorum fuisse cum delictum committeretur *const. crim. Carol. V. art. 47.* Sed quomodo id probabitur. Solius rei assertio hic nihil operatur sed testibus idoneis & apertissimis documentis probandum; *l. ul. C. de probat.* An Patris testimonium filio prodesse aut nocere potest? Non puto quia domestici testimonii fides omni jure improbat *l. 3. C. de test.* sed excipitur, si delictum est difficulte probationis, ut veritas aliter haberi non possit, quo casu domestica testimonia admitti communis est *Dd. theotica.*

43. Atque utinam ego potius filio juveni quam ille patri seni cessisset? Indigna seniori vox! Molles sunt juvenum animi aetate fluxi & dolis ac machinationibus obnoxii. Hinc non modo à consiliis sed omnino à Rep. arcere singularis politicae prudentiae reputatur. Sic Solon monuit valde juvenem neque Magistratum gerere

gerere neque consulere, etiam si optime à mente constitutus esse videatur. Vires in juvenibus, prudentia est in senibus quorum consilia hastas juvenum esse docet Lipsius 3. *Polis.* 4. Turpe ergo seni juniores adhibere in consilium & ab his quod sibi optimum sit discere. Saepe tamen evenit ut juvenes sapientiâ seniores longe superent, & consilia à senibus data magis noceant quam quæ à juvenibus. Hinc Philippus Valerius jam jam cum Patre Cosmi Medicizi in sinu capite truncandus hunc in modum questus legitur. *Ally quod Patrum monim negligunt, ego quod nimis patri auctoritati obsequuntur ad mortem adigor. vid. Scip. Amir. in paral.*

44. *Post qua Tiberius adolescentem crimine civilis belli purgavit.* Jure an injuria? Prius affirmo Jura civilia enim non Romanorum tantum sed & aliarum gentium, non modo impunitatem concedunt obedientibus sed & actionem civilem in eos denegant. Idem autem dat qui jubet dare. Ejus vero nulla culpa cui parere necesse est. *l. damnum ff. de R. I.* Velle non creditur qui obsequitur Imperio Patris vel Domini *l. 5. ff. de R. I.* & ideo necessitas potestatis excusat, Quamvis non in omnibus, in iis tamen, ubi ignoratur aut saltem dubitatur injustum esse quod præcipitur. In his enim ratio juris & manifesta æquitas postulat impunitatem concedere, ne *paterna pravitas panas innoxys luant.* In notore vero nullis potestas non excusat sed imperans & parens eadem potestate, digni judicantur, quia hic illud valet quod dicitur Deo magis est obediendum quam hominibus.

45. *Plancia cum pudore & flagitio differtis.* Turpe non minus quam noxium Principi advocatum causarum agere, ideo non sine pudore *matris preces ostendens.* Sed an admittenda? Non putaliter quam si iuste sunt & pro innocentibus fiunt. Ut enim Reip. interest delicta punire *l. si ff. ad L. Aquil.* ut pax & tranquillitas publica serveat. Ita intercessio nihil usuliorum veniam delinquentibus non facile concedere eidem pariter expetit *l. 14. C. de pan.* Unde imprudenter à Judicibus nonnullis ob intercessionem puellæ in matrimonium condemnatio tentis, poenam delinquenti remitti optime concludit *Lemm. de*

jur. publ. lib. 4. C. 8. n. 298. Quamvis non desunt alii qui id in favorem matrimonii admittendum esse suadeant, quorum tamen sententiam non amplector, sed intercessionibus aliorum nihil hic tribuendum statuo, nec Reo propterea venia concedenda nisi simulariæ causæ, quæ sententiam mitiorem suadere possunt *vid. Pingiz. quæst. Saxon. 48. n. 4.*

46. *Proinde venena & artes tam feliciter expertas vereret in Agrippinam in liberos ejus.* Verum quod dicitur. Qui semel fines verecundiæ transivit postea fit impudencior. Et semel malus semper talis præsumitur. Nec facilitate veniæ aliud efficitur, quam ut incentivum tribuatur delinquenti, & via excessus inde aliis aperiatur. *c. loci §. proinde 39 quæst. 9. c. pervenit 90. dist.* Prudens ergo magistratus non temere delicti veniam concedit sed primum delictum severitate magis quam benignitate excipit, ut pena unius, metus sit multorum & alii ab ejusmodi delictis deterreantur.

47. *Et cum accusatores & testes certatim perorarent respondente nullo, miseratio quam invidia augebatur.* Ut invidia fortunæ comes sic injuria miseræ, & hæc misericordiæ mater est. Unde sæpe plus inimicorum persecutione quam amicorum auxilio Reos nocentes iuvare cernimus, Nec quicquam illis æque prodesse quam accusatorum potentiam. Plebæ hac de re est historia Romana. De matre Agrippina *Not. 11. Ann. 12.* scribit. Illius miseratiónem auctam ob savitiam Messaline que semper infesta & tunc commotior quò minus frueret crimina & accusatores. Idem de Lepida *3. Ann. 22. Not.* refert. Ei quamvis infami ac nocenti Quirinium post dictum repudium adhuc insensum miseratiónem addidisse. Usque adeo verum est illud Senecæ. Sæpe majori fortunæ locum facit injuria. Imprudentiæ ergo merito arguuntur, qui publicis injuriis & infestationibus adversarium suppressere moliantur, quibus potius favorem ipsius, apud omnes augent & publicam indignationem accendunt, quam ut ei nocere possint velut de Germanico *Not. 2. Ann. 13.* tradit, quod illi alienatio patrum amorem apud cæteros auxit.

48. Ut nullum est atrocius delictum, quam quod adversus

23.
... ministri
... Multa sim
... scite l
... Nomen P
... majestatis,
... C. ad L. Jul. M
... ff. de pu
... & pœ
... p
... ratio quasi lex quædan
... criminis paterni n
... quæ ipsi fiscus f
... filio conceden
... Id frequ
... crimine damnatu
... liceret. Ita gentilit
... deinde vocaretur,
... Scribonius agno
... 32. Quod deia
... Historis novimus.
... Quod it
... infamia paterna c
... Bull. tit. 24. pr. c
... admittunt
... Jure an injuria
... Plancina incol
... quantum interce
... Sæpe etiam in
... sopitas esse ex
... edocetur. Hæc
... convertentibus esse
... quo mediante ad sum
... ad lib. 1. Ann.
... ex ea sententia mi
... placet, Ex causa ex

sus Remp. & Principes ejusque ministros committitur, ita tul-
 sum majori poenae expiandum. Multa singularia in hoc sunt roca-
 pra quae in aliis non obtinent, sicut scilicet h. l. demonstrat Aureli-
 us Coeta Confus; dum censet 1. *Nomen Pisonis suffia radendum.*
 Idque ex natura criminis laesae majestatis, qua memoria etiam Rei
 damnantur. 1. *pen. & fin. C. ad L. Jul. Maj. & nomen damnati ex*
albo magistratum eraditur l. 24. ff. de puni. quod in aliis delictis
 cessat, in quibus morte rei crimen & poena extinguitur l. 3. C. *si*
reus vel accus. mort. 2. Partem bonorum publicandam. Cur non o-
 mnia? Naturalis ratio quasi lex quadam tacita partem paternae
 hereditatis liberis, si criminis paterni non sint participes, addo-
 cit h. 10. C. *de bon. damn.* quae ipsis fiscus sine causa aufertur nequit,
 unde, *ut pars Cn. Pisoni filio concederetur* Aurelius Coeta sta-
 tuit 3. *Idq; prae nomen mutaret:* Id frequens quod Romanos fuit,
 ut si quis turpi & inani crimine damnatus esset, ejus nomen nemini
 de familia usurpare liceret. Ita gentilicia nota M. Manlio adjecta,
 ne quis eo nomine deinde vocaretur, *Liv. 6. Hist.* Eodem modo
 Cn. Lentulus ne quis Scribonius agnomen tum Drusi adsumeret
 censuit. *Tac. 2. Ann. 32.* Quod deinde à Romanis ad alias gen-
 res translatum ex Historiis novimus. 4. *M. Piso ex uno dignitate*
in decem annos relegaretur. Quod item in crimine perduellio-
 nis singulare est, ut infamia paterna comitetur liberos l. 5. C. *ad*
L. Jul. majest. Aur. Bull. tit. 24. pr. qui propterea ad nullos ho-
 norez nullaque sacramenta admittuntur, ut vita ipsis sit supplici-
 um & mors solatium. Jure an injuria dicemus infra.

49. *Concessa Placina incolumitate, ob preces Augustae.*
 Notent hic Aulici quantum intercessionem foeminarum in aulis
 Principum valeant. Saepe etiam implacabiles Principum iras
 blandimentis ipsorum sopitas esse exemplo Abigailis 1 *Sam. 25.* &
 Maximiani uxoris edocemur. Hac prima cura aliena Imperia
 occupantibus & convertentibus esse solet ut foeminarum favorem
 sibi concilient, quo mediante ad summa fastigia plures evectos esse
 legimus. *Forstn. ad lib. 1. Ann.*

50. *Multa ex ea sententia mitigata sunt à Principe.* Jure an
 injuria? Prius placet, Ex causa enim sufficienti & probabili pro
 ratio-

ratione & modo ipsius delicti, ut & pro qualitate & conditione personæ delinquentis majestas humana quamlibet pœnam etiam lege naturæ & divina latam temperare ac mitigare potest. Sed curioso hic opus est temperamento, ne ejusmodi mitigatio fiat sæpius ac temere, h. e. absque causa & ne inde contemptus oriatur. Quotusquisque enim reperitur qui impunitate propofita abstinere possit ab injuria? Impunitas peccandi maxima est illecebra *Cic. 3. off.* Ut ergo in corpore, si quid ejusmodi est, quod ei noceat, uri ac fecari patimur ut membrum potius aliquod quam totum corpus pereat. Sic in Rep. ut tota salva maneat, quicquid est pestiferum amputetur *Cic. Phil. 8.* Mos tamen modusque in plectendis facinorosis tenendus & in dubio semper mitior sententia sequenda. *vid. Senec. 2. de Clem.*

51. *M. Pisonem ignominia exemis concessit, ei paterna bona* Nec immerito. Noxa enim caput sequi debet, & pœna suos tenere auctores ne ulterius progrediatur metus quam reperitur delictum *l. sancimus C. de pœn.* Oritur obligatio ad pœnam ex merito *Hog. Gros. de jur. B. & P. libr. 2. c. 21. n. 12.* quod personale est ex voluntate ortum habens. Hinc Philo *libr. II de leg. spec.* Justum, inquit, est eorum esse pœnas quorum sunt peccata nec Tyrannorum aut proditorum infantes liberos propterea puniendos, quod parentibus similes futuri putantur, cum id incertum sit, nec metus incertus ad pœnam cujusque sufficere debeat. Non debet crimen vel pœna paterna maculam infligere filio, sed unusquisque ex suo admisso forti subjiciendus nec alieni criminis successor constituendus *l. crimen ff. de pœn.* quia nihil iniquius quam aliquem hæredem paterni odii fieri. *Sen. II. de ira 4.*

52. *Satis firmus adversum pecuniam Tiberius, Bono & nunquam non imitando exemplo.* Nullum terrius Principibus & Kemp. gubernantibus virium est, quam damnationibus & hasta in pecuniam atque famam subditorum sævire. Unde profcriptiones civium, ademptiones bonorum ne ipsi sæpe qui fecere, laudatæ. Pecunia anima & sanguis est mortalium, ideo illa acerbè conquirendâ plus invidiæ quam virium sibi Principes addere *Nos. 3. Hist. 76.* demonstrat,

DISCUR-

DISCURSUS POLITICUS IV.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

Post diebus Caesar auctor suis Senatus Visellio atq; Vennio & Serpeio sacerdotia tribuendi. Callidum Aristocratia, in Monarchiam vertendæ Sophisma imperio occupantibus aut in tyrannidem vertentibus frequens. *Clapm. de Arcan. Revump. lib. 6. c. 5.* Speciem libertatis morientis Senatus relinquere. Jus creandorum Sacerdotum à Politicis ad Jus rerum sacrarum refertur, in quo maxima pars muneris imperatori consistit. Hoc mirus simulandi artifex Tiberius tribuit hic Senatus, ut qui servitutem patri aut uni obsequi mundum didicerant sensim novo, principatum assuesceret, neve cruda adhuc servitute uno ictu totum imperium populo Romano amputare videretur. Et quamvis hac persuasio & commendatio necessitatem aliquam haberet. (Hæc enim est conditio Principum, ut quicquid faciunt præcipere videantur, eorumque preces mera sunt Imperia) illo ipso tamen schemate suam dissimulationem adornabat quasi nimirum munus Senatus, magistratuum, legum in se trahere nullo modo occupare cuperet, Insigne arcanum Politicum; quo etiam usus & Laurentius Medicus, occupata iterum Rep. Florentina. Secus vero sensere Decemviri apud Romanos. Ideo læta Principia magistratus ejus nimis luxuriavere, eo citius lapsa res est, repetiturque ut duobus mandaretur, Consulium nomen, Imperium. Sed an ère publica accusatoribus navatæ operæ concedere præmia? Ita puto si non ex privatorum aut damnatorum bonis sed publico arario tribuuntur. Expedi enim Reip. præsertim Democraticæ ut libere quis possit accusari, ne delicta maneat impunita. Sed modus hic tenendus, nec omnibus promiscue accusatoribus præmia danda, sed tantum illis qui juste accusant & sua accusatione generi humano ac Reip. profunt. Alias præmia accusatoribus constituere nihil aliud esset quam ad corruptelas & infidias malitiam rapacem inescare *vid. libr. 2. lib. 76.*

Ddd

54. Eodem

54. Eodem anno Tacfarinas bellum, sive potius latrocinium renovat, vagi primum populationibus & obpernicitatem insultis, dein vicos exscindere imbere graves pradae postremo haud procul Pagyda flumine cohortem Romanam circumfedit. Contra jus gentium, quo bellum inferre, non ante denunciatum injustum habetur sicuti testatur Crantzius *Saxon. 11.* Unde Cic. 1. *off. ait.* Belli aequitas sanctissimè feciali gentium jure praescripta est, ex quo intelligi datur nullum bellum esse justum nisi quod denunciatum ante sit & indictum. Neque dubito istas publicas indictiones vagis nec ante nuntiatis invasionibus non modo honestiores sed & ad prospiciendum salutis suae utiliores esse. Sed an semper necessariae? Naturali quidem jure ubi aut vis illata arcetur aut ab eo ipso qui deliquit poena deposcitur, nulla requiritur indictio. Hinc Thucydides *libr. 3.* *Ex jure,* inquit, *apud magnates receptus fas est etiam citum indictionem arcere eum à quo hostiliter impetitur.* Et *Aelianus ex Platone ait.* Quod ad propulsandam vim suscipitur bellum non à Caduceatore, sed ab ipsa natura iudici. Hostes tamen & laudabiliter interponitur, veluti ut ab offendendo abstinetur aut delictum poenitentia & satisfactione expiatur. *H. Grot. de jur. B. & P. lib. 3. c. 2.* Quemadmodum & jure gentium ad effectus quosdam peculiare omnibus casibus denunciatio requiritur. Hostes enim non sunt, nisi qui nobis & quibus nos publice bellum decernimus, ceteri qui nulla denunciazione praevia alios securos & nihil hostile metuentes invadunt latrones aut praedones sunt *l. 24. ff. de capt. & postl. rev.* unde nec capti ab eisdem servi sunt nec postliminium illis necessarium *l. postliminium §. 2. ff. de capt. & postl. revers.*

55. Constantis Ducis & fortissimi militis officium rebus inclinatis ostentat Deorius. *Cobornus milites* quod maximum ad fortitudinem est incitamentum: Nam ex *Catilinae* iudicio, quamvis verba virtutem non addant neque ex ignavo strenuum neque fortem ex timido Ducis oratio faciat. Saepe tamen quos nec praemia nec poenas, hos solum Ducis facundiam ad quavis pericula obeunda paratissimos reddidisse Historia testatur. 2. *Monuit ne cepiam pugna in aperto sacreno.* Quà in re plurimum interdum

momenti est, ut quis non moribus sed aperto Marte se defendat. Inde enim animus militibus accedit si de ipsorum virtute non desperari vident, & hostes eadem re tardiores fiunt, si adversus se exiguis copiis dimicare audent animadvertunt. 3. *Pro castris instruit aciem*, qua legitime disposita animi militum incenduntur. Imperite vero etiam optimi bellatores franguntur. Semper in bellis, iis maximum est periculum quibus male instructa acies, bene disposita pro muro habeantur. 4. *Increpat Signiferos simul excepta vulnere, & quanquam transosso oculo adversum os in hostem intendit*. Usque adeo nullum constantis Ducis aut fortissimi militis in tali trepidatione officium omisit. Paventibus occurrit, cedentes retinet ubi plurimus labor unde aliqua spes consilio manâ voce vulnere, quæ omnia in Duce conspicua imitationem, alacritatem & commiserationem movere solent, insignis hosti conspicuus suis fuit quemadmodum de Antonio Nost. alibi 3. *Hist.* 17. memorat. 5. *Neg. pralium omisit donec desertus suis caderet*. Ita non semper verum quod apud Liv. 4. *Hist.* Fortuna virtutem sequitur. Deerium vult rota acie volitantem magis fortunaquam virtus deseruit, sicuti de Inguionero Idem Nost. 2. *Ann.* 21. scribit. *Quodnam desertæ virtutis refugium? Non in pertinaciâ Frustra enim fortunæ insultabis ac resistes omnibus rebus potentiari. Rebus inclinatis præstat ut te quoque inclines Instar Navarchæ, qui naufragium metuens lactura, quicquid sanari potest, redimit vid. lib. 2. ib. 45.*

56. *Lucius Apronius magis dedecore quam gloria hostium anxio decimum quemq; ignominioso cohortis fuisse necat.* Fuit hæc puniendi prisca quadam ratio, inventa primum ab Appio Claudio ferocissimi ingenii & consularis dignitatis viro. Accepto fustibus Tribunus leviter attingebat condemnatum, quo facto omnes, qui in castris erant cadentes fustibus lapidibusque plerosque in ipsis castris conficiebant. *Rosin. lib. 10. Antiq. Rom. 25.* Dicebatur hoc genus pæne non modo in custodes & vigiles tesseras non reddentes, aut vigiliæ locum deserentes, sed in sediciosos etiam torpa elantes, falsi testimonii convictos, fures, qui è castris quippiam abstraherant & fontes alios. *Polyb. lib. 6. Hist.* Nullus hic li-

Iudex administrator, nullus Carnifex, sed Tribunus signo dato multitudi-
 tudini militari Reos puniendos objicit. Unde honestiorem
 non modo sed & tristiciorem magisque animos penetrantem mor-
 tem hanc fuisse crediderim. Servatur hic mos puniendi noxios
 per commilitones adhuc hodie, licet alia puniendi ratione. Solent
 rei plerumque à Commanipularibus sclopetis trajici, quod milita-
 ri vocabulo, Archibugiare vocant. Cujus bellici moris etiam
 apud Ammianum mentio fit, *lib. 29.* his verbis. Prisco more mi-
 litibus dedit occidendos. Sed an hujusmodi per sortem deciman-
 di mos possit excusari dubiæ quæstionis est. Displicet id multis,
 quia ut Nost. alibi scribit, quidam infontes peribunt, Nam & fuso
 exercitu cum decimus quisque fuste feritur etiam strenui foriun-
 tur Nost. *14. Ann. 47.* Proceditur tamen ad promiscuam cædem
 ad terrorem aliis incutiendum. Sed quis hinc jus occidendi in-
 nocentes defendet? Habet quidem, omne magnum exemplum
 in se aliquid iniqui modo publica utilitate rependitur. Peccata
 tamen suos tenere debent autores, ne ulterius progrediatur me-
 tus quam reperitur delictum *l. 22. C. de pan.* Noxa caput sequi-
 tur *§. 5. Inst. de noxal. act.* & pœna ibi esse debet ubi noxa est. In-
 terim ejusmodi decimandi mos non semper improbari potest sed
 iuste aliquando admittitur. Nam ut fide data nihil sanctius, ita
 contra violatores ejusdem non potest esse sanctio satis eura. Sed
 moderamine hic opus, quoties nim. multitudo deliquit & om-
 nes sceleris contagio infecit, ut metuendum non sit ne innoxius
 pœnam luat. Hinc Cic. elegantissimè in Orat. pro Cluent. ait
*Suave non ita majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei mi-
 litaris admissum, sortitione in quosdam animadvertetur, ut me-
 tus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniat. Nam miles qui
 locum non tenuit, qui hostium impetum vimq. perstrinxit, potest ie-
 dem posse & civis esse melior & vir bonus & civis utilis, quare ne
 in bello propter hostium metum delinqueret, ampliores mortis &
 supplicij metus est à majoribus constitutus. Ne autem nimium
 multi pœnam capitis subirent, ideo illa sortitio comparata est, quæ
 ad nostri etiam ævi milites pervenit & adhuc perennat, non aliter
 tamen justa quam si pares noxii sunt nec metus sit, ut innoxius a-
 liena pravitatis pœnas luat.*

§7. *Tantumq; severitate effectum ut non amplius quin-
genti numero eosdem Tacfarinatis copias fuderint.* Ita fere sem-
per delicta militum in illa venia protequi salubre & misericordia
melius apparuit *Tac. 13. Ann. 35.* Præstat aliquando multa crude-
liter agere quo cæteris quies sit: Neque bello finis facile impo-
nitur nisi supplicia frangendæ ignaviæ aut pertinaciæ interdum
usurpentur. Ut fulmina paucorum periculo cadunt sic animad-
versiones magnarum potestatum terrent latius quam noxant. *Se-
m. 1. de Clem. 4.* Eleganter canit Poeta. Plus saepe nocet pa-
tientia Regis quam rigor ille nocet paucis, hæc incitat omnes &
dum se ferre suos, erant impune reatus. Nec tamen semper e-
iusmodi severitas exspectat. Aliquando supplicia vel mitissimos
exasperant, & violentæ actiones, ut ut sunt omnium iustitiæ
irritant. Saepe periculosum fuit aliquos punire cum omnes per-
iculum mererint, quia cæteris aut commiseratio aut terror aut si-
milis turbam plerumque adigit. Prudenter ergo summa
potestas circa supplicia infligenda se gerere mediumque iter inter
nimium rigorem & patientiam pergere discat.

§8. *Quo prælio Helvius Grigarius miles servati civis decus
rebus ornatusq; est ab Apronio Torquibus & Hasia, Casar civitatem
addidit coronam.* Ut ignavis & tergessantibus pœnæ ita fortiter
pugnantis debentur præmia. In his æquè ac in illis constitu-
endæ summa Romanorum prudentia merito laudatur. Maximam
virtutem minimi pretii præmiis sine ætati damno & subdito au-
onere concedebant. Ob hostem extra ordinem percussurum
Hasta pura. Ob dejectum & spoliatum, pedis phiala, Equiti
Phaeræ. Monile, torques, vexilla, strenuis & impigre operam
Rep. commodantibus dabantur. Qui civem in prælio servavit,
ei datur corona civica è fronde quernea: Qui civem ab obsidio
liberavit, corona obsidionalis graminea: Qui primus murum
hostilem transcendit muralis aurea. Qui primus hostium castra
ovans inchoat castrensis: Qui in hostium navem viamque prius
transit ayalis: Qui navali certamine vicit eius castra Olagica
est missa *Rosin. 10. Antiquis. Rom. 27. Lips de milit Rom. lib 5.
diat. 17.* Ut ita honor nihil aliud quam exultatio dignitasque

illesæ status legibus ac moribus comprobatus apud Romanos; fuit. Utinam adhuc hodiè. Certè melius res nostræ starent nec tot quærelæ subditorum audirentur, sicuti, proh dolor! audiuntur, ubi non amplius opinione sed pretio instar nummorum, honorum insignia valent.

59. *Quod non eam Apronius jure Proconsulis tribuisset questus magis quam offensus.* Sc. quia potestatem suam eà re augeri sentiebat & nimis potentis non cupidus videri affectabar. Discite hic ab Apronio ministri Aulici juri vestro cedere & omnia Principis arbitrio reservare, quemadmodum etiam Mahometem primum trium Principum Othomannorum, Visirem prudenter fecisse tradit *Annib. Scot. ad h. l.* qui videri potest.

70. *Sed Tacfarinas percussis Numidis & obsidia expendantibus spargit bellum.* Non uno in loco cum exercitu consistit, sed hinc inde vagare & hostiles oras circumvolitare ingens in bello ducitur momentum. Magna istud vi ad hostilem exercitum disgregandum turbanda consilia incautos opprimendos pollet, ut insignes prædas & victorias isto solo sæpe reportatas Historia testetur. Unde laudabilis Batavorum prudentia, quæ certum numerum militum seorsim à castris, ubi robur belli est, plerumque alunt, quem exercitum volitantem sine stigende *Armet* vocant.

61. *Ubi instaretur cedens ac rursus in terga remans Nobile stratagematis genus est,* quod in Numidis Noster hic & *Polyb. lib. 3. Hist.* proponit, quod ubi instetur terga vertere, mox ubi visum esset se sistere hostemque incredibili audacia aggredi soliti sunt. Idem de Gallis. *Ann. 56.* Quantum in hac re commodi à Xenophonte 1. *Cyropad.* exprimitur his verbis. *Qui hostes decipiunt, possunt eos cum injecta fiducia incautos offendere, tum fugandi sui facultate tradita reddere turbatos.* Sic Thessali equites cum à Persis vehementer urgerentur strenuè circumactis equis dilapsi, rursus in prælium redierunt, sparsosque & incompósitos victoriæ fiducia Barbaros ingentis cæde prostraverunt. De Parthis Nost. 6. *Ann. 35.* refert illos fugere vel sequi pari arte fueros, ut aut distrahant turmas aut ictibus spatium quarant. *Allicita ejusmodi stratagemata?* Multi dubitant. Sed dolus an vir-

rus

31.
quis in hoste requirat. *Virg. lib. 2. Æneid.* Oportet quidlibet
conantem frangere adversarium. Nec quicquam interest ut a-
perite pugnet quis aut ex insidiis agat cum bellum suscipitur. Im-
pro facinorum militarium ea minoris landis ac momenti sunt quæ
propalam & per vim patrantur his quæ ex occasione & per do-
lum *Polyb. lib. 9. Hist.*

62. Nihil magis in bello vincentibus obstare solet quam
pravum inter ipsos certamen omisso hoste consecrandi species. *Ta-
cit. 4. Hist.* 78. Sæpe solam prædam etiam vincenti exercitui cau-
sam exiti dedisse exemplum Numidarum qui *inlegati præda p ve-
locissimis legionum Romanarum in desertum pulsati*, 1. demonstrat. I-
dem de Sarmatis Nost. alibi refert, quod cupidine prædæ graves
onere sarcinarum velut victi cæli sunt. Exaggerat pluribus hoc
Magnif. *Dr. Met. lib. 1. lb. 224.* Cautissimè ergo in prædando a-
gendum ne piscium instar hamo capiantur milites. Laudantur
Barbari à Jul. Cæsare *lib. 3. de bell. civ.* quod duces eorum tota a-
ctie pronuntiarum iusserunt, ne quis à loco discederet, illorum esse
prædam, atque illis reservari quæcunque Romani relinquissent
proinde omnia victoria posita existimarent. *Scip. Ammir. lib. 17.
disc. polit. 9.* Aliquando prædam adversario felici stratagemate ex-
Piccard. *c. 10. Obs. Hist. Pol. c. 8.* objectam fuisse novimus. Ideo
providens Dux non prius eam rapere militibus suis permittat,
quam hoste penitus profligato & pugna finita sicuti Nestor admo-
net milites Græcos apud Hom. *Iliad. 6. & Hector Trojanos Ili-
ad. 16. viad. lib. 1. lb. 224.*

63. *Quæsitumq; per Chaldaeos in domum Cæsaris.* Hoc sem-
per capitale & pro crimine majestatis habitum apud plerasque gen-
tes fuisse refert. *Scip. Gent. lib. 1. de conjur. p. m. 32. 33.* Alexander
M. id ipsum pro maximo crimine majestatis habuit non ex ira vel e-
brietate, sed tanquam recepto apud Græcos jure *Curt. lib. 10. Hist.*
Visigothi super Principis genitura vel fato scrutantes flagellis cæ-
dere & cum omnibus bonis fisco addicere soliti sunt. *Ammian.
Marcell. l. 29.* Nec immerito. Ut enim Magi artibus superstitio-
fisuti prohibentur, ita eosdem consulere æque illicitum, & ea-
dem pœna dignum judicatur præsertim cum nemo ejusmodi me-
dia:

dia usurpare præsumatur, nisi sit Maleficus, Magus & Sortilegus
e. 2. X. de Sortileg. Dñn. Moll. ad Const. Elect. Saxon. 2. n. 25. part. 4. Unde adhuc hodie Consulentes Ariolos poena arbitraria, carcere, multa, privatione officii imo graviori, pro gravitate admissi poena afficiendos esse in Facultate nostra Juridica cottidie pronunciamus.

64. Callide Tiberius pro tempore *ira & clemensia*, odii & amoris *veritatis signa*. Ne profundus ejus sensus populus penetrare posset. Id arcanum politicum reputasse, Tiberium alibi ostendimus, sensus suos penitus abdere, in incertum & ambiguum magis implicare. Laudant hoc alii amant, imitantur. Ego non aliter admitto, quam si Reip. & propria salus exigit, ne arcana divulgentur. Quo casu non utile modo, sed necessarium esse censeo. *vid. lib. 2. tit. 64.*

65. *Exemit etiam Drusum Consulem designatum dicenda primo loco sententia.* Nec id imprudenter. Consilia enim & judicia sine omni suspitione procedere oportet *l. 16. C. de jud.* Idcirco Principem ejusque Cognatos Senatu exesse, nec verbo nutu-ve sententiam ferre decet, *ne ceteris assentiendi necessitas fiat.* Sententiæ hoc præcipuum requisitum est, ut liberè & sine aliquo metu feratur. Libertati vero secundum saniores Politicos, nihil magis adversatur, quam si Princeps primus sententiam ferat, quia tunc ceteri habent quod sequantur, aut si post omnes, veniuntur ne imprudentes dissentiant.

66. *Quidam ad severitatem traherent neque enim cessurum nisi damnandi officio.* Ea fors etiam optimorum Principum, ut facta ipsorum variè à Subditis extollantur arguanturvè. Causa est affectus hominum, qui benevoli in bonum, malevoli in malum sensum interpretantur sicuti alibi pluribus ostendimus.



DISCUR-

DISCURSUS POLITICUS V.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

67.

L *Epida ludorum diebus.* An illi ferendi in Rep.? Ita pu-
to si non inhonesti sunt. Manet virtus rediviva quæ po-
steris toties exhibetur: Sumuntque exemplum imitandi,
qui ad majora nituntur. Varios hominum mores gra-
ticipicè & ingeniosè ejusmodi ludi exhibere, resque venerandæ an-
tiquitatis eximiis ob oculos ponere solent. Unde non utiles mo-
do sed necessarios quandoque illos in Rep. judicarem. Cavendum
tamen ne nimii sumptus iis impendantur, quod ad ærarii publici
diminutionem civiumque egestatem augendam nocere, Roma &
tota Italia, aliquando experta legitur. *Liv. lib. 40. Hist.* An idem
judicium de ludis scenicis sive Histrionum? Nequaquam. His
causam labefactati Imperii adscribit *Zosymus lib. 1.* Nec immer-
rito. Quid enim aliud docent & instigant Histrionum impudi-
cissimi motus quam libidines & adulteria. Ut salubriter aliquan-
do Romæ vetitum nequis domos Histrionum introiret *vid. not. ad
lib. 1. tb. 211.*

68. *Theatrum cum clavis feminis ingressa.* An foeminam
ita spectaculis interesse decet? Negant hoc multi. Veteres fingebant
Venerem insidentem cochleæ ut mulieres à disquisitionibus
abstinere discerent. Imo naturalis ratio sive pudor foeminas non
omnibus se manifestare prohibet *l. 14. C. de contr. sript. & mulier
quæ Circensibus aut theatris aut Amphitheatri ad spectandum
interest ignorante aut prohibente viro divortio locum facit l. 8.
§. 3. C. de repud. Nov. 22. c. 15. §. 1.* Hinc Parthi foeminis non
tantum convivia virorum sed & conspectum interdiciunt. *Justin.
lib. 41. Hist.* De Germanis Nost. *de morib. Germ. c. 19.* scribit,
quod foeminæ apud illos septa pudicitia agant, nullis spectaculo-
rum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ. Idem
de Anglorum foeminis *Lans. in Cons. contra Britann. Macedonum
Justin. lib. 7. Hist.* Turcarum Busbeq. *Epist. 1. memorat.* Egopu-
to mo,

Ecc

to morem ac decus cujusque loci hac in re observandum, nec penitus ab iis spectaculis in quibus nihil impudicum aut obscenum occurrit arcendas esse statuo. Sic Torneamentis hodie interesse non solum non prohibentur, sed & ad præmia in illis distribuenda admittuntur sicuti demonstrat *Limn. lib. 6. de jur. publ. c. 5. n. 36. 37. seq.*

69. *Aquo aqua & igni arceatur.* Hæc poena olim suppositi partus fuit. Quamvis multi capitis supplicium fuisse censeant, per *l. 1. C. ad L. Corn. de fals. ibid. Periculum capitis subeat.* Ex quo Petr. Gregor. Tholos. *Synmagm. jur. lib. 36. c. 3. n. 5.* & alii colligunt. Obstetricem sive fœminam quæ falsum partum supposuit ultimo supplicio affectam fuisse. Sed perperam. Non enim periculum capitis in jure nostro tantum denotat ultimum supplicium sed & interdictionem aquæ & ignis sive deportationem *S. 2. Inst. de publ. jud.* in cujus locum hodie successit fustigatio cum relegatione. Adeoque adhuc hodie poena hujus delicti est fustigatio cum relegatione, nullo habito personarum respectu, modo supponens per id damnum intulit alteri aut saltem inferre voluit, cum in delictis non spectetur exitus sed voluntas vid. *Carpz. part. 2. prax. crim. quest. 93. n. 29.*

70. Verum est quod Poeta canit; Nihil est ab omni parte beatum. Tanta homines rerum inconstantia versat. Plerumque quibus foris res sunt validæ & secundæ domi adversæ eveniunt. idque non tantum in infimæ fortis hominibus sed summis quoque potentiaribus obvenit, quemadmodum de Augusto hic Nost. refert, cuius *valida in Remp. fortuna in a domi improspera fuit.* Ita iniqua raro maximis virtutibus fortuna parcat. Innumera id testantur exempla, in quibus plena est omnis historia.

71. *Adulterosque earum morte punivit.* Quo tempore adulterium apud Romanos capitale factum dubiæ in jure civili quaestio est. Alii ad Julii Cæsaris. Alii ad Augusti. Alii ad Constantinij tempora referunt. Quibus ego ad stipuler incertus hæreo. Illud ex historia Romana habeo, ante Augustum crimen adulterii capitaliter non fuisse punitum: Quo refert, *icit Augustinus lib. 3. de Civit. Dei. Romani, inquit, adulterium, quamvis aliqua damnatio*

d ~~ANNATIONE, NUNTIAM NUNTIUM MORIS MULTARUM.~~ Ut Augusto tribuimus, monet hic locus Taciti. Justinianus autem in *Nov. 134. c. 10.* hoc adscribit Constantino. Cui tamen propterea assentiri dubitamus, quia ante Constantinum hoc delictum capitale apud Romanos fuisse ex historia novimus. Sic Tiberium aliosque eum secutus non tantum relegatione in adulteros animadvertisse, sed quandoque capitaliter & poena mortis imposita crimen istud vindicasse ex Sueton. in *Tib. c. 35.* constat. Sic etiam Macrinus adulterii reos vivos junctis corporibus incendisse, *Capitolin. in eju dicit* & Aurelianus severissimum lethi genus adulterii excogitavit à *Dion. lib. 60.* scribitur. Ut itaque existimem adulterii poenam ultimum supplicium fuisse statim ex *L. Jul. à Div. Augusto lata*, sed progressu temporis convenientià nimiaque lenitate Imperatorum poenam hanc capitalem in mitiorem, veluti deportationem vel relegationem transisse & tandem à *Dioclet. & Maxim. in usum revocata l. 8. C. de transfact. ac demum ab Imperatore Constantino plene restituta l. 30. C. ad L. Jul. de adult.* Jure divino in adulteros & adulteras etiam capitale supplicium lapidationis sacrum sacra pagina refert. Sed ab hoc leges & mores hodierni varie recesserunt, aliis statutis aut receptis poenis. Carolus V. in constitutione criminali *art. 120.* secundum juris civilis dispositionem delictum hoc punire vult, nimirum, mares gladio, feminas fustigatione & detrusione in monasterium *Nov. 134. c. 10.* Aquo Nomothesia Lubecensis longius recedit, dum pecuniariam poenam prima vice dicitur. Jure an injuria, late *Magnif. Dn. MCV. Comm. ad Jus Lub. lib. 4. lit. 6. art. 2. n. 6.* demonstrat.

72. *Vulgamm inter viros ac feminas culpam gravi nomine laesurum religionum ac violata majestatis appellando.* Hoc flagitium dominationis reputant Politici, legem majestatis ad quævis delicta porrigere & gravius nomen criminibus præbere *Clapm. s. de Arcan. Rerump. 16.* An semper verum? Non puto. Ea enim optimis etiam Principibus sæpe cautio est, crescentibus delictis graviori nomine ea appellare ut severiorem, medicinam iis adhibere possint. Quo gravius est delictum, eo graviori nomine appellari

landum & sæviori pœna animadvertendum. Gravissimum vero est quod in Cætaris domum licet privatam committitur. Nec enim potest non esse ipsi Principi infame adulterium quod cum filia ac Nepote ipsius committitur. Ut ergo non eadem sunt adulteria nec pariter honori adversa, ita nec idem nomea nec eadem semper distari potest pœna. In injuriis idem apparet: Si hominibus qui in dignitate nulla sunt convitia dicuntur, atrox quandoque injuria appellatur, & pro atrocitate contumeliæ vel relegatione vel carcere punitur. Si personis eminenti dignitate præditis & summo opere honorandis veluti Principibus eorumque Consulariis & ministris, maledictum, imo interdum, læsæ majestatis crimen dicitur & ultimo supplicio afficitur. Ut ideo *Annib. Scot. ad h. l.* immerito Augustum reprehendat, quod filix & neptis adulteria læsæ majestatis nomine appellet, cum non tyranni animo sed ut sæviorē medicinam in terrorem aliorum isti malo adhiberet, fecisse præsumitur.

73. *Clementiam majorum suorum suam, ipse leges egrediebatur.* Jure an injuria disquiritur? Placet prius. Liberum ex iuris stricti ratione majestati civili ab Antecessorum & quas ipsa quondam tulit legibus recedere, si Resp. aliter salva esse nequit *Reink. de Regim. Sec. lib. 1. cl. 3. c. 10. n. 1. seq.* Diversitas morum temporum & locorum flagitat diversitatem & mutationem legum. Nocet sæpe majorum clementia nimiaque lenitas cui jam pares non sumus. Adhibenda est sæpe Reip. causa severitas, sine qua administrari civitas nulla potest *Cic. 2. Off.* Salutaris severitas vincit inanem speciem clementiæ. Ut jure Augustus à legibus prioribus quibus adulterium deportatione tantum plebebatur recessisse non possit non videri. Crebra enim & perversa vitia non nisi per dura & aspera coerceri possunt, & potest hic valere illud quod dici solet Crudelem medicinam intemperans æger facit.

74. *Quamquam non ultra foret sevitum, quam ut amicitia Cæsaris prohiberetur Silanus.* Is mos fuit majoribus quoties dirimerent amicitias interdicerē domo, eumque sinem gratiæ ponere. *Tac. 6. Ann. 29.* Nec dubito istas renuntiationes testis o-

odii non modo honestiores sed & ad prospiciendum saluti sunt utiliores fuisse. Annon plus tibi metuendum ab eo qui ne odisse videatur favorem exhibere cogitur, quam qui ingenue succenset? Tutius est ut apertè scias, à quo tibi caveas, quam ut dum fucatum alterius amorem non sentias, in laqueum incidas.

75. Insigni prudentia D. Silanus, dum *exilium sibi demonstrari intelligeret*, sponte hoc executus est. Discite hic magnarum potestatum ministri quantum expedit sponte se subjicere poenæ, cui resistendo impares sumus. Melius est prævenire quam cum ignominia præveniri. Præstat ociosissime postquam amicitia renunciata est à Principe, clam se subtrahere & in locum securiorem abire, quam culpam deprecando majus periculum incidere. Plures deprecandi causa offensi Principis genua advolutos majus exitium sibi parasse exemplo Haterii. *Tac. lib. 1. Ann. aliorumque docemar.*

76. Utriusque familiaris sic & amicitia paterna liberis capienda est hæreditas *Isoc. ad Demon.* An & inimicitia? Negat Seneca 2. *de ira* 34. *Ne irascamur*, inquit, *inimicorum & hostium liberis.* Inter Syllanæ crudelitates exempla refertur quod proscriptorum liberos à Rep. amovit Usque adeo nihil est iniquius quam paterni odii hæredem fieri: Quo respectu actionem iniuriarum hærediaut in hæredem jura civilia denegant. *l. 13. pr. ff. de injur.* contra sensit Tiberius *sibi adversus Silanum integras parentis sui offensiones* asserens & retro paternas inimicitias obediens odium Sejani per dedecus gratificaturus *Tac. 4. Ann. 19.* Idem de Germanis scribit *Nost de morib. Germ. 2.* quod tam inimicitias seu patris seu propinqui quam inimicitias suspicere necesse duxerint. Quid dicendum in tanta varietate. Ego puto injuriã injustis aut levioribus ex causis susceptam quemadmodum non injuriatus diu gerere ita multo minus posteros eam prosequi decere. Graviorem vero & toti familiae illatam quin heres aliquando prosequi possit, non dubito. Injuria enim uni ex familia facta toti familiae illata confertur *l. 1. 2. 3. ff. de lib. caus.* Unde filii injuriam patris, & filius injuriam patri factam vindicare non prohibetur *l. 30. in fin. ff. de injur.* Commendatur multorum parentum injuriam vindicantium pietas M. Cortz *Val. Max.*

Max. 5. Hist. 4. Catonis Majoris Plutarcb. in Cato. & aliorum quibus plena est historia.

77. *Neque reditu Silani dissoluta qua Augustus voluisset* inquit Tiberius. Bononi fallor exemplo. Decorum enim & ad laudem non minus successoris quam commodum spectat pœnas ab antecessore delinquentibus iusta ex causa impositas temere non remittere. Imo & è publica salute quæ temerarias & frequentes pœnarum remissiones detestatur. *Authoritatis & benevolentiae* unde deminutio est, cum prædecessoris facta temere & sine necessitate Reip. tolluntur aut mutantur. Non desunt Politici qui inter flagitia dominationis referunt salubriter ab antecessoribus sancita temere violare, vid. *Bodin. 4. de Rep. 3.* Disce hic etiam quam raro Principes semel offensi culpæ obliviscantur. Verum hic quod Ovid. canit. Pœna potest demi culpa perennis erit. Stultus est suæque salutis parum amans qui ob male merita Principis gratia semel excidit, licet postea in gratiam receptus, sinceram credit reconciliationem. Inter privatos dicitur ab amico reconciliato cave, id in summis potestatibus multo magis verum esse deprehendimus.

78. Ut Polypardias plura apud Romanos præmia sic graves cœlibatus ac orbitatis pœnæ præstitutæ erant. Ex cæteris quod cœlibes nihil, orbi vero non nisi dimidiam ex testamentis capere possent, & intra quinquennium non parientem repudiare liceret. Hinc Ulpianus. *Cœlibi relictum legatum caducum fieri nisi intra centum dies, legi paruerit.* Et Plutarchus libr. *ωβι Φιλοσοφίας, Romanorum*, inquit plerique uxores ducunt & liberos serunt non ut hæredes habeant, sed ut hæredes ipsi esse possint Fuit hoc sancitum. *Lege Papia Poppæa quam Senior Augustus post julias rogationes sanxerat.* Non modò ut ad liberorum curam qua crescere Remp. expedit, cives allicerentur sed etiam ut ærarium publicum bonis vacantibus aueretur. Laudabile sane institutum si non rapacitati magis & avaritiæ quam bono publico infervit.

79. *Cæterum multitudo periclitantium gliscibat cum omnis domus Delatorum interpretationibus subverteretur.* Ex more Delatoribus usitato, quo callidis interpretationibus verba rogationis

gationis iam tantum extendunt, ut nulla fere domus ab ipsorum ini-
 quitate tuta esse possit. Pellimum certe genus hominum publico
 privatoque exitio repertum *Tac. 4. Ann. 30.* Nihil sub istis tu-
 tum, nocentes juxta innoxiosque nullo discrimine accusando
 vel avaritiæ Principis vel sævitæ materiem subjiciunt. Omnis
 sæviendi licet occasio, quanto cum Reip. damno docet *Senec. 3.
 de benef. 26. sub Tiberio*, inquit, *suit accusandi frequens & pene
 publica rabies qua omni civili bello gravius togatam civitatem con-
 facit.* An ergo tolerandi iam Rep.? Non facile ut ad lib. 4. plurie
 bus dicitur.

30. *Vetustissimi mortalium nulla adhuc mala libidine sine
 probro, scelere eoque sine pœna aut coercionibus agebant, neque
 premiis opus erat cum honesta suapte ingenio peterentur & ubi ni-
 hil, contra morem cuperent nihil per metum vetabantur?* Quod
 hic de Romanis idem de Scytis tradit, *Justin. 2. Hist. 2.* ubi
 profus admirabile, inquit, hoc Scytis naturam dare quod Græci
 longa sapientum doctrina præceptisque Philosophorum consequi
 nequeunt, cultosque mores incultæ barbariæ collatione superari.
 Tanto plus in illis proficit vitiorum ignoratio quam in his cognitio
 virtutis, Et de antiquis Germanis *Nos. de morib. Germ. 19.* scri-
 bit, *Plus apud illos bonos mores quam alibi bonas leges valuisse.*
Utinam adhuc hodie. Profecto non tantum bellorum per omnia
 secula terris omnibus continuaretur neque plus hominum fer-
 rum & arma quam naturalis fatorum conditio raperet *Justin. 2.
 Hist. 2.*

31. *Provenere Dominationes.* Quæ imperiorum causa
νεγκρατεια anxie inter Politicos & Historicos disquiritur? A-
 liqui metu compulsos primum convenisse homines & imperia sibi
 contulisse ut haberent qui adversus potentiorum injurias impo-
 tentes defenderent *Plat. 3. de LL.* Alii egestatem & necessitatem.
 Plures vim & injurias causam imperis dedisse existimant. Ego
 puto, naturali hominum inclinatione divino afflatu incitato fa-
 ctum, ut homines ab initio coiverint & societatem quandam con-
 struerint. Et quamvis primis illis temporibus ubi adhuc essent
 Poetarum libris deprecata aurea secula, quibus sancta regnabat
 fini-

simplicitas, eratque cupiditas mortalium intra recti sine coercita, paucis contenta, luxuriæ ignara, rudis item & simplex non adeo ampla societate, opus esset. Crescente tamen indies hominum numero & cum eo simul malitia ævumque, ut in fabulis est, mox secutum argenteum paulo post æneum, quod continuo excepit, ferreum, in quod protinus erupit.

Omne nefas fugere pudor verumque fidesque
In quorum subiere locum fraudesque dolique
Insidiæque & vis & amor sceleratus habendi

Ex illo tempore ampliori societate opus fuit qua & vis arceri & prava cupiditas jam in morem tracta potuerit coerceri, & in orbem redigi. Illa autem societas sive hominum multitudo absq; imperio ne ad breve quidem tempus consistere aut contineri potuit, adeo necessario aliqui, qui cæteris imperarent, constituendi fuerunt. Et hæc prima Imperiorum causa. Ut negandum non sit verum esse omnino. Quod Nost. h. l. tradit. *Postquam exui aequalitas & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat provenere dominationes multosque apud populos æternum mansere.* Et certe si regnorum præcipuorum ortus & incrementa consideraverimus, nullam nisi hanc causam Imperiis initium dedisse apparebit sicuti *Forstn. ad h. l.* prolixius demonstrat quo brevitas causa Lectorem remitto.



DISCUR-

DISCURSUS POLITICUS VI.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

Nobis Romulus ut libitum imperitauerat. Quæ prima Reip. Romanæ forma difficilis jam olim visa est quæstio Polyb. lib. 6. Hist. & inter tot Politicorum dissensiones hodie intricata magis quam expedita? Ego ut omnium gentium nationumque Imperium ab initio Regium, ita Rempubl. Romanam à principio Monarchice gubernatum esse crediderim. Aliter sentit Coriolanus in orat. ad Volscos apud Halicarnass. lib. 8. post princ. asserens populum Romanum principio formam Reip. habuisse mixtam ex potestate Regia & optimatum Dominatu. Sed tantum abest ut mixtionem aliquam sapere possit illa Resp. quàm à Romulo conditam & descriptam exhibet. Idem Halicarnass. ut potius absolutam Monarchiam statuamus, in qua summa Imperii jura penes solum Regem resederunt, populus vero & Senatum non nisi in gloriam assentiendi ascitus est. Nec officit, quod obijci solet, populum potestatem creandi magistratus, leges ferendi, bella indicendi habuisse, ex quibus mixtam & Democratiam temperatam formam Dd. communiter colligunt. Habuit enim populus hæc jura precario & ex concessione Romuli, unde nulla illi majestas tribui posse. Idem Halicarnass. d. l. fatetur. Plebi, inquit, hæc jura concessit, magistratus creare, Leges sancire, & de bello decernere quoties Rex permisisset ita tamē ut ne horum quidem absolutam haberet potestatem nisi idem Senatus visum fuisset. Senatus vero jussit de qualibet re quam ad ipsum retulisset cognoscere & suffragium ferre. Regis vero munia longe maxima erant, primum enim sacrorum principatum habebat & omnes res divina ac pia per ipsam agebantur. Deinde legum & morum patriorum custos erat & omnis juris naturalis & ex communi hominum consensu pactoque scripti curam gerebat, de gravissimis injuriis ipse cognoscebat, senatum coquebat, populum evocabat, primasque sententiam dicebat. Hactenus Halicarnass.

caruiss. Ex quibus non obscure colligitur maximam Regibus fuisse potestatem ut vere Monarchice illos imperasse dicendum sit. Neque aliud vult Noff. quando Romulum ad libitum imperitasse h. l. tradit, quam ut Monarchici imperii dignitatem & liberrimam Regum potestatem asserat.

83. *Dein Numa religionibus & divino jure populum devinxit.* Omnitum validissimus est prætextus religionis, quo solo Australes subditos suos, in officio continere scribit *Bodin. 3. de Republ. 6.* Omnes religione inveniuntur, *Cic. 5. in Verr.* Unde fundamenta solidi imperii vel constituere vel conservare volentes religionis prætextu & divino cultu aggredi solent. Laudatur commentum Numæ, quo cum Dea Ægeria nocturnos congressus simulando populum Romanum sibi devinxit. An ergo religio remedium status dici meretur, ut simulatio in illa locum habere possit? Ita judicat *Machiav. in princip. c. 18.* ubi sufficere, inquit, si Princeps externa specie religiosus & pius videatur, licet revera non sit, quia homines externa specie ducuntur, & omnia facta non ex causis sed eventu æstimant. Sed impium hoc & profanum. Non enim ideo inventa Religio, ut Scenæ serviat. Sancta est, & ideo non illotis manibus tangenda videatur. *Antimachip. m. 135.*

84. *Quis etiam Reges obtemperent.* An non Princeps LL. est solutus? Ita judicat *Diolib. 53. Hist.* Id vero, inquit, sibi usurpaverunt Reges Romani, quod ante civium Romanorum datum est nemini ut soluti LL. esse dicantur h. e. omni legis necessitate liberati nec iis qua scripta sunt subiecti. Et postea, *Senatus*, inquit, *Cæsarem à quo magno honore efficiebatur, ut Imperatorem decreto liberavit omnibus legum vinculis, ut ea qua vellet, faceret, ut iis qua nollet abstineret.* Et *Ulpian. in l. 31. ff. de LL.* ait. Princeps legibus solutus est. Nec sine ratione. Ut enim majestatis natura non agnoscere superiorem, ita legum indoles est ut sint scita superioris potentia, ideoque ipsum Legislatorem obstringere proprie non possunt, cum sibi ipsi nequeat imperare *l. 13. §. 4. ff. ad Sr. Trebell.* Sed irrita sit omnis ejusmodi obligatio *l. 22. ff. de legat. 3.* Neque tamen cum summo imperio pugnat leges servare, legibus

vivere, quemadmodum Imperator in *S. ult. inf. quib. mod. te-
tam. infirm.* rescribit. *Licet legibus soluti sumus atamen legibus
vivimus.* Finis Imperii est vitam dirigere ad publicam & subdito-
rum bonum & hoc agere ut subditi boni efficiantur, quod in-
primis exemplo suo ipse Princeps præstabit. *Vim enim Princeps,*
inquit Plinius, in Panegyrico, *perpetua lex censenda est nec
tam imperio nobis opus est quam exemplo.* Princeps imperio maxi-
mus, maior est exemplo *Vell. Pao. lib. 2. Hist.* eleganter Sanza-
rius in quodam Epig. ad Fridericum Arragon. Regem in fin. in-
quit. *Tunc publicam rem se bene habere cum primis, qua Res
præcipit, ipse facit.* vid. infra th. 89.

85. *Corruptissima Rep. plurima leges.* An ergo multitudo
doleam corruptæ Reip. causa? Ita censent Bodin. 6. *de Rep. 6.*
Plato de LL. lib. 3. & Politici fere omnes. *Multitudo legum,* in-
quit Plato de L. *litium copiam excipit, qua ubi sunt, Subditos ever-
tum.* Aliter statuit Arætilaus & cum illo *Forstn. b. l.* dum cor-
ruptam Reip. causam multarum legum esse asserunt. *Ut copia,*
inquit, *Medicorum in civitate plurimorum morborum est indicium,
ita multitudo legum certum infirma civitatis argumentum.* Pri-
oribus nos ad stipulamur. Quo enim potiores sunt leges eò bene
moræ Reip. magis conveniunt, modo strenuè vires exercent.
Experta id ipsum Pannonia quæ felix tam diu, donec antiquis mo-
ribus & paucissimis quibusdam legibus causæ ibi judicaretur.
Quam primum autem cum comitatu Beatricis Ferdinandi Reg.
Neap. filii eo ingressæ sunt tabulæ, brevi tempore omnia litibus
fervere cœperunt, quæ Reip. certum exitium non potuerunt non
afferre. Quo nomine Gallia etiam à Politicis infelix judicatur,
quod legum multitudine & ex ea nascente litium copia omnes Eu-
ropæ populos superet. Nec id immerito. Nam ut Reip. expedit
paucas in illa foveri lites easque immortales mortalibus hominibus
non esse superstites. Ita litium multitudo ex legum abundan-
tia proveniens Reip. valde noxia est. Ut merito laudetur Solon
quia paucissimas & Lycurgus quia pauciores adhuc leges tulit.
contra Justiniani Imperat. leges quæ ob multitudinem & inde or-

tas varias antinomias Remp. conturbari plurimis visis sunt, apud
Saniore Polidcos vapulant.

86. *Tum Cn. Pompejus gravior remediis quam delicta erunt.*
An prudenter? Merito dubitatur. Ut in morbis immaturâ &
prævalidâ medicinâ nihil periculosius ita nimiam severitate nihil
magis noxium Reip. ex Historiis novimus. Accendunt magis
quam extinguunt intempestiva remedia, quod expertus est. Fe-
lix Palestinæ Præses de quo Nost. infr. 12. *Ann. 54.* refert, quod
nimis remediis delicta magis auxerit quam sustulerit & de Man-
lio *Liv. lib. 6. Hist.* tradit Eum gravioribus remediis concitasse se-
ditionem. Ut læpe remedia potius omittere, quam quibus impa-
res sumus ostendere expediat, instar optimi Medici qui ne mor-
bum magis incendat leviora remedia imo nulla adhibet. vid. *Scip.
Ammirat. lib. 3. disc. Polit. 2.*

87. *Suarumque legum auctor idem & subversor.* Pessimo
& haud imitando exemplo, quo ad Remp. turbandam nullum po-
test esse efficacius. Cum enim nulla vis major subditos intra officii
terminos coerceat quam vita & exempla superiorum. Ideo pru-
dens Magistratus cavet ne legum suarum ipse transgressor un-
quam videatur. Verum quod dicitur, Regis ad exemplum, co-
tus componitur orbis. Laudatur Lycurgus, quod inventione le-
gum non magis quam exemplo clarior fuerit. Siquidem nihil ulla
lege in alios lanxit, cujus non ipse prius in se documenta dedit.
Justin. 3. Hist. 3. Prudens Levini apud *Liv. 26. Hist. 36.* legitur ad-
monitio. *Si quid injungere inferiori velis id prius in te ac tuos
statueris, facilius omnes obedientes habeas.* Et Claudiani. Pri-
mus jussa tibi tunc observantior æqui Fit populus cū ferre videt,
quæ jussis ipse. Quo etiam collimasse videtur Augustus apud
Dion. lib. 43. cum dixit *Positas leges constanter servate nec ullam ear-
um immutate. Nam qua in suo statu eademque manent & si de-
teriora sint, tamen sunt utiliora Reip. his, qua per innovationem
vel meliora inducuntur.* Idem censuit Clemens apud *Thucyd. lib.
2. Hist.* dum ait *Eos hominum tutissime agere qui presentibus legi-
bus etsi amfi deteriores sint minimum variantes Remp. administrant.*
Idq; omnino verum existimo, non modo ob mutationis pericula qua

congestit Bodin. 4. de Rep. 3. Sed etiam quia juxta Tac. lib. 13. Ann. judicium, super omnibus negotiis melius atque rectius provisum, & quæ convertuntur in deterius mutari credo.

88. *Qua armis subatur armis amittit.* Ita verum omnino quod Alexand. M. apud Curt. 8. Hist. 8. ait. Nulla potentia est diuturna quæ gladio defenditur beneficiorum gratia sempiterna. Nullum violentum potest esse diuturnum. Cernimus hoc in Tyrannis quorum potentia quo violentior eo brevior. Hinc Thales interrogatus, quid difficile vidisset, verè respondit, Tyrannum Senem *Laert in ejus vita.* Brevis & execrabilis est potestas quæ armis subnixæ. *Senec. 1. de Clem. 81.* Ut imprudenter agant Principes qui armis acquisitam potentiam solis armis tueri conantur. Alia adjungenda auxilia si firmiter dominari velis, in primis autem dominantiam amor populi querendus est de quo vere *Senec. 1. de Clem.* ait *Eum esse custodiam inexpugnabilem.* Arma armis irritantur & subvertuntur, verum si quis undique septus fuerit charitate & amore, hunc frustra sibi timere inquit *Plin. in Panegy.* Neque enim aut pecuniæ vis, aut stipendia satellitum agmina tueri principem possunt, nisi illi ipsi, quos regas. Unde Alexander Severus prudenter solitus est dicere, illum optimum esse imperantem maximeque diuturnum, qui amicos donis conservare, inimicos beneficiis conciliare nosset. Sed de his alibi plura dicam.

89. Corrupti status popularis fructus exemplo Reip. Romanæ venustè proponit Noster 1. *Continua per viginti annos discordia* cujus nullus alius solet esse exitus nisi aut universus interitus, aut unius potentis dominatus & regnum, uti optime iudicat. *Cic. de Arusp. resp. c. 25.* Plena exemplis est Historia. Sic Augustus cuncta discordiis civilibus fessa. Principis nomine sub Imperantis libertati velut è specula infidiatus est. De Rep. Romana *Sallust. ad Casar. de Rep. ordin. 1.* scribit. *Ego sic existimo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate, ubi urbi Romana, fatum excidij advenarit cives cum civibus manus conseruros. Ita defessos & exsangues Regi aut nationi prada futuros. Aliter non orbis*

orbis terrarum neque cuncta gentes conglobata movere aut contum-
dere queunt hoc Imperium. 2. Non mos non jus absque quo regna
& imperia non nisi magna sunt atrocina, *August. 4. de civit. Dei*
4. 3. *Deterrima quoque impune* quo Reip. cui delicta non mane-
re impunita expectit nihil potest esse perniciosius. Nam ex Cato-
nis iudicio perniciosissimum est Reip. impune permittere contra
iustitiam æquitatem & urbis leges agere. 4. *Ac multa honesta*
exitio fuerunt. Miserrima Reip. conditio, ubi honestum ab inhone-
sto virtus à vitio non discernitur, multo magis miserabilis, quam
si hostis illam circumspiceret, quippe hoc casu civibus etiam mortis
honestæ usus est, priorum inglorium expectandum exitium.

90. *Inditi custodes ex lege Papia Poppaæ præmiis indulti.*
An è republica? Ego puto delatores; Exploratores & Custodes
esse decernendos. Isti ut in Rep. minime tolerandi, ita multo mi-
nus præmia istis constituenda quibus rapax istorum avaritia ad cor-
ruptelas & insidias innocentium inesceret. Illi ut enim modo ha-
bendi ita certo modo præmia illis tribuere non prohibeo. Hi
vero ut Reip. utilem navant operam, ita non modo admittendos,
sed etiam per præmia illiciendos esse censeo, *vid. sup. lib. 53.*

91. *Per idem tempus Neronem è liberia Germanici commen-*
davit Patribus, utque munere viginti viratus solveretur & quin-
quennio maturius quam per leges quesituram peteret. Callido
consilio ut memoriam pristinae libertatis tristem palpo aliquo so-
laretur. Id arreptæ dominationis arcanum frequens Tiberio fu-
isse aliquoties notavimus. Nec imprudenter modo semper ex
tempore. Sub novo Principatu veteris Reip. simulachra objicere
tutum non magis quam utile censetur. At firmato jam imperio,
ubi vanis his mentium delinimentis summopere opus non est, &
ubi jam omnibus constat, Principem ad se omnia traxisse salutaris
forsan eiusmodi simulachra non offerre. Tantum enim abest, ut
absq. irrisu audientium excipiantur. Unde contemptum autho-
ritatis Principalis facile nasci, non potest non esse manifestum.

92. *Actamen initia fastigij Cesaribus erant.* Quibus ve-
tus antiquarum legum & consuetudinis memoria adhuc velut ob-
scuros versabitur. Idcirco non omnia statim mutare voluit Tibe-
rius

rius veritus ne parum succederet si simul potestatem arripere & veteres mores invertere veller: Sed quædam ad patres sejecit quædam ipse executus est. (Utile ut sæpe dixi, consilium occupantibus aut convertentibus imperia. Tiberio non insuetum de quo plura supra th. 53.

93. *Et quo primum die forum ingressus est congiarium plebi.* Ex more apud Romanos usitato, quod Consules & Imperatores cum primum magistratum inibant, liberalitatis gratia & in perpetuam rei memoriam, pecuniam vel alias res populo colligendas spargere solebant. Inde nata consuetudo quæ adhuc hodie perennat, ut in coronationibus Principum moneta nova aaliq̄ue missilia in vulgus jaci soleant. Facit hoc ad conciliandam plebis benevolentiam cui omnium dulcissimum est accipere. Quamvis aliquando magnus tumultus & seditiones ex ejusmodi missilium jactu ortas esse legamus. Ut ideo à Prudentibus Principibus quandoque hoc intermissum sit, quemadmodum de summo Pontifice Pio V. legimus qui in die coronationis noluit missilia dare, ne præ compressione turbæ aliqui suffocarentur, & major inde tumultus existeret, sed majorem pecuniam in monasteria aliaque pia loca ac pauperes urbanos dividi jussit.

94. *Polluisse nobilitatem familia videbantur.* An ergo ignobilem ducendo uxorem nobilitas obfuscatur? Ita cum Hiempsale Jugurtham, quod materno genere impar esset, *Sallust. in bell. Jugurth.* despiciente & Populo Romano multi existimant. Sed quia mariti non uxorum sed uxores maritorum honore vel decore eriguntur aut polluantur, ideo & ignobilitatem uxoris modo honestæ, maritali splendori nihil officere arbitramur. Hoc non inficior Nobilitatem mariti eo magis inclarescere si uxoris claritudo accedit. *Tiraqu. de Nobil. c. 18. n. 41.* Claritudini tamen mariti nihil detrahitur per ignobilitatem uxoris. vid. *Tiraq. d. l.*

95. *Suppositum, jam nimis spei, Sojanum ultro extulisse.* An prudenter? Non puto arcanum imperii est magnæ spei magnisque meritis publice conspicuos homines suppressere magis quam extollere. Hæc natura regni est, ut ait Senec. Cedat quicquid excelsum est. Solita hæc cautio contra nimios eosque suspectos spiritus

tas potentum, aut penitus opprimere aut collega addito continere & coercere. Nimirum quia excelsi animi ad aliena imperia occupanda faciles esse solent, ideo securitatem Princeps nisi ab horum humilitate sibi spondere possunt.

96. Astuti aulici exemplum Salast. *Quanquam prompto ad capeffendos honores aditu Mecanatem emulando honores a-
Pernacus est.* Ita ministri aulici, qui aulicas artes vita profitentur laborioso studio, ut ceteros affectus, ita maxime ambitionem occultant. Ea prima cura discitur ab illis, qui intimiorem Principis gratiam parare student, ut amore Principis & potentia apud eundem contenti inania honorum aspernari quam ad majora honorum fastigia ascendere malint. Nam cum ex Politicorum omnium iudicio, Regia sive aula humiles & depressos magis amat quam elates & generosos. Quamque quis servitio promptior opibus & honoribus extollitur, non potest non ad arctiorem apud Principem benevolentiam purandam spectare humilitatis & quietis simulatio. Quae eo gratior Principibus, quo minus suspecti sunt pravæ cupidinis & rerum novarum, qui instrumenta summi fastigii relinquunt, nec quicquam ambitionis ostentant. Unde & hoc consequuntur, ut sine dignitate Senatoria *multos triumphantium consulariumque potentia antecant.* Longe liberius apud ipsos & cum ipsis Principes agunt eaque illis mandant quæ aliis splendidioribus vix aut certe inviti mandarent aut quæ maioribus mandare non auderent, aut decorum crederent. Exemplum habemus in Mecenate, qui eo charior Principi quo minus honoratior, vid. *Vellej.*

2. *Hist.* 88.



DISCUR-

DISCURSUS POLITICUS VII.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

EO acrior quo somnum & inertiam magis ostendebat. Calidum itidem vitandæ suspitionis arcanum aulicam vitam profitentibus non inusitatum. Nempe cum Regibus boni quam mali semper sunt suspitiones *Salust. Catilin. 7. ad securitatem illorum pertinet claritudinem obsequiis protegere, & pro sapientia stultitiam, pro industria inertiam simulare. Machiav. lib. 3. disc. 2.* Ea res magnum ad despiciendos suspicaces Principum animos momentum confert. Verum quod Nost. infra 16. Ann. 18. scribit. Dicta factaque quanto solutiora & quandam sui negligentiam præ se ferentia tanto gratius in speciem simplicitatis accipiuntur. Laudatur Mœcenas apud Vellej. lib. 2. *Hist. 88. Vir, inquit, ubi res vigiliam exigerat, sane ex somnis, providens atque agendi sciens simul vero aliquid ex negotio remitti posset otio & molliore pene ulera feminam fluens:* Et de Petronio Nost. 16. Ann. 18. ita scribit. Nam illi dies per somnum Nox officiis & oblectamentis vitæ transigebatur, utque alios industria ita hunc ignavia ad famam protulerat. Ita optimum suspitionis vitandæ remedium stultitiæ simulatio. Sic Davidis stultitiæ & simplicitatis imagine Regis Achis 1. Sam. 21. Brutus Tarquinii Liv. 2. *Hist.* Domitianus Titi fratris æmulationi se subtraxit & de Galba Sueton. paulatim in desidiam segnitiamque conversum esse ne quid materiæ præberet Neroni, vid. Forstn. ad b. l.

98. *Ætate provecta speciem magis in amicitia Principis quam vim tenuit.* Ut verum quod Polyb. lib. 5. *Hist. 26.* ait. Parva omnino intervalla temporis, omnes homines attollunt, rursusque dejiciunt, maxime vero eos qui in aulis versantur. Revera enim isti assimiles sunt Abacorum calculis, qui ut secundum voluntatem calculatoris modo obulum æreum modo talentum valent: Ita Aulici ad nutum Principis modo beati modo miseri sunt. Discite hic magnarum potestatum ministri, quam periculosa instabilis

lis & fluxa Regum sit fam liaritas. Ut plurimum quæ in prima ætate viger floretque, in senectute marcescit amicitia. Notauter Aratus Philippo Macedoni diu charus, utilisque amicus & veneno ab eo tolli iussus exclamat: *Hæc sunt premia Regia amicitia.* Sed quæ causa istius inconstantiz? Ant vitio Regum id accidit, quorum voluntates, ut vehementes sic mobiles, sæpe sibi ipsi adversæ, aut *fato potentia* non sua vi nixæ raro sempiterna: *Aue quia satietas capit illos cum omnia tribuerunt,* ut ab his folio dejici metuant *aut hos, cum jam nihil reliquum est quod cupiant* de quibus late agit *Fornst. ad h. l.*

99. *Sequitur Tiberij quartus Drusi secundus consulatus, Patris atque filii collegio insignis.* An pater & filius uno eodemque tempore in Senatum assumi aut consules esse possunt? Negant Politici, tum ne unius vel alterius familiæ nimia potestas, excreseat, leges subvertat, alios imo ipsam Remp. supprimat sicuti florentissimis Italiæ civitatibus exinde quod plures ex eadem profapia ad eminentiores dignitates simul ascenderint, periculosè evenisse historiæ memorant. Tum etiam ut consilia pleniora & ab affectu remotiora sint, tum denique ne suos sæpe indignos præpostero affectu per sequiora consilia liceat ad honores promovere, ad quos non ex amicitia sed æstimatione vera, & commode Reip. provenire, publicæ utilitatis interest *l. unic. C. si propt. inimicit.* Sed hoc in statu populari vel Aristocratico forsan verum erit. In Monarchico ad salutem imperantis & spes aliorum pravas coercendas subsidia dominationis querere filiosque collegas imperii assumere utilius videtur. Quippe non legiones non classes perinde firma imperii munimenta sunt quam numerus liberorum *Tac. §. Hist.*

100. *Neque patruo latius,* quia, ut sæpe diximus, suspectus invisusque semper quisquis proximus ad imperium destinatur. Displicent Regnantibus civilia ingenia & virtus aliena omni tempore, illis formidulosa. Hinc gloria illorum anguntur & quamvis pietatis & fidei in Principes dent exempla, fidem tamen sinceræ charitatis minime possunt assequi, sicut ad lib. 4. pluribus docetur.

101. *Domitius Corbulo pratum sanctus de L. Sylla, nobile*

bili juvene questus est apud Senatum, quod sibi inter spectacula gladiatorum, loco non decessisset. Jure an injuria disquiritur? Pro Corbulone l. atas, qua senior præfertur juniore l. ult. ff. de fid. instr. 2. Patrius mos, qui in omnibus stricte observandus l. 31. §. quia assiduus ff. de adil. edict. Juxta illud vulgatum Landes Manier/Landes des Zier & 3. Studia Seniorum quorum magnus ubique favor. Sed antantus senectutis favor ut nobilitate præster ambigitur? Aliquisemper & ubique senem ignobilem Juveni nobili præferunt memorantes exempla majorum, qui juvenutis irreverentiam gravibus decretis notarunt. Tirug. de jur. primog. in præfat. §. 115. Ego non aliter existimo quam si virtus & prudentia cum mobilitate est conjuncta. Senem enim ignobilem juveni nobili indistincte præferre absurdum non minus quam iniquum foret.

102. Reip: summopere interest vias publicas pervias & quietas conservari *arg. l. 1. §. quies ff. de offic. præf. urb.* Atque ut earum cura eo sanctior esset inter publica Regalia relatæ sunt *cap. unic. qua sint Regal. quo Regia manu factæ rectæ conserventur Arum. de jur. publ. vol. 1. p. m. 925.* Ea cura quæ cuiusvis magistratui pro viarum refectione incumbit expeditur Præfectis, quibus sollicitudo pro illis inungitur quales Romæ ante Imperatores fuerunt Censores; quorum officii pars erat curare vias. Sub illis vero speciales viarum Curatores constituti sunt, quos viocuros Historia appellat *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. n. 12.* Hodie in civitatibus municipalibus viarum cura committitur certis personis Senatorii ordinis, qui peculiari nomine *die Damherringen* appellantur. Ad horum officium spectat curare, ut vetustate collapsæ viæ ex vedigali quod pro refectione earundem transvehentibus solvitur, reparentur & factæ rectæ conserventur. Duobus autem modis impervia, & interrupta fieri hoc demonstrat Corbulo *1. suu. de mancipium* qui munienda redimunt, quales redemptiones frequentes apud Romanos & à Censoribus primum permissas ex Liv. alisque rerum Romanarum scriptoribus novimus, easque bonis rebus publicis omni tempore perniciosas fuisse ex iisdem constat. Et *2. in curia magistratuum* municipalium, qui solliciti esse debebant, ut à mancipibus rectæ curarentur. Malum, fatale magnis

etiam imperiis & civitatibus nec unquam satis coercitum. Expedit Reip. vias factas & eas conservare ne commercia, absque quibus Resp. nulla subsistere aut florere potest, temere impediatur aut tollantur.

103. Præbet Tiberius iterum simulachrum pristini status dum *judicio patrum deligendum Proconsulem monet*. Suasit hoc inter alia in universo illo consilio Regio Meccenas apud Dionem *lib. 52*. Minime vero, inquit pristinam Magistratum potestatem conservabis ne res in priorem statum recidat, sed honore quidem servato ipsi relictoque potentiam in tantum diminue ut nihil dignitatis quidem deficiat, virium autem ad moliendas res novas nihil super sit. Reprehendit hoc quidem Machiav. Sed immerito. Nam mutato imperio omnia uno momento mutare absurdum non minus quam intutum judicatur.

104. Notas boni Ducis & Proconsulis demonstrat Tiberius dum jubet eligere *1. Gnarum militia*. Qua in re plurimum momenti est, ut quis artis militaris sit peritus, qualis censetur, qui per plures provincias stipendia explevit, & per omnes militiæ gradus exercitatus est. Unde vulgo dicitur Exgregario milite optimum nasci Imperatorem *2. Corpore validum*, cui labor in negotio, fortitudo in periculo, industria in agendo, celeritas in conficiendo sit *Cic. pro Leg. Manil.* Nam ex Valerii Consulis judicio optimus ducum dicitur qui sine ostentatione de se estari potest. *Facta mea non dicta vos milites sequi volo, nec disciplinam modo sed exemplum etiam à me petere Liv. lib. 7. Hist.* Ipse manu sua pila gerens præcedat anhelis Militis ora pedes monstret tolerare labores, Non mandet *Lucan. 9. de Caton.* Ut ergo non ingenii modo sed & corporis vigorem in Duce requirimus quo bello sussecturus sit.

105. *Sextus Pompejus initium agitando odii adversus M. Lepidum nactus* inculcavit eum *1. ut Socordem & ideo incapacem*. Optima cautio in bello est non admittere ad imperandi fastigium quos ignavos inertesque deprehendis. Cum enim Ducis ad exemplum totus componitur exercitus præstat regimen committere illis qui decoros se promptosque in armis ostendunt, quam vecordibus

bus & ignavis 2. *Inopem*. Sed an ob solam inopiam ab officio quis removeri potest? *J*Crus in *l. 7. ff. de susp. tut.* dicit Egestatem neminem suspectum facere nec idoneos patrimonio sed fide spectari. *l. 12. ff. d. V. O.* Ego restricte hoc accipiendum puto si nim. Inopia tanta non est ut quis muneri inuncto per eam impar sit *l. 6. ff. de excus.* vel etiam munus cum dignitate conjunctum, cui non parum ad splendorem dignitatis officit inopia. *Et 3. majoribus suis dedecorum.* Nam ut cætera sic nobilitates per dedecus vitæque turpitudinem amitti constat. *l. si qua C. de sec. nupt.* An etiam ob paternas angustias? Non puto illas nobilitati officere Sed honorum magis quam ignominie, modo sine probro agantur, habendas esse cum Senatu h. l. censeo.

106. *Seque que in publicum statuerat domi servavisse.* Prædicat Severus Cæcinnæ. Egregio & nunquam non imitando exemplo. Tum demum beatas fore respublicas judicant, Politici, quando magistratus nihil in publicum statuunt cujus non ipsi primi in se suosque dant documenta. Arduum plerisque haud minus quam provinciam regere. Sed ad conservandam Remp. valde necessarium & utile, sicuti demonstravimus,

107. *Ne quem magistratum cui provincia obvenisset uxor comitaretur Severus Cæcinnæ censeat.* Bono ne consilio? Annon præstat uxorem omnis fortunæ sociam secum habere, an melius sine ea in sociorum regiones aut gentes externas ire? Non sine ratione posterius Cæcinnæ affirmare videtur 1. ait *inesse mulierum comitatu plurima impedimenta non minus pacis quam belli tempore incommoda.* Nam *pacem luxu*, quo bonæ leges consuetudinesque subvertuntur, *bellum formidine* morantur ac suo metu consilia & rationes Ducum præpediunt. Nam ut in *dave* temporis refubortæ tempestatis uno alterove desperante cæteri navigantes terrentur. Sic nulla res magis commovet milites, quam si uxores lachrimantes & metu consternatas vident. 2. *Quia in ipsis itinere barbari incessus convertunt.* Et hoc laudabile minus ut Romanus exercitus barbaræ cuiusdam nationis agmen videatur. 3. *quia non tantum imbecillum & impari laboribus sexum*, eaque

G R R & propter

propter domi in perpetua tutela manere iustum, *sed felicitia adfit
seruum.* Nam quoties facit ira nocentem. Hunc sexum & rabie
jecur incendente feruntur, Præcipites ut saxa jugis abrepta quibus
mons subtrahitur clavoque latus pendente recedit. *Juven. Satyr.*
6. in fin. Specimen huius Tomyris & Maximini conjux præbet apud
Marcell. *lib. 14. & Justin. lib. 2. Ambitiosum & potestatis avi-
dum* cernimus. 4. *Incedere inter milites eosque blandimentis &
voluptatum assuetudine à virtute ad vitia desle&i, habere ad ma-
num Centuriones,* quos ad res novandas facile accendunt. 5. *Co-
gitarens ipsi quoties repetundarum aliqui arguerentur plura uxori-
bus objectari quasi blandimentis avaritiaque maritos ad pretium ac-
cipiendum & contra præscriptum officium agendum induxerint.*
6. *Hu statim adhaerescere deterrimum quemque unde seges & inci-
tamentum turbarum* 7. *ab his negotia suscipi transigi* quod inde-
corum non minus quam juri naturæ contrarium, cui convenit ut
foeminae ab officiis, virilibus sunt remotæ *l. 2. ff. d. R. I. 8.* Ita pro
uno magistratu *duorum viri & uxoris egressus coli, duo esse pratoria*
in quibus jus reddatur & causæ transigantur. 9. *Pervicacibus ma-
gi & impotensibus mulierum jussis,* eoque violentius & astrictius
illarum imperium, ideoque eo magis improbandum. Ad stipula-
tur, Thomas Demsterus in antiquitatum libris ubi laudat exem-
plum Romanorum capitaliter foeminas in castris versantes punire
solitorum, & Ruthenorum nullam foeminam honestam existiman-
tium, nisi domi conclusa vivat. Contra sensit Valerius Messali-
us speciosis argumentis 1. quod *multum duritia veterum melius
& latius mutata* exigente temporis ratione & conditione. Diversi-
tas enim morum & temporum diversum requiritus Unde tempus
animæ legis dicitur, cui Princeps semper ita intentus esse debet,
ut nunquam ei deesse videatur. Frequenter accidit ut adversus,
prævalidam malitiam infirma sint jura nihilque virium habeant,
sæpius etiam benignis satis apta, inter publicas privatasque cala-
mitates & inde tecuta mala rigida nimis, aliquando sæva fiant ip-
sis malis nocentiora. 2. *Neque enim ut olim obsideri urbem bel-
li aut provincias hostiles esse.* Nec ideo adstricta & rigida vi-
vendi ratio necessaria, sed tranquillis ubique rebus sine damno
Reip.

Reip. aliquantum indulgeri. 3. *Pauca faminarum necessitatibus non luxu concedi.* 4. *Cetera promiscua cum maribus nec ullum in eo pacis impedimentum.* 5. *Bella accenditis & ab omni impedimento liberis obcunda, sed revertentibus post laborem quid honestius levamentū quam assumere conjugem prosperis dubiisque sociam, cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tradat ut taceam.* 6. *Quantos lamenta illarum animos viris addere soleant, In modum furiarum Veste ferali crinibus dejectis intercurrentes precesque diras sublatas ad coelum manibus fundentes novitate aspectus percellunt milites, ut quasi hærentibus membris immobile corpus vulneribus præbent Tac. 14. Ann. 30.* 7. *Cum à particulari ad universale firmiter concludere non licet, absentem erit, quia quasdam magistratum Conjuges in ambitionem aut avaritiam prolapsos novimus, omnes prohibere. Quid ipsorum magistratum nonne plerisque varium libidinibus obnoxios, quibus Cælibes Remp. non minus turbantur quam si foeminarum consortio usi essent, non tamen ideo neminem in provinciam mitti & si nominari quidam possunt, quos corruptos sæpe privatis uxorum deliquisse constat: num ergo omnes cælibes integra?* 8. *Verum quidem est placuisse quondam Optimas leges sed temporibus Reip. postulantis remissum aliquid postea & mitigatum quia expedierit. Nocet sæpe antiquus rigor & nimia severitas ubi prævalida & adulta vitia omittere potius, quam hoc assequi ut palam fiat, quibus flagitiis impares sumus.* 9. *Quia viri in ea culpam, si famina modum excedit. Qui enim scit nec prohibet cum potest, perinde in culpa est quam si ipse delinqueret l. 15. ff. d. R. I. 10. Porro ob unius aut alterius imbellem animum male eripi maritis consortia verum secundarū adversarum, quia unusquisque suo admisso sorti subijcitur nec alter alterius odio prægravari debet. Accedit II. simul sexū naturæ invalidum deserere & exponi suo luxu & cupidinibus alienis vix presenti custodia manere illaesa conjugiam quid fore si per plures annos in modum discidii obliterentur sic oblitum est omne remedium, quo obstruere fenestram nitentes, his quæ graviora sunt aperimus. Sic Cæcinæ Septentia elusa, jure an injuria? Pro conciliandis contrariis opinionibus, distinguo an*

in Ai-

instituta cultusque patrius muliebrem comitatum permittant an vero prohibeant. Illo casu si moderamen adfit ferendum existimo, hoc non irem sed ex circumstantiis forsitan, quæ infinita varietate discrepant, pendebit hæc sententia.

108. *Tiberius per literas castigatis oblique Patribus quod cuncta curarum ad Principem rejicerent.* Callido iterum consilio tum ut pristinae & jam demortuæ libertatis vestigia adhuc haberet, eoque Senatus favorem alliceret, tum ut absolutæ potestatis avictim animum tegeret, tum deique ne ab omni honore exclusus, Senatus ad res novandas accenderetur. Quod in novo & nondum firmato Principatu utile non minus quam necessarium supra atiquoties diximus.

109. *Tum audita amborum Verba intentius excusante se Lepido* Iure an iniuria? Indubitati juris est munera civilia invitis imponi ut recusari nequeant nisi iustissima ex causa l. 9. ff. de mun. & hon. Idque eo magis procedit si autoritate juxta & utilitate munus publicum est: *Richard. conf. 36. pr.* Et naturali illo vinculo quo quis patriæ ad omnem utilitatem & salutem arctissime obligatur l. 1. in fin. l. 2. & 3. ff. de just. & iur. Tria vero sunt personalium munerum genera, quorum alia dignitatem annexam habent quæ honores vocamus l. 14. ff. de mun. & hon. alia vilitatem exercitii quæ sordida dicuntur l. sordidorum C. de excusat. mun. alia media nec honorata nec sordida. Ab his multis causæ excusant & relevant. 11. ff. de vac. & excusat. mun. Ab istis inter quæ Proconsularem dignitatem connumeramus, non absolviunt excusandi causæ nisi gravissimæ l. 12. ff. de mun. & hon. Quæ sunt istæ? Tres notantur hic à Lepido obtendente 1. *Valerudinem corporis* non quamlibet sed quæ tanta est ut quis rebus propriis per eam superesse impediatur, tum quod æquisimum sit vacationem à muneribus præbere illi qui proprias res curare nequit, tum quia necessitati parendum, nec minus injungatur quod obiri non potest sine magno incommodo ejus cui injungitur & damno Reip. *Perez. in Cod. lib. 10. tit. 49. n. 3. 2. Aetatem liberum parvam* sc. quibus recte educandis utilem Reip. navaret operam. Idque ex L. Julia Pappæ quæ matrimonium frequentationi & liberorum procreationi pænis & præmiis providit. Nam cum ex Titi apud *Tar. 4. Hist. 52.* Iudicio non legiones, non classes perinde firma Imperii munimenta quam numerus liberorum, ideo Patri, liberos habenti excusatio ab oneribus inter alia concedebatur, ut ad matrimonia frequentanda & civitatem bellis civilibus exhaustam liberis hominibus replendam, hac ratione allicerentur. 3. *Nobilem filiam*, cui conditionem quærendo jam satis oneratus aliis oneribus ex eadem L. Julia Pappæ gravari non debet.

DISCUR-

etiam quod sile
 inque in pravalidum. Pr
 an honores quamvis oblate
 erant favore subnixos con
 az edictis & juxta autori
 tate. Noverit hoc Aulici se
 az sponz cedit illi quem p
 az sponz suos præmendii cop
 C. de pndis blasus specie re
 az est. Specie recusantis f
 az est. Vera sententia
 az semper improban
 az si spectum reddunt o
 az staretur auctori ad eosc
 az ad opinionem ac aut
 cum duco, præsertim
 az aliquando donare
 az. An præstet specie recu
 az non committere quam in
 az meliores guber
 az alii præstint, sicut
 az apertes & detrectante
 az. Invitor & non am
 az in thesi decisio
 az com devenire licet di
 az se contrarius contraria
 az. Incommodum utilior invito
 az. quod blantus cum ei con
 az. quæ quærite in quem hui
 az. quæ cogitaz nec ego mo

DISCURSUS POLITICUS VIII.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

110.

Intelligereturque etiam quod silebas Avunculum esse Sejani Blasum atque eo prevalidum. Prudenti consilio. Politica ratio suadet honores quamvis oblatos aspernari, ad quos alios potentiorum favore subnixos contendere cernimus. Cedere prudentiæ, modestiæ & juxta autoritatis est, quæ nimia pervicacia destruitur. Notent hoc Aulici securitati & existimationi suæ consulit qui sponte cedit illi quem potentia Principis subnixum magnam inimicos suos præmendi copiam habere novit.

111. Respondit Blasus specie recusantis & consensu adulantium audimus est. Specie recusantis flagrantissime cupere callidæ & frequentis artis est. Vera sentiet qui aulas noverit, aut consideraverit. Sed an semper improbanda? non puto. Nam cum suspecta aut quæ suspectum reddunt offeruntur & cum alii non indigni & si calus daretur aufuri ad eosdem honores vocantur, utilem non modo sed ad opinionem ac autoritatem servandam maximo-pere necessarium duco, præsertim si oblata aut impetrata secus cadunt, præstat aliquando donare quod bonis conditionibus vendere æquis. An præstet specie recusantis flagrantissime cupientibus magistratus committere quam invitis & nolentibus? Plato lib. 7. de Rep. existimat meliores gubernatores esse quos rogari vel cogi necesse sit ut aliis præsent, sicuti etiam Alexander Severus prudens Imp. fugientes & detrectantes ad magistratum trahendo dicere solitus est. *Invitos & non ambientes in Remp. collocandos.* Sed hæc controversia in thesi decisionem constantem non admittit, propius ad eam devenire licebit discernendo Rerump. formas, quibus inter se contrariis contraria congruunt. Igitur sub populari aut optimatum statu utilior invitatorum magistratum gestio. Nam sub hoc, quod Manlius cum ei consularis imponeretur dixisse fertur, Alium querite in quem hunc honorem deferatis, Nam si meam gerere cogeritis nec ego mores vestros, nec vps malum imperium

H h

rium

rium ferre poteritis *Val. Max. lib. 6. c. 4.* Metuendum non est, cum & in electo integritas religione vincitur, & sub inspectione est administrationis ratio imo correctio. Sub unius vero Imperio ambientibus quam invitis magistratus conferre utilius videtur, quia invitum canem, licet cum cæteris venetur, solum tamen frustra venatum duces, sicuti alibi pluribus dicitur.

112. Statuæ Principum certum apud Romanos confugis non modo liberis, sed etiam servis præbebant præsidium & securitatem, ut inviti ab illis abstrahi non potuerint, tum ut miseris & innoxiiis per fugium tum ut eo venerabiliores sanctioresque viderentur Principes. Unde dum viri in honorem Cæsaris edixerant: Ne quis qui in templum D. Julii impunitatis causa confugisset, extrahi vel abripi posset quod nemini Deorum concessum, exceptis iis quæ ad Romuli asylum pertinent. Idem jus imaginibus Principalibus tributum legimus idque Philostratus *lib. 1. de vit. Apoll.* demonstrat, dum impietatis damnatum quendam fuisse tradit, quod servum suum verberasset qui drachmam argenteam Tiberii imagine signatam gestabat. Sed an omnibus confugis inanimatam præbent? Ego existimo, qui ex justa causa vitandi metus, violentiæ, injuriæ, periculi, & qui per malitiam invidiæ causa imagines Cæsarum arripiunt discernendos esse. Illos sine gravi poena non modo non extrahendos sed impune etiam dimittendos. Hos vero in vincula publica coercendos & legitimis poenis subjiçendos jus nostrum statuit. Verum enim quod C. Cestius Senator h. l. dixerit *Principes quidem instar Deorum esse: Sed neq. à Diis nisi justas supplicum preces audiri, neq. quæquam in Capitolium, aliæque urbis templa perfugere, ut eo subsidio ad flagitia utatur.* Ut prudenti consilio Drusus Anniam Rufillam non obstante effigie Cæsaris accitum convictamque astineri publica custodia jussit, Et Tiberius nimiam licentiam & impunitatem circa statuas & imagines Cæsarum abrogavit, uti infra pluribus.

113. *Et Confidius Æquus & Calpurnius Censor Equites Rom. quod fisis majestatis criminibus Magium Cæcilianum Prætorum pesivissent, auctore Principe ac decreto Senatus puniti.* Egregio & laudabili exemplo. Nam ex Machiav. *de Rep. 8.* iudicio ut justè accu-

accusandæ rationes Reip. salutare sic perniciose sunt calumniandi occasiones & ficta crimina. Illæ malos deterrendo, securitatem parant bonis. Hæ perniciem machinando innocentibus simplicitati ac probitati omnia intuta reddunt. Quanta pernicie Senec. 3. de benef. 26. docet. *Sub Tiberio*, inquit, *fuit calumniandi frequens & pene publicar abies, quam omni bello civili gravius togam civitatem confecit.* Illud postea animadverterunt Imppp. i. deo ne innocentia accusati calumniam pateretur, neve quilibet ad accusandum temere profiliret, saluberrime introduxerunt, ut quilibet accusator ad pœnam talionis se inscriberet. Quæ inscriptio quamvis hodie cesset ne metu propriæ salutis ab accusatione quis desistat & sic delicta maneant impunita, propterea tamen omnis satisfactio ex parte actoris sublata non est, sed is de lite prosequenda & injuria resarcienda idoneus cavere debet, sicuti Inculenter docet constit. Crim. Carol. V. art. 12. ubi accusator custodiæ dari jubetur, donec prædiis caverit & satisfactionem idoneam de sumptibus & damnis in casum succumbentiæ refundendis, nec non satisfactioe injuriæ illatæ præstiterit.

114. Vulgo sicut pueris omne ludicrum est in pretio cupit voluptatem & vitam dissolutam amat. *Arist. 1. Eth. 5.* Hinc nullum quærendi favorem populi aptius censetur remedium, quam misceri voluptatibus, conviviis iusu & publicis cætibus. Docet exemplo Drusus. In cujus laudem trahitur, *ab eo in urbe inter cætas & sermones hominum obversante secreta Patriæ mitigari, nequitas in juvene adeo displicebat. Huc potius intenderet diem editionibus noctem convivio staberet, quam solus & nullis voluptatibus avocatus missam vigilantiam & malas curas exerceres.* Id optimum retinendæ autoritatis remedium censent Politici, si Princeps à cœtu populari se quam maxime subducatur, neque publicis promiscue cœtibus & exercitationibus interficit. Idque firmatum imperio non modo Reip. salutare, sed & ipsius Principis majestati conservandæ utile, quæ nisi à ludicris popularibus recedat facile atteritur. *Bodin. de Rep. lib. 4. c. 7.* Omne ignotum pro Magnifico est. *Tac. in Agric.* quotidianum vile. Cæterum in novo Imperio expedit videri popularem atque cœtibus & conversa-

tionibus hominum interesse, Vulgus quippe externis omnia metiens Principis animum alienum æstimat, nec fide dignatur quem alienis delectari cernit.

115. *Addito majestatis crimine quod tum omnium accusatorum complementum erat.* Ex more Tyrannis usitato, quo ad quævis delicta, imo facta ridicula nomen L. majestatis producere solent ira ut quod Imperatoris libidini ingratum ea lege coercetur. Unde Noster alibi Crimen majestatis *vinculum & necessitatem filendi* vocat. Quo pertinet illud Curtii *lib. 10. de Alex.* Cum accusati essent Cleontes & alii spoliatarum provinciarum, & per libidines alienatarum Regem cognita causa pronuntiasse, ab accusatoribus unum & idem maximum crimen esse præteritum desperationem salutis suæ (quo nomine læsam majestatem appellat) Non enim talia auro se ipsum ex India sospitem aut optassent reverti aut reverfurum credidissent. De Domitiano in Agric. Tac. *Præcipua, inquit, sub Domitiano miseriarum pars erit videre & affici cum suspiria nostra subscriberentur cum denotandis hominum palloribus, sufficeret sævus ille vultus & rubor à quo se contra pudorem muniebat.* Ut non immerito latus & extra limites extensus istius legis terror Tyrannidis & licentiosæ potentie arcamum, sive ut alii efferunt flagitium, haberi possit.

116. *Caesar Antistrum veterem ad dicendam majestatis causam retraxit, ut turbidum, & Rheusporidii consiliis permixtum.* Jure an injuria? Prius affirmo, Nam quamvis in civilibus consilii non fraudulentum nulla est obligatio *l. 2. in fin. ff. mand.* nec ex simplici & nuda commendatione oritur mandatum vel fidejussio, unde commendans ad aliquid obligetur *l. 12. §. 12. ff. mand.* In criminibus tamen atrocioribus id secus est, unde reus majestatis aliquis non solum fit verbis vel facto aliquid contra Remp. & Imperatorem moliendo *l. ult. ff. ad L. Jul. Maj.* Sed etiam consilio scientia & reticentia adversus securitatem salutem & tranquillitatem Reip. aliquid tentando *l. 1. ff. ad L. Jul. Maj.* Hinc si consilio alicujus factum ut quis bellum adversus Remp. meditetur, perinde tenetur, ac si ipse bellum gereret, delectum haberet exercitumve compararet *l. ult. C. ut arm. ut.* Prudens ergo Consiliarius eo

consilia dirigit ut neutri parti noceant, ne iū præsens munimentum in posterum ultionem metuere, necessum habeat.

117. *Adpositumq; ut teneretur Insula, neq; Macedonia neq; Thracia opportuna.* Prudenti consilio. Id firmandæ quietis, inter turbidos præsertim, optimum remedium ducitur amovere turbas & faces motuum, ut quietus sit populus, qui pestifera contagione statim furere incipit, ubi furias istas videt. Tollendi sunt è medio absque quibus vulgus præceps, pavidum secors est. *Tac. 4. Hist.*

118. *Nam Thracia insolentia nostri discors agebat.* Neq; id mirum videri potest. Nam ex Aristot. 5. *Polit. 3.* Judicio. Omnis dissimilitudo morum causat dissidium, nec externos superiores quisquam facile patitur. Prudenter cavent Principes plures provincias habentes quibus ipsi præesse nequeunt, tales ministros præficiant, quorum mores à Subditorum minimum discrepent sicuti lib. 2. pluribus demonstravimus.

119. *Bella duorum Ducum autoritate parium auspiciis infeliciter geri observat.* Nic. Machiav. *lib. 3. de Rep. 13.* Unde *Notæ Ducibus diversis & paribus inter se per ignobilitatem electis æmulationem mutuumq; contemptum, ne in bellum, atrox coalescerent validarum Thracia gentium arma causam fuisse non frustra dicit.* Nam dum quisq; alienæ invidet gloriæ, & isti & suæ re-noram inijcit, atque Resp. deseritur. Ergone omnis æmulatione inter Duces prohibenda? Si virtutis est inter egregie concordese tolerandam non modo sed & præmiis excitandam *supr. libr. 2. demonstravimus.* Sed cum raram id, ut eodem loci potentia sit & concordia *Tac. 4. Ann.* Ideo recte belli statum componi non posse, si plures pari imperio rerum arbitri existant. Dum enim quisque superior & solus arbiter rerum esse optat, ad ingentia inter se odia evadunt, ex quibus seditiones, inde ædes. *Darius apud Herod. lib. 3.* Quingitur turbidis rebus sedandis vel continendis plura capita æquo Imperio præficiunt, illos maioribus turbis autem præbere non dubitatur. Saluti consulit Princeps uni committendo supremum in bello arbitrium, cæteros in partem curam adjunctando, quemadmodum hodie plerumque observari

certimus, ubi Generalissimum quendam constitui videmus, cui reliqui Duces omnes parere necessum habent.

120. *Simulq; cuncta prospere peracta, dissensione orna apud obsidentes, Regiūq; opportuna empione.* Id commodissimum erumpendi ducitur momentum, cum obsidentes inter se dissident Quibus nihil perniciosius accidere potest, quam si primarii Duces discordes dissimilesque sint. *Polyb. lib. 4.* Unde inter artis militaris præcepta legimus seditionum & dissidii materiam inter obsidentes exercitus ferere. Quantum ex ea re commodi docet *Veget. 3 de re milit. 9.*

121. Non nova sed vetus & creberrima rebellionum causa magnitudo æris alieni habetur magnam necessitudinem peccandi afferens *Tac. 6. Ann. 16.* Exemplo docent *Galliarum civitates, qua ob magnitudinem æris alieni rebellionem captaverunt.* Neque id mirum videri potest. Nam cum egestas facile habetur sine damno, semper in civitate quibus opes nullæ sunt bonis invident, malos extollunt, vetera oderunt, nova exoptant, odio suarum rerum, omnia mutari student, turbamurque seditionibus sine cura aluntur, & vel ipsi imperium invadunt vel alios quoscunque ad imperii cupiditatem instigant. Inter Conjuracionis, Catilinarie causas legitur inopia & æris alieni magnitudo de qua Cicero. *Nemo non Roma, inquit, nec in ulla totius Italia angulo oppressus ære alieno fuit, quem non Catilina ad hoc incredibile sceleris sedus asciverit, patrimonium sua dudum profuderant fortunas abliguorant, nequequam prætor miseram vitam reliquum habebant &c.* Sic primam Romæ seditionem ea initia habuisse notandis verbis narrat *Liv. 2. Hist. Civitas, inquit, secum ipsa discors intestino inter Patres plebemq; flagrabat odio, maxime propter nexos ob æs alienum.* Aliam seditionem ex æris alieni gravitate & Creditorum impotenti rigore ortam *Liv. lib. 8.* refert. Apud Thurios optimates, quod omnes agros sibi emissent ac tenues debitorum onere premerent, ab his bonis ac civitate expulsos memorat *Arist. 1. 3. c. 7.* Nec prudens ratio alios eventus ex oppressione & miseria obceptorum præsumere fuit. Quippe ut habent verba *Vallej. Patere. lib. 2. Hist.* Ita se res habet ut publica ruina quisque malit quam sua proteri &

teri & idem possumus minus despici. Non ergo immerito ad remedia tum parandæ tum conservandæ pacis intestinæ à Politicis refertur inopiæ ærique alieno maturè terminos statuere, nec obæritatis nimis gravi exactione & executionum rigore necessitatem imponere aut desperationis aut exilii sed saluberrimis decretis exemplo Valerij Flacci Conf. Rom., *Sall. bell. Cassil.* egestati succurrere, ne ad inopiam redacti odio rerum suarum animato novis rebus intendant & arma in Remp. vertere studeant.

122. *Nobilitas ambobus.* Ut Principibus amotis vulgus nihil audet, sed præceps, pavidum, socors cernitur *Tac. 4. Hist.* Ita si Authorem nobilissimum & præclaris majorum gestis ingentem habet, audax & ad turbas fovendas aut excitandas pronum est. Immensum pondus rebellionibus præstat unius aut paucorum nobilitas. Exempla Julij Flori inter Tréviro, Julij Sacroviri apud Aduos l. consulerentur, quibus addi possunt Catilinæ apud *Sall. bell. Cat. Cn. Pisonis ap. eund.* & aliorum. Ita semper ex nobilitate & virtute Ducis tumultui vis est. Quem intracturis opus est, Duces ad Apostasiam flectere atque contra ceteros armare & irritare Callidis Principibus contra turbidos hoc remedium tentare consuetum Historia refert.

123. *Eos, Romana Civitas olim data, cum id rardum nec nisi virtuti pretium esset.* Prudens Romanorum institutum merito censetur, quo non nisi in præmium virtutis civitatem ejusque jura concedere soliti sunt. Idem de Venetis Historiarum monumenta referunt. Unde apud illos virtute quam pecunia Remp. melius stetit judicent. Utinam idem apud nos hodie! Certe non tantum bellorum, per omnia secula, terris omnibus continuaretur, neque plus hominum ferrum quam naturalis fatorum conditio raperet. *Justin. lib. 2. Hist.*

124. Triplex hominum genus in excitandis promovendisq; seditionibus ex judicio Taciti notatur: 1. Obœratorum quibus afflicta fides in pace & rebus turbatis alacres, & per incerta tutissimi. Hinc miscere cuncta & privata vulnera Reip. malis operere student 2. Inopum: quibus ob egestatem, nec res nec spes bona illa. Hi bonis invident, vetera oderunt nova expetunt & tumultu, se-

tum ex tumultu serant *Sallust in Orat. Philip. 3.* Illorum quibus ob metum ex flagitiis maxima peccandi necessitudo. Isti faces & turbæ turbarum sunt; privatim degeneres in puolicum exitiosi, Nihil spei nisi per discordias habent *Tac 1. Ann.* Quodnam contra hos remedium! Occurrendum in tempore & sub ipsis turbarum auspiciis confestim mittere, qui maxime promptos subvertant, ne inde malo incrementa.

125. Progressum seditiosæ turbæ scite describit Tacitus. Primo secretis colloquiis ferocissimum quemq; assumere, & imperitiosos animos impellere solet, dein per conciliabula & cæsus seditiosa de continuatione tributorum, gravitate fœneris mox querelas & ambiguos sermones de savitia ac superbia præsentium, quæque alia turbamenta vulgi inferere, tandem palam speciosa prætexere nomina. Et quoniam libertas res est desiderabilis ac pretiosa, quæ digna sit, ut nullum periculum defugiamus, si quæ spes affulgeat minime frivola eam posse aliqua saltē ex parte tueri *Fr. Guicciard. lib. 1. Hist.* Durū invisum, grave servitia ferre: *Egregium resumenda libertati tempus differere.* Quomodo præpediendus? Principiis obsta, sero medicina paratur: Omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius *Cic. Philip. 5.* Primum itaque secretos sermones, cæsus, collegia, non quævis quod Tyrannorum est, sed turbarum incitamenta prohibere oportet. Deinde commovere mentes turbidas, ut ad saniores cogitationes deflectant, postea allicere ad studium tranquillitatis æquos sublevatione metuendæ calamitatis obzæratim nimis gravi exactione non imponere necessitatem aut desperationis aut exitiū, sed spem reliquam facere. Tandem suspectos facere, ut fiducia vinculum conspirationis dissolvatur. Denique dissociare & à turbidis longissime quietos remove ac faces turbarum cito de medio tollere, ut paulatim amor obsequii redeat sicuti ad lib. 1. diximus.



65.
DISCURSUS POLITICUS IX.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

126.

E Gregiam resumenda libertati sub Tyranno tempus ex iudicio Julii Flori & Sacroviri h. l. notatur. 1. Cum militem i sine discordare constat. Hæc optima tenenda repetenda que libertatis occasio milite discorde. Qui licet exterrumpente metu ad quietem sæpè reducitur, insidiis tamen & multifariam patet. Nec enim ulla Tyrannis facilius deleri, nisi propriis simulacris se ipsa consumpserit. Unde inter milite Tyranni causas discordiarum ferere quo intestino malo supprimitur consumantur optima ars ducitur *Veget. de re milit. c. 10.* 2. Si tyrannidem invadentes florentes, ipse inops est. Nam ut medici sine nervis homines ambulare posse negant. Sic Tyranni Imperium absque pecunia veluti omnium rerum domina diu consistere a florere minimum posse iudicant Politici. 3. Si imbellis urbana plebes nec quidquam validum in exercitu nisi quod externum. An non ergo exteros milites asciscere expedit? Ita censet Hiero apud Xenophontem; Tyrannos inquit, cogi plus exteris fidere quam civibus plus barbaris quam Grecis, plus servis quam liberis. Sed quam imbecille ab his præsidium, docent Historiæ. Nihil in illis validum, abeunt, fugiunt sine pudore flagitii, sine cura Ducum. Non fide, non affectu tenentur. Unde plures nullam ob causam quam quod in exteris minimam fiduciam collocarunt perisse legimus. Eligendi itaque domestici, non fortitudinem magis quam fidem colentes *Cæsar. lib. 10. Hist.* Idque artis militaris ducitur, exteris auxiliis non nimium credere, nec plus sui roboris suarumque virium in castris habere *Liv. lib. 25. Hist.*

127. Qui tulere auxilium, quo dissimularent defectionem, magis in tempore efferrent, id doli pallium inter civilia arma frequens. Turpe & detestandum si innocentie insidiatur. Cæterum inter hostes, ubi non semper virtute agitur, non reprehendendum existimo. Sed quodnam contra hos remedium? O-

Iii

ptima

ptima cautio censetur, auxilia vni suspecta non recusare quo videtur indignatio, sed à nocendi potestate aliena efficere. Nulla dimitatio major ac periculosior est quam cum proditione & perfidia illorum qui se socios simulant *Liv. lib. 1. Hist.* Nec enim unquam securus est, qui fucato amore colitur, infestis & clanculariis insidiis petitur. Idem de Lupeno Nost. 4. Hist. 28. refert, Eum simulasse fidem ut proditis in ipsa acie Romanis majore pretio fugeret. Et de conitoribus belli 4. Hist. 56. memorat. Simulatum ipsi obsequium, quo incautiores opprimeret. Prudens dolus si cum modo & juste adhibetur, turpissimus si innoxii fallendis inservit.

128. *Consulens super eo Tiberius, aspernatus est indicium, aluiq; dubitatione bellum.* Num utili consilio? Adagii loco dicitur. Ab hoste dicta ne unquam amica duxeris. An idera de captivis? Magna hic opus est cautio. Nam ut in omnibus & promiscue illis fidem habere stultum ita non semper dicta illorum praesertim si verisimilia contemnere salutare. Optimum Politicorum contra captivorum ambigua consilium, victos aliquamdiu deducere, cum metu extremi supplicii si falsa narraverint. Nihil tunc in hoste despicitur, quem si spreveris, negligentia valentorem efficies *Curr. lib. 6. Hist.* Viri fortis est ut nihil timere, nec nihil contemnere *Liv. lib. 6. Hist.*

129. Duo fortis Ducis in periculis praecipua officia obstant, *Florus 1. Insistere destinatis.* Non sufficit magnum negotium inchoare sed institutum prosequi oportet. Parvum prodest res magnas recte aggredi nisi obstinate ad finem persequaris. Omnia tunc bona sunt, clausula quando bona est. Perseverantia in omni genere militiae & praecipue in obsidendis urbibus necessaria est quarum plerasque mutationibus ac naturali sua inexpugnabiles fama fitique tempus ipsum vincit atque expugnat. 2. *Pellicere aliam equitum* alioquo generoso, quo duci non modo sed etiam flecti militares animos docet *Lips. de milit. Rom. lib. 4. dial. 9.* ubi Romanis id stricte observatum memorat: *ut casu negotiatoribus Romanis bellum inciperet.* Callido & defectoribus usitato consilio, quo ab interfectione illorum, qui è sua gente & apud ipsos morantur

etur, licet quæsi sint & negotiatores initium facere solent. An probandum! Non aliter puto, quam si extremum sit & inevitabili necessitate expressum.

130. *Discors Floro & obid novanda opera avidior.* Inter artis militaris præcepta legimus Duci hostili opponere alium ex eadem civitate ipsi discordem & frangendis ipsius conatibus cupidiorum. Immensum pondus magnis rebus præstans unus viri præclari autoritas querenda & adhibenda sollicitè exempla Pharasmanis Tac. 13. Ann. 37. Apinij Tironis Id. 3. Hist. 57. & aliorum confidescantur.

131. *Postremo visis militibus qui effugia insederunt sua manu occidit.* Hic finis conjuratorum ut male pereant aut sua aut aliena manu. Prudenter Thales interrogatus. Quid difficile vidisset? Respondit Rebellem senem. Execrabilis & brevis illorum est potestas qui Resp. invadunt. Perfidiam semper duplex hæc poena committi solet. Ignominia quam universali censoria lege mundus justissime irrogat. Et *Αυτοκτενεια*, cum Deum certum ultorem habeat *Thurnschützigen gemeinlich seinen eigenen Herren* Testantur hoc innumera exempla Catilinæ ap. Sall. C. Pisonis ap. Tac. 3. Ann. Sejani ap. Claud. 4. Ann. & aliorum quibus Historia plena est.

132. *Apud Ednos major moles extorta quanto civitas opulentior est comprimendi procul praesidium.* Turba eo magis turbulenta est quo magis populus potentia præcellit. Ex opulentia & multitudine furoribus tumultui vis est. Contra quam, remedium est multitudinem dispescere. Id quod variis modis tentatum legimus. Præcipua sunt discordiarum semina, quæ inter turbidos facillime concipiunt, serere: Plebis tumultuantis partem promissis & confessionibus à com. divellere. Sed an ejusmodi promissa servanda nec Politicos disquiri ut? Præcipua id affirmant, utilissimum Principibus ut metu extorta rata habere judicantes. Summum istis non servatis Principi dedecus censent, dum fidem, quæ isti habetur, non sequitur. Sed ego aliter sentio ac omni jure irrita facere quæ per seditionem sunt expressa statuo. Nam si inter priores vi metuque extorta promissa, Prætor non rata habet et. ff. *de p. met. caus.* Quanto magis in summis potestatibus id obtinebit.

bit. Superbice solet populus si quadam vi & metu, à dominantibus extorta videt; Inde authoritatis deminutio est & incitamentum turbarum cum quod ab invitis extorquetur ratam habetur sicuti prudenter *Senec. 2. de benef. docet.*

133. Prudenti utut haud æque justo consilio *Sacrovir* dominationem molitur. *1. Augustodunum caput gentis occupat.* Hæc prima cura illorum, qui potentia in alieno occupanda principia feliciter tentare cupiunt munitis locis ditioris insidiari. Quibus concussis major ad cæteros metus. Multum prodest & prodesse compertum est ex munitissimis civitatibus aliquam ad apostasiam flectere aut armata manu occupare. Unde victoriæ non modo prælagium sed & grave primordium. *2. Nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis ibi operam capit, ut eo pignore Parentes propinquosq, eorum adjungeret.* Hoc prudentiæ singularis reputant Politici obsidam loco tenere liberos quo ad conciliandos animos hostium nullum aptius remedium censetur. Quippe non facile præsumitur quispiam aliquid audere contra eos in quorum potestate charissima sua & patriæ pignora esse novit. Eodem consilio usus Alexander qui Indiam & inde Oceanum petiturus ne quid à tergo, quod destinata impedire posset, moveretur ex omnibus provinciis, triginta millia juniorum legi iussit, & ad se armata perducere, obsides simul habiturus & milites *Curt. lib. 8. Hist. Callidissimo sæpe consilio quo usus etiam Hannibal in Hispania de quo Liv. lib. 21. Hist. Conquistaribus in civitates missis quatuor millia conscripta delecta juventutis, præsidium eisdem & obsides duci Carthaginem jubet.* Ut vere Præceptor Faliscorum, licet infelici exitu, asserat Faleros se in manus Romanis tradere, quando eos pueros quorum parentes capita ibi teram sunt, in potestatem dederit *Liv. lib. 5. Hist.* Chari sunt liberi, propinqui familiares. Ideoque pro salute illorum, etiam ad gravissima quæque toleranda facile quispiam cogi præsumitur.

134. *Simul arma occulte fabricata juvenum dispersis* Contra jus gentium quo præter cultellos breves & ad bellum inhabiles, arma fabricare aut vendere privatis hominibus sub gravi pœna erat prohibitum. Romani ex *L. Julia de vi publica capitaliter*

caſter partiebant, non ſolū qui privatim arma fabricaret, ſed et
 qualiter domi ſuæ in agro aut villa præter uſum venationis
 rineris vel navigationis aut pro mercii cauſa haberet *l. 1. 2. ff.*
L. Jul. de vi publ. Hodie Nobilibus aliisque non ſolum arma
 ſtare ſed & fabricare permittitur modo non in loco iudicii vel pu
 licæ congregationis nec animo hoſtili utantur. Quomodo Cl
 rondas Tyrorum Princeps lege cavit, ne quis cum ferro in co
 cionem prodiret & tranſgreſſor legis capite damnaretur. Ac cu
 ipſe legiſlator tranſgreſſus eſſet protinus ferro, quod habebat c
 ſtricto incubuit vid. *Pal. Max. lib. 6. c. 5.*

135: *Ut nondum aperto conſenſione ſua viritum promptis ſi
 diis.* Sed in juſtis Rebellionis reus eſt non tantū qui conſilio pul
 lico deſectorum cauſæ ſe adiungit, ſed etiam qui non prohibe
 cum poteſt ſine ſuo damno quo minus privatim viritumque alii a
 eos conſulant. Culpa non caret qui ſcit & prohibere poteſt non ta
 mē prohibet *l. 1. §. 12. ff. ad Sc. Silan. l. 2. §. 2. ff. de noxal. act.* Pru
 denter Agaperus ad Juſtiniā. Par eſt delinquere & delinquentem
 non prohibere. Quisquis patitur peccare peccantem ſi vires ſub
 miniſtræ audaciæ & Salvianus ait, in cujus manu eſt ut prohibeat,
 jubet agi, ſi non prohibet, admitti. Hinc jure Teuca Reginz Il
 byriorum non accepta excuſatio quod diceret non à ſe ſed ſubditis
 piraticam exerceri.

136. *Et ceramine Ducum Romanorum quos inter ambige
 batur atrox bellū ſibi poſcente.* Nihil in bello pernicioſius diſſen
 ſione ducum, perinde quam ſi remiges & nautæ ſuboriente pro
 cella in una navi inter ſe digladiantur. Stimulat privati odii per
 tinacia in publicum exitium, & dum quiſq; alienæ invidet gloriæ
 & iſti & ſuæ remoram injicit ac publicam deſeritur. Proverbiū
 loco dicitur, Plures duces perdidere Cariam. Hinc arca
 num politicum reputatur, inter hoſtiles Duces diſcordias ſe
 rere, natas accendere, & fovere, quo inſtincto malo ſuppri
 mantur.

137. *Mox Varro invalidus ſenectæ vigenti Silio conceſſit. Ve
 riſſimum eſt illud Curt. lib. 10. Hiſt. Militarem ſine Duce turbam
 eſſe corpus ſine Spiritu & illud Tacit. de morib. Germ. Plus eſſe in
 Duce*

Duce quam in toto exercitu cum ipsius aspectu milites adversum fortuita refoveri solere experientia testatur. Qualis eligendus. *Salust. in bell. Catil.* adolescentes Senibus præfert propterea quia in illis corpus patiens, belli, inediae, algoris, vigiliae, quod in milite necessarium requisitum. Alii contra sentiunt & senectutem juventuti præferunt. Ego puto consilio Senum bella suscipienda gerenda esse, & juniorum manibus defendendas possessiones, patriamque tuendam. Non tallit vetus verbum. Potentia est in junioribus, in senioribus sapientia. Unde inter artis castrensium præcepta merito refertur senes ad consilia belli & juvenes ad gerenda illa adhibere. Is optimus ducum censetur qui per omnes militiæ gradus exercitatus est secundarum ambiguarumque sciens eoque interritus sicuti ad lib. 1. diximus.

138. *Cuncta (ut mos fama est) in majus creditis.* Nonquam ad liquidum perducitur fama *Caes. lib. 9. Hist. 2.* Netunc quidem cum aliquid veri afferit, sine mendacii vitio est *Tertull. Apolog. 11. 7.* sed ut *Ovid. Metam. 9.* canit. Veris addere falsa. Gaudet & è minimo sua per mendacia crescit. Sed semper in deterius. Sive læta sive tristia propalet. Ex libidine enim voto aut metu suo vulgus rumores agitat creditque. Quæ ex se fallacia & falsa non nisi falsa & prava miscere possunt. Quid remedii? Non in coercitione quas præcipuum famæ alimentum. *Tacit. lib. 2. Hist.* Prohibiti enim per civitatem sermones eoque plures ac si licet vera narraturi, quia verantur atrociora vulgant *Id. 3. Hist.* sed in contemptu. Fama enim nisi verax sit longa esse non solet. Vanescit tempore & spatio citius quam repulsa. Contenta vilescit agnita pro vera vulgo creditur, movetur, augetur, & tandem difficulter diluitur. Quocirca Politicum hoc non immerito ducimus non obistere falsis donec spatio & mora vilescunt sicuti *Nostr. a. lib. 2.* loquitur.

139. *Optimus quisq; Reip. cura marebat.* Et hoc laudabile in cive ut de *Reip.* in sollicitate sit sollicitus. Salus *Reip.* suprema civi bono debet esse cura, chari sunt liberi propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria una complexa est. *Cic. lib. 1. Offic.* Hinc afflicta *Rep.* omnes cives lugendi causam factos esse censere debent Vere & eleganter *Val. Max. lib. 5, c. 6.* Versa domo

domo latronatur & erip. statim manere potest, urbis ruina penates
 omnium secum trahat necessum est. Intraus thalamos publica
 damnatos. Pessimum ergo genus hominum, qui odio *presen-*
tium & cupidinis mutationis suis quoque periculis latantur. Vulgi
 ea natura est malis publicis latari & nova licet periculosa *presen-*
tibus præferre. Quam infelici exitu docent Historiæ. De Ger-
 manis *Nov. 4. Hist. 12.* refert. Crebrescentem cludis Germanicæ
 famam nequaquam modestam civitatem excepisse, neque casus exer-
 citus capta legionum hyberna ut mala credidisse. Sed quam infe-
 lici condilio eodem eod. lib. ostendit. Felices & boni cives qui ma-
 lis publicis & suis moerent proque publica salute periculosa pri-
 vatarum tuis præferunt. Ea charitas patriæ est ut tam ignominia
 quam morte si opus sit, servemus. *Lent. ap. Liv. lib. 9.*

139. Increpabantque Tiberium quod in tanto rerum motu li-
belli ut in saeculorum operam infunderet. Ita semper omni populo in-
 est malignus quiddam & querulum in imperantes. Ea fors etiam
 optimorum Principum est, ut quicquid adversi venerit ejus invi-
 dia ad illos redundat. Prospera omnes sibi vendicant adversa uni
 Principi tribuant. Nam cum officio ejus incumbit curare, ne
 quid adversi *seip.* accidat, negligentia rei semper cum incidit,
 fuisse, licet extra culpam sint. vid. lib. 1. Scilicet miserrima non
 tantum in bello sed & in pace, imperantium, si ab imperitæ mul-
 titudini judicio pendeant, conditio. Non tantum actionum pub-
 licarum, sed & armorum imo tempestatum moras & terræ foc-
 unditatem ab iis præstare debere infusa nonnullorum est persua-
 o. Exemplis tam sacra quam profana historia plena est. Quid
 medii infra dicemus.

141. An cum patria illegitimo premitur imperio omnimo-
 danda sit opera ejus demendi etiam si civitas, ob eam rem in-
 nimum discrimen adducenda, difficillimæ quæstionis est? Ita
 l. censet querulum vulgus *miserum pacem vel bello mutari* clami-
 ts. Sed imperite. Nam quamvis in servitutem cadere, cuius
 erò homini grave, pejus tamen esse bellum civile omni domi-
 u illegitimo prudenter judicat Favonius. Ajebat Titus *Quin-*
larius esse Lacedæmone Tyrannum Navidem relinqui, cum ali-
ser

cer opprimi non possit, quam ruinam gravissimam civitati in ipsa vincit. Et a libertate peritura Liv. lib. 34. Hist. Simili modo inquit Cicero Phil. 3. Mibi pax omnia cum civibus bello civili utilis videtur. Neque id sine causa nec enim privatas domos, nec publicas leges nec libertatis jura chara habere potest, quem discordiæ quem cædes civium quem bellum civile delectat, eumque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Tantum contendere in Rep. quantum probare tuis civibus possis vim neque Parenti neque Patriæ inferre oportere prudenter suadet Plato in ep. ad Perdicam.

142. *Tanto impensius in securitatem compositus, neque loco neque vulnere mutato, sed ut solitum per illos dies egit. Prudenter & ex tempore, ut Novarcha desperante, cæteri navigantes maxime terrentur. Sic nulla res magis populum commovet quam si imperantem metu consternatum videt. Quocirca Politicum non immerito ducimus tristissima quæque maxime occultare, alacritatem in tristibus simulare, nec ullum metus judicium promere. Verum quod proverbii loco dicitur. Regere nescit qui regere non didicit. Laudatur id in Alexandro M. Curt. 4. Hist. 12. Scipione Liv. lib. 29. & Vercingetorige Cas. lib. 7. de bell. Gall. Disce hanc etiam à Tiberio, quo loco habendi sint vulgi rumores: Vir prudens varis rumusculis à constantia se dimovere non patitur, resti pervicax, loquendi libertatem spernit. Magnanima vox Alexandri M. Principum esse bene facere & male audire de quibus supra pluribus.*



DISCURSUS POLITICUS X.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

143.

Augustodunum propero agmine petis. An celeritas in bellis utilis? Itacense Vegetius 4. de re milit. 32. In rebus bellicis, inquit, celeritas sepe amplius prodest quam virtus. Inter artis militaris præcepta à quibusdam Politicis refertur, imparatum hostem cito agmine adoriri & nihil timentem obruere. Vigilando, agendo prospere, omnia cedunt, ubi focor dicit te atque ignaviam dederis, nec quicquam Deos implores, irati in festique sunt; Sall. bell. Cat. Aurea & digna, quam bellici Imperatores merito observent, judicatur sententia C. Casaris eam fuisse industriam atque conatum, ut quicquid præstitisset, ut plurimum celeritate effectum daret. Laudatur celeritas Alexandri M. ap. Curt. 5. Hist. 5. Catonis apud Liv. 36. Hist. 21. Datamis apud Emil. Prob. Sed festina lente. Ego celeritatem nisi cum ratione, conjunctam salutem & infelicem judico, hostibus opportunam amicis noxiam. Optimum ap. Sall. bell. Catil. monitum Primumquam incipias consilio & ubi consulueris mature facto opus est.

144. Viderunt modo adversos & aspicerentur satis ad victoriam. Verum quod Liv. 21. Hist. 18. dicit. In bello nihil tam leve esse, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. Sæpe vana pro veris in bello valuisse, plurimosque hostes vel solo aspectu debellatos esse Historia testatur. Ita Divus Augustus vultu & aspectu Aetiæ legiones debellasse. Nost. lib. 1. Ann. memorat. Sic tiam in atroci Romanorum Samnitiumque prælio pulsus Samnites in interrogarentur quæ causa eos movisset in fugam? Oculos Romanorum sibi arderi visos, vefanosque vultus, & furentia ora, de plus quam ex alia ulla re terroris ortum dixerunt Ap. Liv. 7. Hist. 33. Idem de Ariis. Nost. de mor. Germ. 43. Quæ causa, re-
ct Bernegg. quæst. 162. de morib. Germ. qui videri potest.

145. Animando militi utile oratione ad aciem euntem à re exanimari sæpe dictum est. Hoc Sacrovir ipse inter primo-

K k k

re 1

res equo insigni adire, memorare veteres Gallorum glorias quaque Romanis adversa intulissent. Idem legimus de Alexandro M. ap. Curt. 3. Hist. 10. Ibat, inquit, ante prima signa & varia oratione, ut cuiusq; animi aptum erat milites adloquebatur, & quae ante apud alias Gentes pulcherrima fecissent laudibus celebrabat. Magna illud vi ad conciliandos & excitandos militum animos pollet, praestitici officii & victoriarum ante obtentarum illos admonere. Nam cum laude non minus quam praemio gaudent & exemplo. Liv. lib. 2. Ingens virtutis incitamentum est facta illorum praecipuis laudibus extollere. Hinc bellum aciemve aliquam adgressuris milites laudare magnum ad victoriam reportandam momentum fuisse, historiarum monumenta tradunt.

146. *Quam decora victoribus libertas.* Id dulce nomen est quo facillime ad quavis pericula obeunda militum animi accenduntur; Ejus amor omnibus est innatus, conditionem servitutis oderunt *Ces. lib. 3. de bell. Gall.* Hinc prudentiae singularis reputant Politici magnis conatibus salutem & quod saluti praeposunt libertatem aliaque speciosa nomina praetexere exemplo Darii apud Curt. 4. Hist. 14. Catilinae apud Sall. & aliorum. Nec quicquid alienam servitutem & dominationem invadentibus, frequentius, ut non eadem ista vocabula usurpent, *Tac. 4. Hist. 73.* Ut imperium evertant libertatem praefertunt si perverterint, libertatem ipsam aggredientur *Id. 16. Ann. 23.* Immensum pondus magnis rebus praestans libertatis speciosum nomen adhibendum sollicitate, quo nonnullos res magnas & mirabiles effecisse Historia testatur.

147. *Quanto intolerantior servitus iterum victis.* Ex jure gentium quo Rebellibus ad pristinam obedientiam reductis durissimae conditiones imponebantur. Atque quamvis aliis justo bello victis nihil praeter injuriam licentia eripiebatur, suae leges suique mores & magistratus minores illis relinquebantur Exemplo Bithynorum *Plin. Ep. 93.* Amisenorum Gothorum & aliorum *Grot. de Jur. Bell. ac Pac. lib. 3. c. 15. n. 10.* His tamen omne imperium, magistratus, leges, privilegia, immunitates penitus adimebantur, atque in perpetua servitute miserissimam vitam cum dedecore summo age-

no agere cogebantur, eorumque liberi concepti ac nati potest
 bellionem ipso jure servi fiebant, nisi denuo recepti *Boer. decij*
 3. n. 26, Hodie ipso jure condemnatione nondum secuta civi-
 esse desinunt atque jus civitatis amittunt. *Bart. in Extravag. c. 1. q*
sunt rebell. in verb. rebollando n. 17. Hinc nec matrimonium co-
 trahere *Gigas de crim. las. majest. tit. de rebell.* nec testamentu
 condere *Dausb. de testam. tit. qui testam. fac. n. 21.* nec aliis su-
 cedere *l. 1. C. de hered. instit. ubi Siehard. n. 7. § 17.* neque
 gere aut in judicio esse possunt *Grul. lib. 2. Obs. 86. n. 9.* sed agent-
 bus ac litem moventibus omnis audientia denegatur, eorumqu
 bona allodialia & feudalia Fisco addicuntur. *Andr. Kobl. de ser-
 vit. feud. part. 2. n. 60. § 66.* Aliquando si civitas vel universita
 rebellionis crimen committit, non solum banniri privilegiis & bo-
 nis privari, sed funditus everti & solo, damnata ejus memoria æ-
 quari posse Exemplo Carthuginis docet *J. Cus in l. si ususfructus ff.*
quib. mod. ususfr. amitti. Sic Henricum Imperat. Brixensium
 civitatem ob rebellionem ad aratrum condemnasse *Innoc. in c. ex-
 juncto n. 2. de novi oper. nunc. & Bonifacium Pontificem, ob quo-
 rundam templariorum delictum totum collegium destruxisse legi-
 mus ap. Bart. tit. de Pac. Const. in verb. damnata n. 2.* Jure an inju-
 rta? *Suprad. 1. dictum est.*

148. Duo sunt quæ Principatus comparant, servant, au-
 gent, Pecunia & Milites *Dio. lib. 42.* In horum delecta vires Re-
 gni & Romani nominis fundamentum consistere docet *Veget. de
 re mil. 7.* Quinam eligendi? Minime idoneum militiæ genus
 oppidanum vulgus & sellularii *Liv. lib. 8. Inconditi ac militia ne-
 scy neque oculis nos, auribus satis competunt,* Hinc Piscatores, au-
 copes, dulcarios linteones omnesque qui aliquid tractasse vide-
 bantur ad gynæceum, pertinens à bello longe arcendos esse con-
 stans est *Polyticorum sententia vid. Veget. d. 1.* Rustica plebs a-
 prior armis est quæ sub diu & laboribus enutritur, quæ assuevit
 hiemem & æstatem iuxta pati, humi requiescere eodem tempo-
 re inopiam & laborem tolerare *Sall. Jug. Verum Catoris Oracu-
 lum. Ex agricolis & viros fortissimos & milites strenuissimos na-
 scit. de rer. 1.*

149. *Quanto pecunia dices & voluptatibus opulenti tanto magis imbelles.* Optima ratione. Nam dum voluptatibus se mancipant homines, & turpi lucello inhiant, non possunt exercere virtutis munia, sed quicquid arduum est contemnunt, belli dispendia oderunt & nisi vilissima quæque in pretio habent. Parum generosa hæc ratio vitæ virtutique adverſa *Arist. 7. Pol. 9.* Non rursus, non fraus, non dolus ab eorum commercio & conversatione abest. Unde cum abjecti humilisque animi sint eos ne civibus quidem sed servis annumerare voluit *Arist. 7. Pol. 9.* & ex eo *Marianus in l. 65. ff. de leg. 3.* Non defunt Politici qui inter arcana imperii referunt, ejusmodi homines voluptatibus inhiantes ab omni consilio Reip. administratione, militia imo omni dignitate excludere tum quia nec decus nec incorruptum animū ad ea asserre sed omnia venalia habere solent. Stimulat cuique privata utilitas in publicum exitium qua nihil magis offere aut officisse publicis consiliis experientia docemur *Liv. lib. 2. Hist. 30.* tum quia in publica persona quæstus auctoritatem minuit: Laudatur Thebanorum lex, qua nemo ad gubernationem Reip. admittitur nisi qui decem annos à commercio abstinuisse *Lips. 2. Polit. 6.* Sic *Vespasianum* reprehendit *Sueton. c. 16. in Vespas.* quod negotiationes vel privato pudendas pro palam exercuerit, coeundo quædam tantum, ut pluris postea distraheret. Jus Romanorum etiam negotiatores plane à militia excludit sicut inter alia ex tit. *ut negot. à milit. C. libr. 12.* apparet. Illud tamen inficias iri nequit, mercatores Principibus maxime quandoque prodesse, tum ad explorandum, tum ad ingressum & aditum apud longinquos & ignotos faciendum, quod Lusitanos Reges experimento didicisse refert *Lips. 4. Polit.* Aliquibus in locis ubi mercatura floret & ab honestioribus exercetur, dignitatibus annumeratur, ut quæ comoda ex regionibus barbaris afferret, amicitias cum Dynasti conciliaret, & ad multarum rerum peritiam conferret *Plutarch. in Sol. c. 3.*

150. Prudentis Ducis est ne nimio armorum aut teguminum onere milites graventur præcavere. Nam cum in bello velocitatem multum prodesse & strenuum bellatorem efficere Historia testetur

facur imprudentiæ merito arguuntur, qui gravitate tegminum milites suos onerant eosque inferendis ictibus inhabiles accipientis impenetrabiles faciunt. Accidit his quod de Crupellariis hoc loco Noster memorat Illos *jacentes nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimas oppressos* Certe ut Herulorum mos, quo nudi depugnant soliti sunt, ut aptiores & magis expediti ad bellum essent *Polyb. 3. Hist.* non laudandus ita nec ad hunc approbandum moveripossum. Placet Romanorum qui galea caput tegere soliti sunt, lorica pectus, totum clypeo corpus de quo more vid. apud *Veget. 1. de Re milit. 15.*

151. *Sacro vir incensa super villâ omnes cremavit* Gloriosum hoc & forte facinus Ethnicis semper duxerunt deditionem ignominiosam extremo corporis dolore anticipare. Quorum exempla hodie nonnulli plurimi etiam inter Christianos sequuntur animositatem illorum summis laudibus extollentes, qui munitissima loca & corpora in a subiecto Pyrio pulvere Vulcano & aeri potius commendant quam ut hostium in potestatem pervenire velint. Sed improbandum. facinus & homine Christiano indignum alibi offendimus. Evidenter Seneca *Ep. 70. Invenies, inquit, etiam professos sapientiam, qui vim afferendam vitæ suæ negent, & nefas judicent, ipsi interemptorem sui fieri. Expectandum esse exitum quem natura decrevit.* Nec desunt inter Hebræos qui de lege *Mose* deinceps victurum esse in probrum Dei. Quo casu quia non nobis sed Deo in vitam nostram jus statuunt, præsumptam Dei voluntatem solam esse quæ mortis anticipandæ consilium absolvit; existimant Christiana etiam Historia testatum reliquit, plurimos ne tormentis adacti Christi religionem ejurarent bi mortem intulisse. Verum quid Augustin. de his sentiat vide: est. *Non malo, inquit, malo averti decet lib. de civ. Dei. c. 19.* nec morituro abruptæ vitæ potestatem ordinata charitas, & lemptum vitæ necisque arbitrium largitur sicuti sup. pluribus lentum est.

152. *Sed fide ac virtute legatos, se consilia super fuisse.* Sed an ipsum Principem pugnae interesse magis expedit quam si

per legatos agit? Multi id affirmant, nec quicquam animando militi præsentia Principis utilius credunt. Sed experientia docuit, male consulere suis, qui se præliorum dubiis exponunt. In milite unius fors est, in Principe universorum periculum. Qui Cæsaris aut Alexandri M. aliorumque exempla nobis commendant, fortunam magis laudant quam virtutem. Prudentius ergo facere Principes si per legatos viros bonos & prudentes negotia curent, nec ipsi ad dubias actiones se demittant constans omnium Politicorum est opinio. Quæ tamen non aliter admitto, quam si absque damno Reip. & salva Principis autoritate fieri potest. Consultius vim fortunamque Principatus è proximo ostentare ut nec parvis periculis immixtus & majoribus non defuturus sit.

153. *Nec decorum Principi si una alterave civitas turbet omissa urbe, unde in omnia regimen.* Prudenti sane consilio. Maluit astuta vulpecula sedem imperii præmere quam se & Rempublicam suam in casu incertum, cujus exitus in ambiguo, dare. Non deesse inter Politicos, qui id inter arcana imperii referunt, ne Princeps caput rerum, ubi sedes & fundamentum Imperii, facile omittat supralibet ostensum est. Ita Antoninus Roma rarisime excessit, ne Imperatoris absente sedes Imperii occuparetur de quibus cum jam supra lib. 1. sb. 179. dicere antevertimus, hic nihil addimus.

154. *Solus Dolabella Cornelius dum anteire ceteros parat absurdam in adulationem progressus.* Ita semper in aula difficile visum est medium inter abruptam contumaciam & deformem obsequium pergere iter ambitione & periculis vacuum. Hos duos scopulos curioso studio vitare laborat qui aulicam vitam profiteri & gratiam apud regnantes sibi parare studet. Placet Dominantibus suorum obsequium magis quam contumacia. At si deforme nimis perinde anceps & si nullum. Ratio Dominantium est habenda. Pessimis Imperatoribus sine fine dominatio, egregiis etiam modis libertatis placeat Tac. 4. Hist. Moribus corruptis etiam qui libertatem publicam fastidiunt projectæ servitium patientiæ cedent, sicut infra dicitur pluribus.

155. Ut nullus cultus gratior Principibus, cujus longior durat memoria quam qui eo tempore præstat, cum impune sperni possit.

ni possunt. Ita nullus concernit altius illos penetrat, diutiusque
 animis illorum inhæret, quam quo privatim adhuc agentes affici-
 untur. Duobus contrariis exemplis id ipsum h. l. Nest demonstrat.
Sulpicius Quirinus quod Tiberiū Rhodi agentem coluerit, patefecit
in Senatu laudatis in se officiis Et Marc. Lollium autorem C. Casari
perniciis & discordiarū arguebat. Ita quæ in præsens civiliter ha-
 bent Principes in animo revolventibus iras etiā si impetus offensio-
 nis languit memoria valent. Prudentiæ singularis reputant Politici
 non illos solum qui præsentī fruuntur, potentia respicere, sed etiā
 qui successuri sunt non incultos relinquere. Quisquis vult esse Po-
 liticus brevi momento summa verti posse cogita *Tac. 4. Ann.* In qua
 re plus momenti esse, ac ut aliqui credant *supr. lib. 2.* ostensum est.
 156. *Sed arguentibus ad perniciem plus fides suis.* Contra
 jus commune quo Rei partes semper favorabiles sunt quam A-
 ctoris & favorabiles *ff. d. R. I.* Hinc in favorem Reorum multa
 singularia in jure recepta legimus, inter quæ refertur, quod si duæ
 & iudicibus numero paribus dissonantes ferantur sententiæ, sem-
 per prævaleat, ea, quæ pro Rei absolutione lata est. *l. 35. ff. de re*
judic. Et testibus pro Reo deponentibus major fides habetur
 quam qui pro Actore deponunt *Mascar. de probat. vol. 3. concl.*
1200. n. 73. Optima sane ratione. Nam ex parte Rei sive in crimi-
 nali sive civili iudicio agitur. Semper adest præsumptio ne deli-
 quisse credatur. *l. merito ff. pro socio*, satiusque est nocentem ab-
 solvere quam innocentem condemnare *Arist. in problem. sect. 29.*
qu. 13. l. 5. ff. de pen. Idem obtinet etiam si actor sit persona legalis
 & honesta. Reus vero nequam & infamis *Menoch. de arbit. jud.*
quæst. cas. 58. n. 8. An idem in crimine læsæ majestatis? Affirma-
 mus. Nam quamvis multa singularia in atrocissimo hoc crimine
 sint recepta jura tamen nos minus in hoc, quam in alio Reo, mo-
 do nondum plene convicto, pro Actore favent. Idque à bonis
 Principibus non facile negligi Historiæ memorant. Aliud Tyran-
 norum consilium, qui ut modo innoxios opprimant, non solum A-
 ctoribus magis quam Reis favere, sed etiam vana stolidia, ac si mol-
 lius acciperes, miseranda ad condemnationem conquirere solent.
 157. *Indictum Reo ultimum supplicium.* Jure an injuria? Po-
 sterius

ferius h. l. affirmare videtur Manius Lepidus speciosis rationibus 1. *Quia flagitia & facinora sine modo sunt* quamvis Principes ejusque consanguineos nefaria voce polluere maximum sine dubio crimen, *ut neque carcer neque laqueus ne serviles quidem cruciatus in maledictorem, suffecerint*, non tamen ita severè animadvertendum, cum natura homines ad ejusmodi facinora tam proclives ut orantem modum peccando egrediantur. Nati omnes peccare & labi sunt qua privatim qua publicè, neque lex est quæ satis valide yetet aut capiat modum *Thucid. lib. 3. Hist. 2*. 2. *Quia supplicium ac remediis Principis moderatio nulla sui injuria sed magno impofterum commodo, majorum. que exempla temperant.* Turpia non minus Principi multa sunt supplicia quam medico funera *Senec. lib. 1. de clem.* Ideoque omnia scire non omnia exequi parvis peccatis veniam, magnis severitatè commodare convenit, neq; poena semper sed poenitentia, contentum esse Principem decet *Tacit. agric. 19.* Ignoscere pulchrum jam misero poenæque genus vidisse precantem *Claud. de bell. Ger. 3.* *Quia vana a sceleris dicta à maleficis differunt* Neque lubricum linguæ ad poenam facile trahendum *l. 7. §. 3. ad L. jul. majest.* Neq; lascivia aut vaniloquentia malum animum prodis, *l. 6. §. 7. ff. de re milit.* quam si quis puniendam cogitat imprudens plerisque hominū occidet. *Quia 4. est locus sententia, per quam neque delictum impune fit.* Sed juste coercetur, licet non ex lege majestatis, cujus durissimum est supplicium *ex l. 5. C. ad L. jul. majest. & noi clementia simul ac severitas non paniteat.* Vtrumq; Principi indecorum. Nec enim delinquentibus promiscue ignoscere nec severissimis & delictis gravioribus remediis animadvertere decet. Moderatio est adhibenda, quæ sanabili ingenia a deploratis distinguere sciat. Nec promiscuâ habere ac vulgarem clementiam nec abscessam. Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est quam nulli. Mitis severitas & minime dissoluta Clementia Principem decet. 3. *Quia vita Latoris in integro est, qui neque servatus in periculū Reip. neque interfectus in exemplū ibi.* 6. *Quia studia illi ut plena concordia ita inania & fluxa sunt quibus neque ad arma contra Principē suscipienda concitetur populus neque salus Reip. & Principis periclitetur.* 7. *Nec quidquam grave & ferum ex eo metuas qui suorum ipsi flagitiorū proditor non virorum animis sed mulierularum adstrepsit.* Proinde cedat urbe & bonis amissis *agna & igno arceatur.* Neque enim iniuriosa maledicta impunita dimittere Princeps tenetur, sed iuste coercet, poena videl. delicto proportionata, ne ulterior progrediatur metus quam reperiat delictum. Astipulatur his jus nostrum civile & quo poena maledicti in Principem arbitraria est, pro delicti & personarum qualitate moderanda *Boet. de crim. les. maj. c. 4. n. 5.* An ad mortem extendi possit dubia quæstionis est *Gail. 1. Obs. 39 n. 1. Anton. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 20. de fin. 6. n. 1 & alii non pauci,* iniuriosa in Principem maledicta ultimo moratis supplicio semper punienda existimant. Quibus tamen non aliter possum ad stipulari, quam si verba simul sint seditiosa & turbulenzæ acclamationes, quibus populus ad rebellionem accenditur & imperantis maestas vel salus imminuitur. Extra hunc casum mortis supplicio locus non est, quem admodum Imp. Arcadius & Honorius in *L. unie. C. si quis Imp. maled.* innuunt, ubi in hæc verba rescribunt. Si quis modestia nescius & pudoris ignarus improbo petula neque dicto nomina nostra crediderit laceranda, ac temulentia turbulentus obtrector temporum nostrorum fuerit eum poenæ nolumus subigere, neque durum aliquid neque asperum volumus sustinere. Quoniam si id ex levitate processerit, contemnendum est, si ex insaniam miseratione dignissimum, si ab iniuria remittendum. *Cujus Verbi quiniam sensus lib. 1. obscurissimus* unde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur, ut ex personis hominū dicta pensamus, & utrum præternicti an exquiri debeat censeamus.

DISCURSUS POLITICUS XI.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

158.

CAllidum Sophisma aliena imperia occupantibus aut in tyrannidem vertentibus non infuerum sensus suos penitus abdere, in incertum & ambiguum dicta implicare. De testantur hoc aliqui & velut notam mali ingenii inde capiunt. Ast ego in statu turbulento utile non modo sed necessarium quoque duco. Unde prudenter de suspensis & obscuris Tiberii verbis iudicare videtur *Clapm. 1. Arcan. 6. Horum*, inquit, *nonnulla formasse si accurate consideras quo loco tum ipse erat Tiberius tum Roma Resp. non tantopere detestaris, quamvis ut Augustinus ait in culpa non sunt.* Crebro mendacio & fraude Imperantes ut oportet ad sui tutelam & subditorum commoda ait *Plato lib. 5. de Rep. Et Fredericus de Marselaer in Legato lib. 2. dissert. 39.* sapienter dixerit. *Es vero*, ait, *magna interdum sententia utilis est, dum oculi imperatoris involvitur, aut interposita rerum abruptarum quadam ut sic dicam, interrogationum ambages aut tenebre induuntur, quibus quaedam occultâ & sacrâ ignorantia auctoritate suspendatur, perillaturque animus audientis non porro instruatutur aut iuvetur.* Hæc enim non boni Principis sed Tyrannorum est sicuti de Tiberio Nost. passim præsertim h. l. circa supplicium Lutorii Prisci matris damnati observat. *Id Tiberius solis sibi ambagibus apud senatum intusavit cum extolleret pietatem quantumvis modicas incipit injurias acriter ulciscens, deprecaretur tam præcipites verborum panas laudaret Lepidum tribitoris sententiæ autorem, Agrippam qui duriora censuerat, argueret, Doli pallium, licet alii in Principe laudant, amant, imitantur. Ego turpe letendum judico si aliorum innocentia insidiatur.*

159. *Igitur factum scitum ne decreta Patrum anto diem deum ad ararium deferrentur, idque vite spatium damnatis pro-*

rogaretur. Salubri ni fallor consilio, si ideo factum ut gratia locus sit & causa ex integro possit cognosci. Nam quamvis ex *Seneca lib. 2. de benef. c. 5.* iudicio, acerbissima crudelitas est quæ poenam trahit & misericordiz genus cito occidere quia tormentum ultimam finem sui secum affert, quod antecedit tempus maxima supplicii futuri pars est. Sæpe tamen accidit ut dilatio executionis non modo utilis sed etiam necessaria videatur, veluti si de graviori crimine adversus Reum accusatio instituenda *l. 11. §. Celsus ff. ad L. Aquil.* aut reorum potentia metus alicujus tumultus vel clamor interveniens executionem poenæ in aliud commodius tempus rejiciendam suadet *Carpzov. prax. crim. part. 3. quest. 137. n. 13.* Aut denique Princeps severiori poena quam quæ iure & more observatur Reum afficiendum jubet, quibus casibus non modo Res sed & ipsi Reip. ne sc. innoxius pereat, utile ut ad aliquod tempus poenarum executio suspendatur. Prudenter Valentinus & Theodosius in *l. 120. C. de pen.* in hæc verba rescribunt. *Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causa incuitu jusserimus, volumus statim eos aut subire poenam aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum fors & fortuna suspensa sit.* Sanctissima sane constitutio. Neque enim unquam tardum existimari potest quod est omnium ultimum *Valer. Max. lib. 8.* Alia sententia potest corrigi, de vita transactum non patitur immutari, *Cassiod. lib. 7. var. 1.* Quo etiam Senecæ in Agamemnone monitum pertinet. *Da tempus ac spatium tibi, quadratio nequit forte sanabit mora,* sicuti de Theodosio, quod aliquando ab eo severe præcepta modicâ dilatione emollita sunt, refert *Aurel. viç.* qui videri potest.

160. *Neque Tiberius inserjectu temporis mitigabatur.* Ex more tyrannis uhitato, quorum potentia quo diuturnior ed crudelior. Initia illorum semper meliora sunt quam finis. Cum tempore crescit sævitia atque aut sæviunt ipsi vel sævientibus aliis vires præbent. Exempla Alexandri M. ap. *Curt. lib. 6.* Neronis apud Tac. Herodis ap. Joseph. & aliorum h. l. considerentur. Quæ causa late tradit *Forstn. ad lib. 6. Ann. Tac.*

161. *Luxus immensum prorupens, ad cuncta quæ pecunia prodigi-*

prodigitur. Quod de Roma Noſter. Idem experta eſt Germana
 Nam ex quo tempore bello ardere cepit mirum dictu quanto cu
 verit eluvies & jurgites prærupti, conviviorum & epulares tu
 umphi, uſusque abundantis ferici & textiles auſi ſint artes, & ci
 linarum ſolicitor cura & ambitioſa ornatarum domorum ſpat
Ammian, Marcell. 22. Quanta pernitie docet *Ariſt. Polit. 6.* *Fiun*
inquit, in Rep. mutationes, cum homines ſua conſumunt prodigi
viuentes; Hi enim tales res novas quærunr, & aut ipſi tyranici
 imminet aut ad eam alios vocant.

162. Quatuor præcipue circa luxus generæque coercitio
 nem prudenti Imperatori penſitanda eſſe ſcitè Tiberius h. l. de
 monſtrat 1. Expendendum, *An coerceri tam profuſe cupidines poſ*
ſint? Imperiti eſt magiſtratus ſtatim ad ferrum confugere, ne
 ante ſecum agitare, utrum etiam poſſit comprimi effrenis & adulu
 profuſionum licentia. Maxima in Rep. laniena futura ſemper eſt
 ſi illo non bene penſitato ſtatim ad pœnam Princeps progrediat. *ſi*
vitia in timore tracta difficulter ſanari mo coercitione, magis ac
cendi, Hiſtoriz teſtantur. 2. Deliberandum *num coercitio plus*
damni in Reip. ferret. Et hoc laudabile in Imperante, cui ſalus
 Reip. ſuprema lex eſſe debet. Sæpe incidimus in illa tempora, ubi
 conniventia magis quam ſeveritate proficitur. Ut in morbis nihil
 magis eſt periculofum immaturâ medicinâ, ſic intempſtiva ſuppli
 cioram irrogatione Reip. nihil pernicioſius. Præſtat tardè ad coer
 citionem progredi, quam Reip. majoribus turbis intricatam ci
 vili cruore madefieri. Nulli ad res novandas faciliores ac quibus
 obmetum ex flagitiis maxima peccandi neceſſitudo. Hi faces &
 tubæ turbaram ſunt, omnia movere volentes quam pœnam in
 currere. Hinc prudentis magiſtratus eſt, tempori cedere, ſive
 ut Politici vocant, temporizare, in quo velut centro omnis politici
 ea prudentia circum agitur. 3. *Quam indecorum arreſtare quod*
non obtinetur. Authoritatis inde deminutio eſt cum à Principe
 aliquid molitur, quod obtinere non poteſt. Quod præſtantiffi
 mum bonum cum ſervari ſemper interſit. Hoc unicum contra de
 generes cives tuendi remedium ut in tempore *omitantur potius*
prevalida & occulta vitia quam ut, quibus impar ſit offendatur ſi
 cui

cuti infra pluribus. 4. *Vel retentum ignominiam & infamiam virorum illustrium posceret.* Ergone propterea delicta manere debent impunita? Sic multi statuunt. At ego optimum consilium, si per Remp. licet, etiam cum dedecore illustrissimorum virorum delictis modum ponere. Nullus hic locus gratiæ aut personarum dignitati relinquitur, nec pœna quemquam excipere debet, sicut postea dicitur. Cæterum in novo Principatu aut etiam in jam firmato, cum ab illo delinquitur in cujus manu est exercitus, præstat omnino conniventibus oculis agere quam se & Remp. in casum incertum dare sicuti Davidem Joabum duplicis homicidii reum non quia probaret sed quia in nova possessione regni patienda omnia essent, impune dimittentem factitasse sacra pagina refert. Hoc Politici rationem status vocant, non aliter quam maximâ & inevitabili Reip. necessitate urgente, permittendum.

163. *Postremo literas ad Senatum composuit.* Callido ni faller consilio, tum ut liberius cum Senatu ageret & quid hoc casu sentiret exprimere posset tum ne *denotantiq; ora ac metum singulorum, qui pudendi luxus arguerentur ipse videret eos ac velut deprehenderet* quod nec sibi nec Reip. salutare putabat. Sæpe Noster literarum quas Tiberius ad Senatum scripsit, mentionem injicit, cujus occasione notandum duco, callido & prudenti consilio à Romanis Imperatoribus cautum fuisse ne quis ad Senatum aut exercitum scriberet præter Principem. Sic *No. st. lib. 5. Misems,* inquit, *Mutianus epistolas quæ materiam sermonibus præbuere, si privatus esset cur publica loqueretur, potuisse eadem paucos post dies loci sententia dici.* Non desunt Politici qui inter arcana Dominationis Regiæ referunt, prohibere, ne quis ad Senatum epistolam scribat. Quod magna vi ad res novas adversus Principem molientes polluisse ex historiis constat vid. *Clapm. 3. de arcan. Rerump. c. 5.*

164. *Nescio an suæ surus sum omittere potius prævalida & adulta vitia; quam hoc assequi quibus flagitiis impares essemus.* Impudentiæ arguuntur riger si illi magiltratus, qui prævalidis vitiiis, quibus ira ipsorum non sufficit, paululum connivere & coercendi commoditates expectare fastidiunt. Præstat quandoque flagitia inolita intacta dissimulare quam intempestivis remediis ad
Impe-

Imperantis & Reip. ruinam coercere. Prudentiæ magistri ob
 veteratam criminum potentiam pro Reip. commodis tacitum j
 stitium indicere solent præstantius rati justitiam quiescere aliqua
 do, quam perire, ubi sine graviore pernicie exerceri nequit. Ma
 cus Caro ap. *Liv. lib. 33. Hominem improbum non accusari tuti
 quam absolvi & luxuria non mota tolerabilior erit nunc ipsis vi
 culis; sicut sem irrimta deinde emissa sed modus & temporum he
 minumque discrimen hic adhibendum. Detestanda est conniver
 tia si ad effrenis atque ad omnia sceleris erumpentis licentiæ pro
 pugnaculum abuti cernimus. Quatenus Reip. salus & necessitas
 non efficta sed vera eam efflagitat, admittimus. Extra hunc casum
 valet quod Synomachus in epistola quadam scribit Tantum legi
 bus severitatis addendum est, quantum flagitia creverunt. Pru
 dentiæ singularis reputatur principis obstare & corrigere ea qua
 pœna nondum digna sunt sicuti prudenter monet *Dio. lib. 52.**

165. Iniquissima hæc bellorum non tantum sed omnium
 fere rerum est conditio ut *recte factorum quisque sibi gratiam tras
 bat unius invidia ab omnibus peccatur.* Quia enim regere mores
 & providere ut Reip. suum decus atque dignitas constet Princi
 pis officio incumbit, ideo ubicunque peccatur atque delinquitur
 omnes invidiæ calumniæque se subrahunt eamque in unum Prin
 cipem transferunt de quibus alibi pluribus.

166. *Promiscuas viris & feminis vestes.* Idem de Ger
 manis Nost. *infr. de morib. German. c. 17.* An improbandus ejus
 modi promiscuus habitus? Aliqui negant memorantes variarum
 gentium exempla quibus moris fuit ut viri & foeminae eodem habi
 tu uterentur. Neque aliquid moraliter turpe huic inesse, sed pro
 genio cujusque populi honestum & licitum judicant. Nos aliter
 sentimus damnaantes illorum sententiam, qui muliebrem habitum
 viro & virilem mulieri haud indecorum existimant. Severissima
 summi Jehovæ lex est *Deut. 22. v. 5. Nō inductur mulier veste virili,
 nec vir utetur veste femineæ. Abominabilis enim apud Deum est
 qui facit hæc.* Et quamvis non desint qui mystice hanc legem in
 terpretandam velint, quod non tam de veste ut verba habent Am
 brosi *epist. 15.* quam de moribus dixerit, hæc lex vel de usibus atque
 actibus,

actibus, quod alius virum alius foeminam deceat actus, dubium tamen non est quin ad ipsum etiam vestitum Deus respectum habuerit, tum ut unus sexus ab alio hac vestium nota discrimineretur, tum ne inhonestis actionibus, confusa vestium ratione patrari solitus via operiatur sicuti *Camerar. cent. 2. bor. subcis. 42.* late demonstrat.

167. Duo sunt quibus imperia comparantur, augentur conservantur. Milites & pecunia. Hæc nervus rerum gerendarum est suprema omnium domina & tutrix. Neque enim quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis neque stipendia sine tributis haberi queunt, *Tac. 4. Hist.* quæ ornamenta Pacis sunt & subsidia belli *Cic. in Orat. pro lege Manil.* Errat, qui citra ærarium Remp. consistere posse arbitratur. Nec immerito inter Politicos vapulat Machiavelus negans Imperii nervum esse pecuniam. Aliter censet *Demosth. Olymb. 2. Opus sunt Opes* inquit, *& sine iis nihil fiet quod opus.* Expediit imperanti cives habere opulentos. Hos ditaturo incumbit providere ne rebus suis male utantur. Hinc ad boni Principis officium inter alia spectat fortunam possidentium sumptuariis legibus coercere & in iis ubi excessus ad luxum proclivior certam figere metam. Nam cum luxus ægræ civitatis imo mox perituræ certum est inditium, ideo modum illis statueri, prudens Princeps nunquam emittet, sicuti prudenter *Caro* apud *Liv. lib. 34. Hist.* differit. Nec minus rei nummarie augendæ utile remedium, cavere ne *lapidum* aliarumque nullius momenti rerum *causa pecunia ad alias externas & hostiles gentes transferantur.* Admodum salubre consilium quo non solum exhauriendæ pecuniæ instrumentis obex ponitur, sed etiam domi conservare, ita eandem ad externos temere transferre nihil pernitiosius esse potest, augendo maxime consulitur. Laudatur antiqua Britannicæ & Gallicæ lex, qua plurium nummorum, quam ad vitæ vicium opus est exportatio severe interdicitur. Præcludendæ modus est, præcavere ne per conjugia peregrinis ad externos eliciantur facultates. Ex qua ratione aliquibus in locis statutum quod foemina nupta extra territorium neque ab intestato neque ex testamento succederet

cedere debeat Idque de jure validum esse, Communis Dd. opinio statuit *Bolognes. in l. fin. n. 103. C. de pass.* Utinam eadem lex in nostra Patria obtineret qua auro & argento exteris vendendo modus poneretur, ne alias provincias ulterius ditaret, se ingenti publici privatiq; commodi dispendio depauperaret.

168. Prudenter Tiberius differit, ne corporis quidem morbos veseres & diu auctos nisi per dura & aspera coerceas: correptus semel & corruptor ager & flagrans animus haud levioribus remediis restringendus est, quam libidinibus ardescit. Crescentibus ergo delictis & poenas crescere necessum est. Sed curioso opus hic temperamento, ne ex medicina clades aut laniena fiat, quemadmodum Germanicus plurimis cum lachrimis nimis sæveram animadversionem appellat *Tac. lib. 2.* Prudentis Principis est in tempore occurrere & nondum adultis vitiis dolore adhibito certam metam statuere. Sero medicina paratur. Parva scintilla neglecta sæpe magnum excitat incendium *Curt. 6. Hist. 11.* Atque omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum semper fit robustius & asperiores medicinam flagitat. Hinc optimum consilium flagitiis nondum prævalidis modum ponere quod prudens magistratus nunquam omittere debet.

169. Ut bene constitutæ Resp. certa nota constans & adstricta legum benelatarum observatio sic ægerrimæ & mox peritura certum indicium earundem temeraria violatio. Actum sane est ubi mores perduxere leges in potestatem suam æcæ miserè ad arietatem fixæ clavis ferreis *Plaut. in Trinum.* Nulla autem leum violatio turpior est ac maioris noxæ publicè privatiq; quam oblivione. & (quod flagitiosius est) refractario subditorum contemtu contingit, quem prohiberi ac severis coercionibus castigari magis ex salute & autoritate publicâ est, quam publice aisdam statuere. Præstat enim omittere quam pati ut oblivione contemtu aboleantur leges, quæ sine obsequio rigerose nihil tquam campanæ sine pistillo & projecti luxus publica securi-
Nam si velis quod nondum vetitum est, timeas ne veteri ac si bibita impune transcenderu neque metus ultra neque pudor est. dentis ergo magistratus est providere ne aut oblirentur aut contem-

contemnuntur quæ à se statuta sunt. Priori malo obviamitur, si aut tabulæ incisæ leges publicè affigantur sicuti Romæ, ubi leges ante repertam Calcographiam æneis incisæ tabulis & publicè affixas fuisse tradit *Thom. Dempst. in Paralip. ad cap. ult. an. iq. Rom. Rosin. c. ult.* aut quotannis populo à Magistratu prælegantur quemadmodum in aliquibus civitatibus & in hac mea patria, ubi à Consule dicente quotannis plebiscita, utinam cum majori audientium attentione, publicè è curia leguntur. Id quod *der Herren Baur* sprache ablefen vocant, observari meminimus. Alteri occurrunt severissimi in contemtores & contravenientes statutæ pœna. Neque enim alia ratione jure communi omnibus magistratibus secundum jus potestatis suæ concessum est jurisdictionem pœnali judicio defendere *L. ii. pr. ff. si quis jus dicit non obtemp.*

170. Duplex ex judicio Tiberii hic notatur causa quare apud majores nostros parsimonia polluit. 1. *Quia sibi quisque moderabatur*, & sine lege pro se quisque à luxu temperabat. Optimus Reip. status est ut nec præmiis nec pœnis opus est, sed unusquisque suo proprio ingenio flagitiis atque sceleribus abstinere & sponte honestatem colit. Iusto lex non est posita sed improbis & malevolis. 2. *Quia unum tribuunt cives erant.* Ergone peregrinos admittere & civitatem alio um populorum adjectione augere Reip. adversum? Ita plures statuunt Politici, quia semper metendum ne civium vitam malis moribus inficiant aut Reip. arcana pervertant. Utrumque Reip. perniciosum est. Hinc vetus natum est proverbium quod locusta segeti id civitati peregrinus. Eadem causa motus Lycurgus Spartanorum Rex in suis legibus vetuit aurum & argentum à Spartanis exerceri ut hac ratione peregrinis incitamenta merces ibi auferendi auferendo suos cives integros ab externorum morum colluvie conservaret *Plutarch. in Lyc.* Ita quoque *Arcadius & Honorius in l. Mercat. C. de commerc. & merc.* severe prohibuit Persicos mercatores promiscuas nundinas exercere in Imperio Romano ne cives suis malis moribus inficerent & arcana Imperii scrutarentur. Quo pertinet lex antiqua, Hospes numerum non ascendat. *Cic. 2. lib. de Orat.* Quid de his ego sentiam infra dicetur.



DISCUR-

DISCURSUS P

Ex Lib. III.

17

*Ubi refertur quod Italia a
per. quod vita populi Ro
pulum quotidie voluit
erum tempore belli est
erum ad civium alimen
tum, quam quæ sufficienti pro
re. et natura vel arte valli
tum coactus etiam muni
re expugnari potest. (C
tione defectu minus
lib. 35. Clausis annonæ
tionem adigi Histori
tatem redigi potuerunt
novimus. De Vesig
salubre imperio adje
monz vedigalia opu
te, posse Vitellii exercit
tionem adigi. Et alibi.
mandiam pergit, ut fra
cipia indigam fame pre
tem prædicat *Curt. 5.*
tem abundans nec alie
vel cum non omnis fert
et publicam quietem sp
temperat. Hanc curam
mentorum necessariu
re. Quæmissa funditus
in tempore subveniri
re habet remedium nisi a
tatem Tiberius, quod*

DISCURSUS POLITICUS XII.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

171.

Nemo refert quod Italia aliena op^{is} ad alimenta sua indiget, quod vita populi Romani per incerta maris & tempestatum quotidie volvitur. Miserrima illius Reip. praesertim tempore belli est conditio, cui non tantum annona, quantum ad civium alimenta necessarium suppetit: multo inferior, quam quae sufficienti praesidio militari destituitur. Quippe haec, si vel natura vel arte vallis & aggeribus munita validissimorum hostium conatus etiamnum eludere. Illa semper ab invadendis facile expugnari potest. Quilibet Remp. facile invadit, quam ob annonae defectum minus promptam ad defensionem inteligit *Liv. lib. 35.* Clausis annonae subsidiis etiam munitissimas civitates ad deditionem adigi Historia refert. Quae nec ulla vi nec fraude in potestatem redigi potuerunt has solam fame sine omni ferro expugnatas novimus. De Vespasiano Nostr. infra 3. *Hist. 48.* refert. Eum salubre imperio adjecisse Consilium, quando Aegyptus claustra annonae vestigalia opulentissimarum provinciarum obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ac deditionem adigi. Et alibi. *Eo*, inquit, *properantius Vespasianus Alexandriam pergit, ut fracto Vitellii exercitu urbem quoque externa opus indigam fame premeret.* Non sine ratione Satrapem felicem praedicat *Curt. 5. Hist. 2.* quod copia rerum & omnium comiteu abundans nec alieni auxilii ad alimenta, sua indigna fuit. Sed cum non omnis fert omnia rellus, ad officium Principis iuxta & publicam quietem spectat sollicita provisio, ne plebs annonae fatigaretur. *Hanc curam*, inquit, *l. Tiberius, sustinet Princeps* ut frumentum necessariumque comiteu civibus suis praeparat. *Qua omissa funditus Remp. irabes.* Reliquis enim casibus potest in tempore subventi, pabulatio & annona in necessitate non habent remedium nisi ante conduntur *Veget. 3. de re milit. 3.* Laudatur Tiberius, quod infocanditati terrarum, aut asperis

M m m

maris

maris obviamiverit, quantum impendio diligentiaque potuit. Inter alia remedia sterilitatis terrarum obviam eundæ, annuæque gravitatis impediendæ optimum est, permittere ut peregrini cum civium commodo alicubi negotientur, & frumentum aliaque edulia importent. Mandato item civibus injungere, ut quæ ad victum necessaria sunt solis civibus, non autem aliis vendant præsertim si annuæ caritas imminet *l. 2. ff. de nundin. Koppen decis. 59. n. 5. part. 1.* Quo pertinent quarundam civitatum statuta, quibus cavetur, ne quis eas prætervehere aut præternavigare debeat, sed merces ibidem venum exponere cogatur. Id quod inter Patriam meam Gryphiswaldiam aliasque Pomeraniæ civitates maritimas & cives vicinarum urbium non maritimarum, nobilesque ac rusticos sæpe controversiam dedisse memini.

172. Non tam externa legum coercitione, quam interiori animi modestia luxuriæ aliisque vitiis obviam iri prudenter h. l. monet Tiberius. Neque enim potest quispiam subito frangi, neque cujusquam repente vitâ mutari aut natura converti: Sed tempore opus est & patientia qua plures Principes vitia civium suorum facilius quam gravissimis & intempestivis remediis sustulisse Historia testis est. Triplex autem compescendæ luxuriæ remedium scite h. l. noratur 1. *Fudor* Principis alios exemplo suo corrumpendi. Hic optima est censura eaque perpetua. Nam cum omnes oculi in Principem fixi & in vitam ejus velut in speculum intuentes dicta simul & facta animadvertunt, inde cupiditas imitandi & obsequium de quibus infra pluribus. 2. *Necessitas* & inopia sumptuum. Hanc imponendo rebus quibus ad fastum & luxuriam cives maxime utuntur vectigal procurare Princeps nunquam omittet. Nam cum Reip. maximo interfit, ne cives opibus suis male utantur, sed ad Reip. utilitatem eas consorvent, expedit vectigali rebus quibus luxus instruitur imposito, cives à superbia malisque moribus arcere. 3. *Satietas*, quæ ut omnium rerum ita etiam luxuriæ: *Inest rebus cunctis quidam volut orbis, ut quemadmodum temporum vices ita & morum vertantur.* Optima hæc remedia à natura omnibus concessa, quibus vitia expelli & imminui publice privatimque magis expedit, quam intempestive urendo
secan-

secundo majorem perniciem incurrere vid. *Annib. Scat. ad b.*
 173. *Ut quisque opibus, domo paratu speciosus per nomen-
 clientelas illustrior habebatur.* Ergone divitiæ nobilitant aut illi
 strenquemquam reddere possunt? Ita ex veteribus multi & intelli-
 gerent eum divitem, nam si pauperior sit humilis erit: Ingens au-
 tem vis est divitiarum quas quis nactus est statim nobilis evadit: &
 in *Æolo*: Nobilitatis, inquit, mentionem amabo ne mihi feceris:
 Hoc enim in pecuniis situm est à qua sententia non procul abeunt
Bald. in c. super eo X. de testibus ubi eum satis esse nobilem qui dives
 est & *Barthol. nobiliores C. de commerc. & merc.* ubi tria nobili-
 tatis genera natalium sc. honorum, & divitiarum, asserit. Ve-
 rum quia divitiarum gloria fluxa & fragilis est *Salust. Casil.* sæpe e-
 tiam illicite acquiruntur & suapte natura vilis est, contrarium ap-
 probamus vid. *Tiraq. de nobil. c. 3. n. 13.* Hoc non inficior nobili-
 tatem eo magis inclarescere si divitiarum gloria accedit *Bon. de
 Cartil. in tr. de nobil. p. m. 6. Unde Curt. in tr. de Nobil. And. &
 ex eo Knichen in tr. de Saxon. non prov. jur. c. 3. n. 228.* *Quemad-
 modum*, inquit, *fides sine operibus est mortua ita nobilitas sine di-
 vitis*: Utrum consuetudine vel statuto effici potest, ut in publici
 muneris administratione nobilis dives præferatur pauperi ambi-
 gue disceptatur? Sed quia paupertas homines facit contemtbiles
 & suspectos, ac semper metuendum ne manus rebus alienis inji-
 ciant. Egentissimo enim omnia cum pretio honesta esse solent *Sal-
 lust. Jugurth.* ideo divites pauperibus communiter præferendos
 esse asserere non vereor Considerentur h. l. exempla Romanorum
Liv. lib. 1. Indorum *Plin. lib. 6. c. 19.* Carthaginensium *Arist. 3.
 Polit. 9.* & aliorum qui ex centu & divitiis magistratus æstimarunt
 nec cuiquam, nisi cui mediocres fuerunt divitiæ, magistratus &
 honores deferre voluerunt vid. *Tiraq. d. l.*

174. *Postquam cadibus sevitum & magnitudo fama, exi-
 tio erit.* Id frequens sub Tyrannis sæpe ostendimus, quibus boni
 quam mali suspectiores sunt, semperq; his virtus aliena formidulo-
 sa est *Salust. Casil.* Displicent Dominantibus etiam liberorū civi-
 lia ingenia, metuuntque ac premunt viros fortes ne quid libertatis
 causa

causa audeant, sapientes ne quid artificiose moliantur, justos, ne plebs eos sibi præesse cupiat *Xenophon. in Hieron.* nec quenquam in aula sua gratum cernere possunt nisi ad humilia depressum. Bene an male anxie inter Politicos disquiritur? *Aristot. 3. Pol. 9.* ex eo hoc vel probare vel saltem excusare videtur, quod ejusmodi magnitudo famæ bono publico inimica, ad res novandas commoda videtur dum metus sit ne mobile vulgus rerum novarum cupidum summam rerum ad eum deferat, vel ipse excellens imperium arripiat. Quam ob causam etiam *Plato 3. de Rep.* apud cives suos nimium & sine exemplo virum diutius commorari non patitur. Et Veneti si *Jovio lib. 1. Hist.* fides habenda, neminem temere ex optimatibus, qui vel insigni virtute vel spiritu in gerendis rebus cæteris antecellit, nimio plus crescere vel collecta gratia potentem aut clarum fieri patiuntur. Idem apud Turcas frequens esse late *Camer. 1. hor. subcis. 87.* demonstrat. Hinc tollere inter dominationis arcana. Nobilitas opes omitti gestique honores pro crimine & ob virtutes certissimum est exitium. Quod licet plurimi, uti jam dictum est, defendant, ego tamen nunquam excusandum puto. Sed, quia incertus metus ad mortem cujusquam sufficere non debet, mitioribus remediis cavere quam occidere justius censeo.

175. *Ceteri ad sapientiam convertere.* Ut stultus nimiumque præceps merito censetur, qui transire contendit ubi alium cecidisse conspexit & vehementer infrenis, cui non incutitur timor alio pereunte: Ita vere sapiens & felix judicatur, qui ex aliorum periculis sui rebus consulere novit. Discat quisquis vult esse Politicus ex alieno periculo sapere, & quæ casus obtulerit in sapientiam convertere sicuti infra pluribus.

176. Inter causas mutationis, quare luxus mensæ nullis ferè remediis restinguendus Romæ paulatim exolevit, præcipuam, Exemplum Principis fuisse Nost. h. l. asserit. *Præcipuus*, inquit, *adstricti moris autor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victus, obsequium inde in Principem & emulandi amor validior quam pœna ex legibus & metus.* Atque ita semper recte faciendo Princeps suos facere docet *Vellej. Paterc. lib. 2. Hist.* Nam cum juxta *Claudii S. Conf.*

dit S. Cont. iudicium. Totus componitur Orbis, Regis ad exemplum, nec sic inflexere sensus Humanos edicta valent quam vita regentis, ut facilius sit naturam rerum errare quam ut Principes dissimilem sui Remp. formare possint *Cassiod. 3. Varr. Epist. 12.* Ideo virtutes concipiunt non solum ipsi Principes sed eas infundunt in civitatem neque profunt solum quod ipsi non corrumpuntur. Sed etiam quod non corrumpunt, plusque ex emplo quam imperio proficiunt. Perinde ut in corpore humano omnis tum prospera tum adversa valetudo à capite pendet, quo sano reliqua membra omnia florent vigentque, dolente vero ipso nihil est quod præstari ab ulla corporis parte usquam laude dignum possit. Ita totum Reip. corpus à suo capite Principe salutem & perniciem accipit. Talis est conditio Principis, ut quicquid facit præcipere videatur *Nos. 4. Ann.* unde prudenter *Plato 4. de legib.* Nemo, inquit, nobis persuadeat ulla ratione citius aut facilius civitatem moresque immutari quam Principum exemplo præeunte, neque aliter nunc esse nec in posterum unquam futurum. Prudentis ergo bonique magistratus est curioso studio in id eniti ut recte faciendæ omnes virtutum suarum æmulos facere possit.

177. *Tiberius potestatem Tribunitiæm Druso petebat, Prudenti ni fallor consilio quo per callidissimum Imperatorem edocentur.* Principes plura munimenta ac subsidia aulæ comparare & successor ne in incerto sit præcavere. Ita aliorum prava spes cobibentur & Princeps pluribus munimentis insistit. An semper utile ambigue disputatur? Ego puto non aliter quam si modestiæ successoris & suæ magnitudini fidere Princeps possit sicuti supra lib. 1. ostensum est.

178. *Cum incolumi Germanico integrum inter duos iudicium tenuisset.* Prudenter sane. Præstat si duo vel plures sunt quibus eadem ad Imperium spes, neutrum vocare quam nominando unum & hunc & seipsum in casum incertum dare. Semper periculum est ne postpositi contumelia accendat & ad res novas movendas, imperitos animos impellant sicuti Galbæ accidit, qui Pisonem nominando non ante remoto Othone hunc adversus se & Pisonem animavit & accendit. Nec ulla res alia Corrhoi & Medaræ.

Medarsæ occasio interitus fuit, quam quod Corrhoes temerè rejecto Syre Medarsæ imperium tradidit. Igitur periculum hoc præcavere cupientibus necessaria cautio est, ut æquali jure gaudentes in pari fructu haud dispari ordine dignentur. Id cum sæpe fieri, non possit melius est, neutri tribuere, quam parti uni invidia & odii causam præbere. Sicuti Alexander M. interrogatus quem hæredem faceret imperii, consultius duxit dignissimo tribuere & æmulationis ignem inter amicos accendere, quam unum nominando cæteris odii materiam præbere. Laudatur Ptolomæus quod dum filium minorem præ cæteris amaret primam reliquorum spem clanculum fregit postea vero populo persuasit ut suffragarentur minori. Unde factum ut populi non minor favor fuerit in accipiendo quam Regis in tradendo *Justin. lib. 24. Hist.* Non desunt qui pro arcana dominationis habent ne mento heredis fiat vivo adhuc Principe. Cui tamen non aliter ad stipulor, quam si salva Principis & Reip. tranquillitate id fieri non possit vid. *Clapm. 3. de arcan. Rer. 10.*

179. *Nunc Deum munere summum Pontificem etiam summum hominem esse.* An ergo imperium civile & sacrum in una persona consistere possint anxie inter Pontificios & Nostrates discutitur. Pontificii summo Imperatori sive majestati civili jus rerum sacrarum competere negant, atque omnem potestatem circa sacra suo Pontifici tribuere, eique Monarchiam sacram ascribere non verentur. Neque tamen in fidem grandis illius paradoxi de Romani Pontificis Monarchia sacra aliud proponi potest & solet, præter illa ad Apostolum Petrum: *Tibi dabo claves regni cælorum: Supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & pascere oves meas.* Quibus verbis non perspicue majestas quædam sacra Romano Pontifici tribuitur. Neque vero hic diserte est sermo de potestate aliqua regia sacrarum, nec mentio ulla sit Pontificis Romani. Et licet concedamus Papam Romanum in jura Petri succedere, & hæc omnia soli Petro seorsim esse demandata, supra petram tamen ædificare Ecclesiam, non est concedere primatum & dominationem, dare claves regni cælorum, non est dare jurisdictionem in omnes totius orbis Ecclesias. Neque pascere per se significat

scat habere imperium idque supremum & illimitatum. Tantum ergo abest, ut Pontifici summam circa sacra potestatem tribuamus, ut potius eandem penitus ipsi adimendam & soli majestati civili concedendam omnium gentium jura suadere videamus. Hinc Cicero: Omnino, inquit, apud Veteres qui rerum portiebantur idem auguria tenebant. Ut enim sapere sic divinare regale ducunt & *Virgil. Rex Æneas* Rex idem hominum Phœbique Sacerdos. De Judæorum Rep. scribit Justinus: Post Moſen, ait, ejus filius Arvas Sacerdos sacris Egyptiis mox Rex creatur semperque exinde hic mos apud Judæos fuit, ut eosdem & Reges & Sacerdotes haberent. Sic etiam in Rep. Romana jus hoc penes alios, quam Reges Imperatores fuisse non reperio. Pontificis tantum jus fuit sacra administrare & scire quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecuniæ rogaretur *Liv. lib. 1.* Ejectis regibus penes Senatum fuisse itidem ex *Liv. lib. 14.* apparet. Mutata vero Rep. ut omnia ita etiam ius reum sacrarum in se tranſtulisse Augustum ut Deum munere summus Pontifex summus hominum factus fuerit. Servius Maluginensis flamen Dialis hoc loco notat. Idem postea translatum ad Christianos Imperatores. Unde optimus scriptor *Socrates pref. lib. 5. Hist. Eccles.* scribit. Ex quo Christianissimum profiteri ceperant Imperatores res Ecclesiæ ab ipsis pependunt. Ut mirum omnino videtur hodie à Christianis Regibus tantum Pontifici tribui, ut serè superiorem quam ipsi habent circa sacra potestatem concedere non verentur, sicuti alibi prolixè docebimus.

130. *Recitata & Drusi epistola, quanquam ad modestiam flexa pro superbissimis accipiuntur.* Ita semper sub Imperii primordiis, ubi nihil prius aut antiquius favore hominum querere debet Princeps, magis expedit videri popularem quam à conspectu hominum se subducere. Cum enim novum & autantem ad huc Principem adire moris fere sit, & omni populo adversus hunc semper insit aliquid querulum conciliandæ authoritati & benevolentie optimum remedium non solum animis sed etiam oculis civium servire: Quæ præstantissima bona cum parare novo Principi semper interfit, hoc unicum contra suspicaces civium animos

cuon-

tuendi remedium, omnia quæ tristitiæ aut arrogantiae suspectum facere possunt, exuere. Pulchre hac de re Plutarchus in *Comment. ad Princip. c. 2.* Qui mentem non habent Reges & Principes imperitos imitantur statuarios, qui existimant Colossos suos magnos & venustos futuros, si tibiis quam maxime diductis & inflatos & hiantes fecerint. Si isti gravitate vocis & morum asperitate & infociabili quadam vita dignitatem & maiestatem imperantium exprimeret se censent. Nec minus prudenter Trajanus aulicis sub Imperatorem quod familiaris esset carpentibus respondit. *Talem se Imperatorem privatis esse, qualem sibi Imperatorem privatus vellet Eutrop. lib. 8. epit. Hist. Rom.* Verum temperamento curioso hic opus est. Nam ut omne nimium vertitur in vitium, sic continuus aspectus minus verendos magnos homines ipsa satietate facit *Liv. lib. 35. c. 10.* Autoritatis inde diminutio est, cum Princeps omnibus obvius sit & omni tempore, præsertim cum vilia tractantur. Non desunt Politici qui firmato Imperio Principi utile censent ut humili & trita consuetudine quam maxime remotus sit *Val. Maxim. lib. 2. c. 6.* Rationem reddit Plutarchus in Pericle. Comitas enim facile fastum omnem atterit & in familiari consuetudine ægrè custodias illud opinionis de te Augustum *Lips. 2. Polit. 16.* Ufque adeo periculosum est à cætu populari se subducere quam nimium se vulgare, ut à nemine conspici arrogans & inhumanum ita ab omnibus vile. Utrumque auctoritatem & amorem diminuit. Is solus evadit qui medium inter deformem facilitatem & arrogantem severitatem iter pergere novit sicuti alibi pluribus dicemus.

181. *Sed Tiberius vim principatus sibi firmans imaginem antiquitatis Senatui præbebat.* Id generale arcanum, novi status est, imago antiqui, quo mirus simulandi artifex Tiberius sæpe usus est, ut memoriam pristinae libertatis tristem aliquo palpo solaretur. An semper probandum? Non puto aliter quam si

conversio status applausum mereret sicuti ad

lib. 1. sæpe diximus.



DISCUR-

DISCURSUS POLITICUS XIII.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

182.
C Robrescebat enim Græcæ per urbes, atque impunitas
 asyla statuendi. Hæc erant loca in quibus homines
 Divino Numine vel Principum majestate ab externa vi
 defendebantur Hippol. de collip. de incr. urb. c. 18. Neque
 alicuiquam majestati & cui hæc illud concessit, ejusmodi asyla statu-
 endi jus erat, adeo ut civitates autoritate privata jus illud sibi u-
 surpantes, crimen læsæ majestatis incurrerent & gravissimis pœ-
 nis coercerentur. Coras Miscell. lib. ult. c. 26. Pro duplici autem
 locorum respectu duplex asylorum genus est. Alia sunt locorum
 sacrorum veluti Templorum sive Ecclesiarum, quibus jus hoc
 Cadmo primum concessum fuisse, Historiæ referunt. Nam Cad-
 mum dum Thebas conderet ferunt illud primum instituisse scribit.
 Covarruv. var. resol. lib. 2. c. 20. n. 2. Hujus exemplum postea se-
 cutus est Romulus, ut quam citissime urbem à se conditam civibus
 repletam ampliareque, sacrum quendam locum inter Collem &
 Capitolium aperuit, ad quem quisque confugiens ab omni pœna
 tutus esset Liv. lib. 1. successu deinde temporis Christiani Impera-
 tores idem jus Ecclesiis locisque Deo consecratis tribuerunt; &
 ad crimen læsæ majestatis pertinere voluerunt, si quis ad sacras
 Ecclesias confugiens invitos abduceret, sicuti inter alia & san-
 ctissima Honorii & Theodosii in l. 2. C. de crim. sacril. § l. 2. C.
 de his qui ad Eccles. confugiunt. constitutione apparet. De Go-
 this refert Olaus Magnus lib. 23. Hist. Goth. c. 21. & 22. illos ea pie-
 tate fuisse ut nullos omnino violarent qui securitatem à templis Deb-
 dicatis invocarent. Prophanorum autem locorum Asyla erant apud
 Judæos, quibus Deus jussit separari urbes refugii, tam si-
 lici Israel quam advenis & peregrinis, ut confugeret ad eas qui ho-
 stis sanguinem fudisset Num. 35. v. 10. Dent. 19. v. 2. Quod ad sta-
 tuas Imperatorum Regumque domos postea translatum fuisse ex
 Historia constat. Neque tamen omnibus ad templa arasque con-
 fugien-

fugientibus promiscue immunitas conceditur, sed illis demum qui non ex præresi sed casu fortuito ac præter suam culpam deliquerunt reliquis aſyla minime profunt. Nec enim mereri poteſt beneficium legis qui contra eam delinquit *c. ſin. de immun. Eccleſ. Rapiatur ab altari & digno ſupplicio ſubjiciatur ſc. l. 20. p. 14.* ſicuti Joab *ſc. l. 20. p. 14.* ſicuti eſt iſta pagina. De *n. ſc. l. 20. p. 14.* ſcribit Dio in Aug. quod nulli Deo unquam tribuerunt ut criminis cauſa ad aram eius confugere liceret, & poſtquam religione ad receptacula & irritamenta malefactorum quædam civitates abuti cœperunt, juſtis magiſtratum & ſanctorum Patrum decretis prava illa licentia temperari cœpit. Sicuti Noſt. hic & alibi paſſim demonſtrat. Triplex autem hominum genus aſylorum ſubſidio indignum prudenter N. h. l. judicat. Fruſtra receptantur *1. Peſſimi ſervitorum* qui ob delictum Dominos metuentes eo confugiunt. Olim Domino jus vitæ & necis in ſervos ſuos erat, ut pro lubitu eos occidere ſicuti cætera animalia liceret. Quod cum inhumanum videbatur, ſervo Domini ſui crudelitatem eſugere & in templum ſe recipere permittebatur, ex quibus nemo illos extrahere poterat, niſi criminis læſæ majeſtatis reus accuſari vellet. Sed cum ſervi patrocinio hoc poſtea nimium abuterentur, ſaluberriſimo conſilio conſtitutum, ut non niſi innocentes admitterentur & reliqui veluti legis beneficio indigni non modo ad aras & templa Deorum confugere prohiberentur, ſed etiam ſi de facto eo confuſiſſent impune abſtraherentur debitisque ſuppliciis coererentur. *2. Obæſi.* Hi ad triplicem Claſſem non inepte rediguntur. Alios casus fortuitus ſeu vis major ſine vitio ad æs alienum & inopiam perducit. Alios ſuum vitium & maligna verſatio, Alios ſine hac culpa quædam. Prioribus advertum Creditores merito ſuccurritur nec ad templa arasque Deorum confugentibus tutum ibi præſidium omni fere gentium jure injuſte conceditur. Medii ut commiſeratione nulla digni, ita nec ſubſidio aſylorum, quò miſeri debitores contra juris rigorem ſublevantur gaudere debent. Nam cum publice privatimque expedit delicta non remanere impunita. *l. ſi. ff. ad L. Aquil.* præſertim ad commercia ſocietatis humanæ conſervanda neceſſarium eſt fidem violatam & ſub

& sub hoc injuriam illatam acerbe vindicari, non potest, sine la-
be Religionis Reip. & singulorum perturbatione ejusmodi oba-
ratis & in fraudem Creditorum ad templa arasque malitiosè con-
fugientibus asyllum concedi. Hinc apud omnes gentes non solum
à locis sacris impune eos abstrahere debitoribus licuisse sed etiam
gravissima poena quamvis non eadem fraudationem coerceri mo-
ris fuisse legimus. Ultimos, quamvis in contrahendo aere alieno
aliquid culpæ conferre videntur, cū tamen exsolvere non queant,
calamitas temporum efficit non tantū mereri poenam, ut humani-
tatis debitis excidant communi omniū legibus consonæ sententiæ
convenit. Hinc nec hos impune extrahere licet nisi sua culpa po-
tius quam sortuito casu non solvendo redditi appareant. 3. *Suspe-*
Ex capitalium criminum. Neque enim nocentibus sed affectis in-
juria sacrorum locorum immunitas datur de quibus late vid. ap.
Heig. lib. 2. quest. 24 n. 47. seq. Arumn. de jur. publ. vol. 2. disp.
9. lb. 246. & alios.

183. *Igitur placitum ut mitterent civitates jura & Legatos.*
Jure an injuria? Prius affirmamus. Non est ab executione incho-
andum l. 1. *C. de exec. rei jud.* Nec ad ferrum statim fugiendum.
Multa culpa & errore, plura impetu & temeritate sine animo ma-
lo sunt quæ festinanti gladio prosequi non oportet. Unde nec
mandata sine clausula regulariter ipso jure valent, impune con-
temnuntur. *Geil. 1. Obs. 13. n. 1. & 2.* Dantur tamen casus, in qui-
bus sine citatione & causæ cognitione ius dicitur & exsequitur, ve-
luti, si factum omni jure prohibitum nec ullo modo justificari po-
test, 2. Quoties periculum est in mora, ut in novi operis nuntia-
tione, in qua actum contra absentem gestum etiam sine citatione
valere communis est Dd. sententia 3. Cum timor annorum subest,
vel de publica Imperii tranquillitate conservanda agitur & 4. si
damnum irreparabile alicui inferitur de quibus late agit *Geil. lib. 1.*
obs. 13. & infra de pignor. passim.

184. *Et quedam quod falso usurpaverant sponte omiserunt.* Nec
imprudenter. Nam cum sponte culpam emendantibus aut tantum
confitentibus semper mitius agunt jura quam cum coactis ac præ-
fracte negantibus c. non dicitur 12. quest. 1. ibi *Si hoc ultro confite-*
mur parò

tur parcitur illi & oretur pro illo. Si autem deprehenditur atque convincitur secundum arbitrium Presbyteri vel Præpositi gravius emendetur Heig. part. 2. quæst. 32. n. 33. Suffragium justæ pœnitentiæ hos absolvit l. 19. pr. ff. ad L. Cornel. de fals. etiam si timore probationum delictum confiteri videantur Bermz. lib. 2. conf. 505. n. 29. Id moris Romanis fuit ut ad sanitatem seductas mentes potius incitarent, quam ut laqueo, igne, ferro emendationem prævenirent. Hinc Æquis Liv. lib. 3. Hist. & Ætolis id. lib. 39. si possiderent tutum receptum ad expertam clementiam polliciti sunt Romani prudentis ergo est agnoscendo ac de precando culpam sibi querere gratiam quam malitiose negando aut contumaciter crimini insistendo majus periculum accelerare.

185. Magna ejus diei species fuit quo Senatus majorum beneficia, factorum pacta Regum etiam qui ante vim Romanam vultuerant, decreta introspectit, libero quid firmaret mutaretve. An ergo beneficia & prærogativas quas subditi à Principe promeruerunt, revocare aut mutare libero successoris arbitrio relinquitur? Multis ita placet & usui assiduum, etsi non semper aperte paulatim tamen & recte infringere subditis concessa à majoribus privilegia. Idque ex stricta juris ratione, quam nemo ad alterius facta præstanda aut servanda adstringitur, liberum sibi censent Bodin. de Rep. 7. Sed displicet. Adversum id justitiæ non modo sed etiam utilitati ipsius Principis, cui antecessoris fidem fallere non minus indecoram quam propriam. Amoris & benevolentia inde deminutio est cum concessa subditis privilegia aut negliguntur aut mutantur. Quæ præstantissima bona cum servari maxime inter sit, optimum conservandi remedium est, ut ab antecessoribus indulta privilegia non solum confirmentur sed nova etiam insuper addantur. Pro suo igitur bono Princeps nunquam revocabit aut mutabit quæ ab antecessoribus ipsius semel legitime sunt concessa. Neque hic admittimus discrimen inter regnum electivum & hæreditarium. Nam quamvis fortasse de hoc minus dubii est, cum hæres teneatur factum illius præstare cuius hæreditatem agnovit, & cum quo una eademque persona reputatur Reink. de regim. secul. lib. 1. class. 3. c. 10. n. 8. seqq. De illo tamen idem dicendum, cum ejusmodi actus qui ad officium

officium Principis & dignitatem Reip. spectant, inter quos etiam privilegiorum concessio refer. ur, omnino à successoribus servandos neque unquam absque justa causa revocandos esse docet *Reinking. d. c. 10. n. 22.* Accedit quod Princeps qua talis quid agens non tam ipse, quam per illum ipsum imperium vel Resp. agere videtur *Trent. 1. disp. 6. sb. 7. lit. B.* illique actus censentur ac si ipsa Resp. fecisset cum in ejus arbitrio sit se obligare vel per se vel per alium *Grot. de jur. Bell. & Pac. lib. 2. c. 14. n. 10.* adeoque durante Rep. durat illa obligatio, nec à Principe revocari debet, licet ipse se non obligaverit. Idem obtinet etiam si successor antecessorem vi & armis à regno expellit, quo casu nihilominus actus officii aut Reip. ratione celebratos præstare tenetur *Carpz. ad L. Reg. c. 3. n. 3.* Prudens & Politicorum monitum, Ut quisque reperit Resp. ita finat servetque, nisi suo facto se convertat. Sunt tamen casus, quibus à Prædecessoribus concessa privilegia non solum mutare sed penitus adimere successoribus permittitur. Nimirum quando vel subditi privilegia abutendo se ipsos illis indignos reddunt *L. 2. C. de priv. Schol. Nov. 8. c. 13.* aut Reip. non ficta sed vera necessitas vel utilitas revocationem exigit, cui liberalitate sua ne ex plenitudine quidem potestatis præjudicare Principem posse communis est *Dd. opinio.*

186. *Sincera adhuc inter matrem filiumque concordia sive oculis odii* quibus utin mundo ita præsertim, ejus teatro aula nihil est frequentius: Vera sentiet qui aulas noverit aut consideraverit, quarum præstantissima ars fucatis amicitiis tectisque odiis aliorum saluti insidari. O quam tæpe benevoli animi signa per simulacra circumferuntur. Ut nihil frequentius in aulis Principum quam donis, muneribus, legationibus, ceremoniis nova regna natos liberos gratulari & adversis condolare, etiam cum occultis similitudinibus dissident. Sed an nunquam ejusmodi tecta odia excutari possunt? Ita censemus si cum amicis nobis res est, quos nulla raude decipere nisi forte ad eorum salutem sed fidem sanctissime colore, Christiana charitas exigit. Sed adversus hostes quamdiu ostes sunt, sinceram concordiam fingere tectisque odiis simul insidari jure gentium permittitur. Dolus enim an vis quis in

hoste requirat. Imo sæpe ipsa honestas, sæpius necessitas, sæpissime salus imperii exigunt defendunt occultis inimicitii decipere quos sine tui & imperii salute apertis odiis prosequi non potes. Sed curi hoc opus est temperamento ne improba mens nefas adjiciat sicuti alibi pluribus dictum est.

187. Is Tyrannorum mos est ut tantum suo honori detractum putent, quantum aliorum nobilitatis splendori adjicitur. Igitur nihil ipsis antiquius quam nobiles viros opprimere & delere aut si hoc commode fieri non potest *gravi & dissimulatam offensione* illorum innocentiam insidiari. Suspicientes sunt illorum animi nec quenquam superiorem aut æqualem pati possunt. Usque adeo ut Matrum aliarumque ar&ssimarum necessitudinum fastidium pro diminutione suæ Principalis potestatis sive ut Nost. h. l. *inferius sua majestate* accipiant. Hinc nullas simultates graviores quam inter illos videmus. Quas neque amicorum intercessionibus neque alia ratione sanari posse, donec ferro res definiatur, innumera docent exempla. Ita de Regine Matris Maris Mediceæ cum Ludovico Rege dissidiis tradi Guiciard. illa tanta fuisse ut graviora excogitari non possint, quibus etiam tota Gallia absorpta fuisset, nisi in tempore fuissent composita. Sic Nero in matrisque necem duravit de quo late vid. ap. *Cam. bor. sub. cent. 1. c. 92.*

188. *Hoc præcipuum manus annalium exequi sententias infignes per honestum aut notabili dedecore ne virtutes fiteantur utque gravia dicta factiq; ex posteritate & infamia metus sit.* Omnis te exempli documenta in illustri posita intueri licet, ut inde tibi tuæque Reip. quod imitare capias inde scædum inceptu scædumque exitu quod vites *Lin. lib. 1. præfat.* Damnant hoc studium multi. Nos utile & laudabile per veterum historias ire censemus. Ibi enim reperies sine labore quæ alii cum labore collegerunt: Atque illinc hauries & bonorum virtutes & improborum vitia, vitæ humanæ varias mutationes & rerum in ea conversiones. Et ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas & bonorum præmia quorum illa fugias ne in divinæ justitiæ manus incidas, hæc amplecteris ut præmiis quæ ea comitantur potiarius *Basil. in libell. quæ κεφάλαια τῶν βυζαντινῶν inscripsit c. 16* De Alexandro M. scribit *Curs.*

Curt. Supplem. l. c. 4. quod Homeris Iliada tanti fecit, ut repe-
inter Damascenam prædam materiæ curæque exquisitissimæ se-
nio & disquirentibus amicis cuiusque usui convenientissime æstin-
retur, ipse, *Homero* quem præcipuum virtutis incitamentum
veluti morum suorum magistrum habuit, respondit, dedical-
mus. Zenoni Stoico Deos consulenti, qua ratione beatam vita-
optime institueret responsum ab Apolline si concolor fieret morti
contulisse fertur. *Suidas.*

189. *Scilicet etiam illorum, qui libertatem publicam noll-
tam projecta servientium patientia sadebat.* Norent Aulici. Apo-
plerosque magnates naturali quasi aulæ genio solitum libertatē me-
tuere, nimiam adulationem odisse. Moribus corruptis ubi sentiri
quæ velis & quæ sentis dicere non licet perinde anceps est adula-
tio, si nimia & si nulla, sicuti supra aliquoties ostensum est.

190. *Quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis, qua-
tarda cum securitate, præmatum, vel cum exitio properat.* Di-
scant hic aulici à Brutidio artibus honestis copioso & si rectum iter
peraperet ad clarissima quæque ituro, quam necessaria sit cui-
libet altissima cupienti patientia. Plures dum æquales dein super-
iores postremo suammet ipsi spes anteire paraverunt messem in-
herba succidisse amplissimam, & ab ipsa fortuna desertos esse Hi-
storia testis est. Ita festinationē nimiam semper ad præclara adspi-
rantibus obesse compertum est. Prudentiæ singularis resque ma-
gnas tentanti utile reputatur adhibita in consilium ratione nullis
affectibus corrupta aut præjudiciis occupata omnia momenta con-
siderare, & vires accurate nosse, ne errorem committat qui sera &
inutili poenitentia emendari non potest de quibus late vid. ap. *Di-
dac. Saped. symb. Polis. 34. p. 254.*

191. *Es ne quis necessariorum invidet periclitantem majestati cri-
mina subdebantur, vinculum & necessitas silendi.* Id Tyrannidis & licentio-
se potentiz, cui nemo obloqui audeat arcaum esse, supra ostensum est, Scili-
cet quia eadem poena statuitur in illos qui pro Majestatis læsæ Reus interveni-
unt eosque defendere tentant, quam quæ in ipsos delinquentes l. 5. ad ff. l. c.
Int. majest. sig. de crim. les. maj. Rubric. de rar. & plur. quast. 9. Ideo Ty-
ranni semper ne ab aliis defensi innocentes perisse videri possint ut suspectos
eo facilius è medio tollere queant majestatis crimina interjiciunt; Sed an non
pater sibi aut consanguineus consanguineum defendens excusatur? Aliqui
consan-

consanguinei defensores mitiori poena afficiendum statunt, quam qui pro ignoto & extraneo intervenit. l. 2. ff. de receptat. ubi dicitur Eos apud quos affinis vel cognatus latro conservatus est neque absolvendos neque severe admodum puniendos. Non enim par est eorum delictum & eorum qui nihil ad se pertinentes recipiunt, tum ob naturalen affectum & sanguinis iura, quae nullo adverso casu immutari possunt. *l. jura sanguinis ff. de R. I. Geil. de PP. lib. 2. c. 10. n. 19.* quam sententiam ut æquiores etiam nos approbare non dubitamus.

192. Prudenter monet Cornelius Dolabella *ne quis vita probrosus & operis infamia provinciam sortiretur.* Neque enim quos scelus & vitæ turpitudine inquinat, quosque infamia ab honestorum cœtu segregat provinciarum portæ patere debent. *l. 2. C. de dignit.* Unde Cicero *pro Ant. Cluent. scd. 109.* ut cæteri, inquit, turpi iudicio notati in perpetuum omni honore ac dignitate privantur, sic hominibus ignominiosis aut infamia operis neque ad honores aditus neque ad curiam reditus est. An idem de illegitime natis? Non puto ejus impediendam esse dignitatem qui nihil admisit. *l. 26. ff. de pen.* Nam quod quis nascatur spurius non est ejus culpa qui nascitur, sed qui generat, quocirca si quis propria virtute decoretur, non parentum suorum dedecorare debet opprobriis: imo nescio, quomodo illa non magis resplendent qui natus ex parentibus à virtutibus profusus alienis, ipse tamen fuerit de virtute nitibilis. *c. 4. & 5. distict. 56.* Hinc multos, qui licet illegitime nata fuissent, propriis tamen virtutibus maculam nativitatis absterferunt, ac summi pontificis culmen pervenisse Historia docet. Verum cum ex communi quadam omnium fere gentium opinione levi macula notati videntur prudenter etiam circa horum electionem Princeps se gerere debet. Verum enim quod Theodoricus Rex apud *Cassiod. 4. Epist. 3.* inquit. Præcipuum indictum non magni Principis ignominiosum administrari, ex quorum macula crescit infamia Dominorum. Nec minus egregie Agrippa ad Augustum ait. Si Remp. non magni pretii hominibus committas statim & nobilium ac strenuorum iram in te provocabis ob contemptam eorum fidem & maximis in rebus damna patieris. *vid. late Cassiod. lib. 52.* Quocirca non minus Reip. quam ipsi Principi expediret malis famosisque nullam existimationis suæ partem committere meliusque officiis & administrationibus non peccaturos præficere quam damnare cum peccarunt.

Tacit. agric. 19.



DISCHR.

DISCURSUS POLITICUS XIV.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

N^{193.} *Am delicta à legibus puniri, quanto fore mitius in ipsi melius in socios, provideri ne peccaretur.* Prudenti san-
 consilio. Præstat intacta jura servare quam post causa
 vulneratam remedium quærere *l. 5. C. in quib. caus. r*
fit. in integr. necess. non est. Vitia si provideantur facile aliquo ri-
 medio præcaveri possunt, aut si cunctaretur nulla opportuna ci-
 ratione sanari possunt. Perinde ac hæctica febris ubi primum
 liquem in ita facilis est curatu sed cognitu difficilis, progressu ver-
 temporis non percepta nec curata ut facilis esse cognoscitur at u-
 quis eam sanet per difficilem. Sic in Imperii rebus si in posterum
 quam longissime prospiciantur (quod non nisi prudenti viro con-
 ceditur) quæ in eo suboriuntur incommoda illis expedita patebit
 curatio, verum ea non comprehensa si crescere permittantur que
 omnibus perspecta pateant nullus amplius est illis medendi locus
Machiav. in princip. l. 3. Optimum ergo remedium est principii
 non solum obitare sed omnem insuper occasionem peccandi præ-
 scindere & delicta omnibus modis præcavere de quibus alibi plu-
 ribus.

^{194.} *Sed non ex rumore statuendum.* Malum est rumor qui
 eundo vires acquirit, & mendaciis ac conjecturis eorum ad quos
 pervenit incrementum solet. Hinc fraude inimicorum falsa vulgan-
 tium de innocentissimo quoque suborire & emanare posse experi-
 entia testis *Quintil. lib. 5. Orat. inst. c. 4.* Prudenter Imperator
 Julianus Delphidio Oratori Ecquis Cæsar nocens esse poterit us-
 quam si negare suffecerit exclamanti respondit, Ecquis innocens
 esse poterit si accusasse sufficiat. *Ammian. Marcell.* Aliud Tyran-
 norum est consilium qui claros quosdam & egregios pace bello-
 que viros suspitione minima inauditos condemnant sicuti de
Galba Sueton. & Alexandro M. Curt. lib. 3. Hist. refert. Aliter
 Imperat. Honorius & Theodosius statuunt in *l. ult. C. de accusat.*

Ooo

Ubi

Ubi inter alia rescribat, ut quicumque in discrimen capitis accersitur non statim reus qui accusare poterit existimetur, ne subjectam innocentiam feriamus. Imprudentis ergo & immanissimi ingenii nota est ex sola fama, quæ plerumque fallax falsa & mendax esse solet, sine ullo crimine & accusatore & indice ad vim dominationis aliquem condemnare sicuti de Nerone Nost. infr. scribit.

195. Duplex hominum genus in capiendis dignitatibus ex Judicio Tiberii notatur. Alii *excitantur ad meliora magnitudine rerum, hebescant alij*. Duobus contrariis exemplis demonstrat Id. Nost. infr. Vespasianus omnium ætate Principum melius mutatus. Sed Galba major privato vifus dum privatus fuit & omnium consensu capax Imperii, nisi imperasset Tacit. 1. Hist. 49. Qui ex his meliores? Cleon. apud Thucydidem lib. 3. Hist. Hebetiores plerumque melius Rem. administrare quam acutiores censet, quia nihil Reip. perniciosius quam novandi studium quo irrequieta & acuta ingenia magis quam gerendis rebus delectari scribit. Curt. lib. 4. Hist. Hinc natum illud vulgi magnum animum semper esse anxium. Neque enim quicquam quietis aut gaudii sibi permittit nec rebus communibus acquiescit, sed semper ad ulteriora & meliora intentus. Inde nihil nisi turbas & seditiones animo agitat, quibus Resp. non solum concutitur sed penitus evertitur. Aliter statuit Machiavell. in Princip. c. 23. dum Principem hebetem ac judicio destitutum ut ut aliena prudentia instruat vix unquam feliciter regnare demonstrat. Nec minus sapienter Cornineus 2. Comment. 6. Bello, peste cæterisque indignantis Dei flagellis pejorem esse imperitum regnandi Principem statuit. Quod sacrarum etiam literarum auctoritas comprobare videtur, dum infelicem populum pronunciat cujus Rex puer. est Ecclesiast. 10. Quid in tanta rerum varietate statuendum? Ego ut nimis acutos aut hebetes damno, sic mediocres Reipublicæ utiles honesco. Laudabilis Romanorum prudentia cum in deferendis honoribus diversa ingenia jungere soliti sint. Ita Claudio Neroni Consuli viro strenuo sed in hostem nimis effuso addiderunt collegam Livium Salinatorem rerum usu superiorem & ad audendum frigidiorum de quibus infra.

196. Neque:

196. *Neque Principem posse sua scientia cuncta complecti.*

Non enim humanæ sapientiæ opus est perspicere ingeniorum similitudines & discrimina priusquam ab animorum motibus in magna flagitia erumpentibus deteguntur. Urforum Catuli aliarumque bestiarum statim suam ostendant indolem nulla re velatam aut oblitam. Humanum autem ingenium sæpe occultatis vitiis bona imitatur, ut aut omnino tandem eluat innatam vitii maculam, aut versutia tanquam exivio quodam tectum longo tempore delitelcat & nos fallat. Ut ingenia humana accurate discernere divinitatis magis quam humanitatis res esse non immerito videatur.

197. *Neque expedire ut aliena ambitione turbatur Princeps.* Nam cum paucis iudicium aut Reip. amor multi occultas spe prout quisque amicus vel Clientis hunc vel illum ambitiosis rumotibus deserunt. Non expedit bono publico. Principem duci opinionibus aliorum, qui forte per ambitionem de hoc vel illo falsum testimonium perhibituri sunt. Vix unquam firmum est ul-lum consilium si à vulgi opinione dependet. Principibus summum rerum iudicium Dii dedere subditis obsequii gloria relicta sicuti Nost. 4. *Annal.* scribit ubi de his plura addam.

198. *Ideo leges in facta confirmari quia futura in incerto sunt, sic à majoribus institutum, ut si anteissent delicta pena sequerentur.* Sicut ante morbos necesse est cognitos esse quam remedia eorum, sic cupiditates prius nate sunt quam leges, quæ iis modum facerent *Liv. 33. Hist.* Usu probatum est leges egregias apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic Oratorum licentia Cirtiam rogationem, Candidatorum ambitus. Julias leges, magistratuum avaritia Calpurniæ Scita pepererunt. Nam culpa quam poena tempore prior, emendari quam peccare posterius est *Tacit. 15. Ann. 20.* atilo aliter videtur statuere *Senec. 7. de clem. 16.* Nemo, inquit, rudens punit, quia peccatum est sed ne peccetur. Revocari enim præterita non possunt: futura prohibentur. Idem alibi ne mini quidem nocebimus quia peccavit, sed ne peccet nec unquam ad præteritum sed ad futurum poena referetur, non enim iratur, sed cavet. Verum hæc intelligenda sunt non de causa pro-tarctica, de qua jam diximus sed de poenarum fine, qui in eo pos-timum

tissimū consistit, ut alii exemplo deterreantur. *l. 6. §. pen. l. 28. §. 15. ff. de pen.* Atq; pœna unius metus sit multorum *l. 3. C. Theodosi, ad L. Jul. repet. Tac. 14. Ann. 48.* Ubi Patus Thrasea, esse pœnas legibus constitutas differit, quibus sine iudicum sævitia & temporum infamia supplicia decernerentur. Quo pertinet prudens illud Senecæ effatum. Hic semper in animadversione servabit, ut sciat alterum adhiberi ut emendet malos alterum ut tollat *1. de Ira* ulr. & Illud Quintiliani dictum. Omnis pœna non tam ad delictum pertinet quam ad exemplum. Neque tamen propterea minus verum est quod Leo Imperator in proœm: *Novellarum* ait. Malis moribus optimas natas esse leges, neque pœnas prius fuisse cognitās, quam nascerentur delicta. Nam cum ex Senecæ *1. de ira* iudicio omne pœnæ genus remedii loco adhibetur, ideo ut corporis morbi sic animi vitia ante medicamenta esse debent sicuti supra ostensum est.

199. *Nes verterent sapienter reperta & semper placita.* Prudenti & utili consilio. Quod *Valer. Max. lib. 2. Hist.* itidem censuit cum dixit. Eos homines tutissime agere qui minimis quoq; in rebus omnia antiquæ consuetudinis momenta servare student. Nam cum ex *Taciti 14. Annal. 43.* sententia super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum & quæ convertuntur in deterius mutantur, publice privatimque expedit non temere immutare quæ ab initio prudenter instituta & diuturno usu comprobata sunt. Quod moris est serva. Ut quisque reperit *Remp.* ita finat servetque nisi suo facto se convertat. Quod juvatur tutius quam ut procuretur. Magni faciunt subditi sibi servari consuetudines & veterum placita *l. 4. §. 5. ff. de offic. pro cons.* quam periculosum sit *Reip. faciem & instituta* mutare qui ignorat ante pericula discat, ex *Bodin lib. 4. de Rep. 3. per tot.* ubi hac de re admodum polite differit.

200. *Vere Tiberius satū onerum principibus satū etiam potentia.* Pauci credunt quanta bellua sit Imperium sed experiendo discunt. Egregie Saturninus apud *Vopiscum* ad amicos Imperium deferentes differit. Nescitis amici quid mali sit imperare, gladii & tela nostris cervicibus impendent: Imminent *hæc undique undi.*

undique spicula, ipsi castodes timentur ipsi Comites formidantur: Non cibus pro voluptate, non iter pro autoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio: Adde quod omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex est quispiam? Inhabilis videtur. Sin minus inest furor. Probe hoc ille perspectum habuit qui ultro sibi à nescio quo oblatam coronam humi deposuit his verbis. Tollat qui te non noverit. Usque adeo gravissimi Principis sunt labores ut Marcus Antonius Imperator dicere solitus sit. Regnum grandissimam esse molestiam sicuti monstrat prolixè *Savedra Symb. Polit. 20.*

201. Præclare, licet non pro more suo Tiberius: *Non utendum imperio ubi legibus agi possit.* Nec enim auctoritatis & benevolentia apud Subditos diminuendæ efficacius remedium quam si continuo ad vim imperii decurritur, ubi secundum jura negotia dirimi possunt. Quæ duo præstantissima bona cum servari semper interfit curioso studio laboret Princeps ut per vim atque potentiam non videatur agere, quod legum auxilio efficere possit. Errant qui Imperium vi, quod sit stabilius putant quam quod lenitate & clementia. Firmissimum longe imperium est quo obædientes gaudent *Liv. lib. 8. Hist.* nec ulla potestas tuta nisi benevolentia munita. Egregie Cyrus suum Cambysem docet apud *Xenophont. lib. 8. Cyropæd.* Cambyse, inquit, quod & te non latet, non est hoc aureum sceptrum quod regnum servet sed amici multi sceptrum sunt firmissimum maxime quo securum. Verum ne putes homines naturali natura fides, omnibus enim iidem fidi apparent, quemadmodum alia quæ natura gignuntur omnibus apparent eadem sed fidos oportet unusquisque faciat quorum comparatio nullo modo fit vi & potentia. Quies Reip. & Imperantis autoritas nititur constanti & astricta legum observatione unde Principis est cavere ne juris ac legum potestas nullo modo minuat. Nunquam ergo vim adhibere legibus agere aut cum lenitate persuadere possis. Aliud Tyrannorum consilium quo tantum potentia suæ adjectum putant, tantum legibus detrahitur. Igitur nihil ipsis antiquius quam legis supprimere eorumque munia, in se trahere ex consilio Thrali Periandro, ut legum auxilia vi ambitu perturbaret suadentis *rod. lib. 5. Hist.* quo utuntur Turcæ *Anger. Busbeq. epist. Turc.*

202. *Atque ille prudens moderandi.* Est hoc laudabile in imperante pro occasionum varietate affectus moderari & tempori cedere nosse. In hoc, veluti centro omnis politica prudentia circummagitur. Istuc est sapere, qui ubicunque opus sit animum possis flectere *Terent.* Qui naturales animi impetus aut frangere aut dissimulare nequit eundemque semper in agendo tenet modum: is omnibus facile ostendit, quo consiliis suis collimet. Contra principiam politicam regulam, quæ vel ideo variare agendi rationem suadet, ne mens Principis omnibus imoretur. In isto compendium omnis prudentiæ consistere Politici censent, sensus suos penitus abdere, ut quo inclinatur sit nemo intelligere possit. Neque enim periculo vacat, si naturam & affectus Principis alii penetrant. Multa secus cadunt, quod qui perficere debent magnæ cogitationis nimis manifesti sunt *Tacit. 15. Ann. 54.*

203. *Si propria ira non impelleretur.* Indignum Principe malum ad Imperium adjungere acorbitatem. Est indecorum est noxium ultra quam decet irasci. Lancinat animum ira & instar lentæ fabriculæ torret, odia subditorum in immensum cumulat, nec quicquam recte aut considerate facere sinit. Quam in potestate habere oportet eum qui magnis rebus intentus est, ne dum illi indulget, has evertat. Generosæ mentis reputant Politici, offensas proprias in personam non dignitatē admittas minime vindicare, sed eas vultu tegere & dissimulare. Sic *Garcias Pirefige* de Vergas nobili cuidam exprobranti sibi quod scuto undulato cōtra ac familiæ isti liceret uteretur prudenter ad rēpus offensam dissimulans tandem respondit. Non absque causa tu quidem hoc scutum nostræ adjudicasti familiæ qui illud tantis obiicimus periculis tibi vero præ aliis deberi quis neget, qui tanto studio illæsum illud servas? *Mar. Hist. Hisp. lib. 13. c. 7.* Ita semper in summis potestatibus & imperiis exulare debet ira nisi qui regno conducit, quam quæ prudentia lenit. de quibus prolixè vid. ap. *Forstn. in not. ad lib. 11. Ann. c. 8.*

204. *Darent Junia familia & viro quondam ordinis ejusdem ut Cysteram potius concederet.* Ergone nobilitas generis & familiæ splendor justa minuendi poenam causa? Ita quidem statuere vi-

revideretur Jctus in *l. Paulus §. 1. ff. de incend. ruin. mansr.* Et omnino, inquit, *ut in cateris ita in hujusmodi casu, ex personarum conditione & rerum qualitate diligenter parva sint assequenda.* Sed aliter sentit *Arist. 5. Eth. 4.* Nihil refert, probus ne vir malum an malus probum suo privarit, neque probusne an improbus repetundarum commiserit sed ad solam nocenti differentiam lex spectat, perindeque personis utitur ac si æquales sint si ille injuria afficiat hic afficiatur, hic lædat ille lædatur. Hactenus Aristoteles. Cui convenit quod Pontifex in *capitulo cum quidem X. de jurej.* ait. Tanto gravius judicandum quanto majori præeminenti dignitate & eorum exemplo facilius alii poterunt ad similia provocari Quid ergo in tanta varietate statuendum? Ego puto nobilitatem generis aut familiarum splendorem delinquenti in poenis arbitrariis quidem aliquam remissionem aut mitigationem tribuere, non vero in poenis à jure vel statuto determinatis. In his enim valet quod dici solet, ubi de simplici justitia quaeritur non sunt curanda personarum merita *Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 15. n. 20.*

205. Effigies Imperatorum apud Romanos adeo sanctæ erant, qui eas minus quam aliorum colisset majestatis lætæ reus fieret *l. 5. & 6. ff. ad L. Jul. majest.* Nec apud Athenienses aliasque gentes contemptum illarum leve crimen fuisse ex *Diod. Sic. lib. 13. & Thucyd. lib. 6.* constat. De Alcibiade *Thucyd. lib. 6.* Aspergebatur, inquit, infamia quod imaginum capita detruncasse & in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas erat more Atheniensium idque non ad religionem sed ad conjurationem pertinere arbitrat. Intentatum hoc crimen Marcello, quod statua ipsius altius quam Cæsaris sita esset. Jure an injuria? Prius affirmo, si in injuriam Imperatoris fiat. Perinde honori detrahit, qui honoris signa injuriose scædat. Quid de Lucio Ennio equite an conflando effigiem Cæsaris hoc crimen incurrit? Attejus Capito Jctus quod effigiem Principis ad promiscuos usus vertisset Ennum inter Reos majestatis recipiendum censet Jctus vero Scævola & Modestinus inter imagines reprobatas & consecratas distinguunt, quoad illas puto discrimen esse an injuriandi animo an vero sine eo conflata fuerint per *l. pennul. & ult. C. de stat.*

206. Ut.

206. Ut nulla civitas est quæ non improbos aliquos cives & imperitam multitudinem habet *Liv. lib. 4. 5. Hist.* Ita nec ulla aula quæ non adulatores & parasitos alit. Multi impii & infideles regnoparici sunt boni *Cic. off. 3.* Plurimi adolando, blandiando, laudando artibus quasi honestis incautos Principes decipere laborant. Neque plures ipsa vis quam adulatio in ruinam impulit. Frequens hoc in Rep. malum & semper magnæ fortunæ comes *Vellej. Patere. lib. 2.* In altissimam etiam Cedrum sese insinuat & corrosa sensim ejus medulla, eam denique humi ilernit. Damnum est quod non nisi ipsa ruina se prodit Prius effectus illius incurrit in oculos, quam ejusdem causa. Interdum inter ipsa severitatis viscera, quæ libertatis est amica & contraria Principi, serviliter se abdit assentatio. Ita fecit Alcejus Capito quando Tiberii pro Luc. Ennio argenteam Tiberii statuam destruente ut varia suppellectilia inde effingeret intercessionem palam quasi per libertatem atpernatus est hoc modo. *Non enim, inquit debere eripi patribus vim statuendi neque tantum malefictum impune habendum sane lentus in suo dolore esset, Reip. injurias ne largiretur.* Ita in aulis Principum semper tub stellato Zeli pallio, quo seditiosos suos fines contegit prodit se assentatio. Sed quodnam illi præmium? *Capito insignior infamia fuit, quod humani divinique juris sciens egregium publicum & bonas domi artes de honesta visset.* Notent Aulici; Apud plerosque magnates naturali quasi aulæ genio solitum libertatem metuere adulationem odisse. Moribus corruptis perinde anceps est adulatio si nimia & si nulla sicuti supra ostensum est.

207. *Intellexit hæc Tiberius, ut erant magis quam ut dicebantur.* Necessarium non minus quam utile semper Principi nosse aulicorum suorum mores. Hanc maximam Principis virtutem judicat *Mart. lib. 8. Epigr. 15.* ut suorum habeat accuratam noticiam Quorum ignorantione sæpe multum peccatur. Dum multi ministros suos tam integros quam audiunt, credunt decipiuntur & in rerum omnium discrimen perveniunt de quibus infra pluribus,



DISCUR-

DISCURSUS POLITICUS XV.

Ex Lib. III. Annal. Tacit.

208.

Intercessit deinde Religio, quoniam in templo iuvantem se
 num quod pro Augusta valetudine equites Romani venerant
 Fortuna equestri. Ut apud plerasque gentes sic etiam apud
 Romanos magnus honos habitus fuit fortunæ. Unde *Plin. lib.*
2. c. 7. Toto, inquit, mundo & locis omnibus omnibusq; horis o-
 mnibusq; vocibus fortuna sola invocatur, sola laudatur sola nomina-
 tur. Huic omnia feruntur accepta & in tota ratione mortalium sola
 utramque paginam facit. Hinc per multa et antiqua & splendida
 omnis fere generis honoribus posita fuisse templa *Plutarch.* me-
 morat. Inter quæ præcipuum erat quod Equestri fortunæ vove-
 rat *Q. Fulvius Flaccus* eoque studio fecerat ut nullum Romæ am-
 plius aut magnificentius templum esset. Hinc *Junonis Lacinie*
 ædem ad partem Simidiam detegit ut Fortunæ Equestri dicatam
 ædem ornaret regulis illis quæ erant marmoreæ. *Liv. lib. 42.* Ut
 mirum omnino videatur quod *Nost. h. l.* dicit, *nam es si delubra e-*
ju Dea multa in urbe nullum tamen tali cognomenso erat. Sed an
 ferenda ejusmodi vota. Hoc excusatius fecere Ethnici qui fortu-
 nam non modo sed mortales etiam fortunatos pro Diis coluere &
 defunctos in numerum Deorum retulere. Sed Sacrilegium est
 Christianis & impium reservata cœlestis Imperatoris in certam &
 volubilem sortem vulgare. Neque enim religio aut veneratio ulla
 nisi nōius Dei tenenda est. *Lactant. lib. 1. Inst. c. 29.*

209. Ad officium Principis juxta & publicam utilitatem spe-
 rat sollicita provisio, ne publica ædificia tam sacra quam profana
 vestitate labantur & civitas ruinis deformetur. Inter alia reme-
 dia ruinæ operum publicorum impediendæ lectum est, quo utitur
 Senatus Romanus qui *Lepido petenti ut basilicam Pauli. Emilia*
monumenta propria pecunia firmaret concessit, & *Augustum* qui
non arguerat Taurum Philippum Balbum hostiles exurias aut ex-
andantiæ opes ornatum ad urbis est posterum gloriam conferre.

Ppp

Non

Non modo ad refectiorem & ornatum operum publicorum cives volentes admittere licet *l. 5. C. de operib. publ.* Sed etiam nolentes cogere *l. 12. C. d. t.* certumque tributum iisdem imponere quo reficiantur. *l. 7. C. de oper. publ. ibique Peretz. n. 10.* licet iniustum sit & iniquum. Neque enim iniquo & injusto tributo ruinam & deformitatem Reip. præcavere Principes prohibetur. Quod si ~~republici aut cives~~ neque ad refectiorem operum publicorum quicquam conferre possunt ex publico aut de suo reficere debent Principes. Sic Arcadio & Honorio Imp. tertiam partem de re-ditibus fundorum Reip. ad reparationem illorum impendere placuit *l. 11. C. de oper. publ. l. 3. C. de divers. prad. urb.* Tiberius Pompei theatrum igne fortuito haustum exstructurum pollicitus est eo quod nemo e familia restaurando sufficeret. Atque hæc munificentiæ Imperatorum melior omnino est tributum impositione, quæ cives alienos sæpe reddit & rebelles.

210. Ut æmini operi publico publicis pecuniis perfecto nomen suum inscribere, ita nec effigiem suam apud illud sine mentione Imperatoris locare cuiquam permittitur. Ad eodẽ severe apud Romanos prohibita est nominis inscriptio ut inconsulto Imperatore facta majestas læsa putaretur *l. 10. C. de operib. publ.* An idem in operibus propriis opibus restauratis? Non puto, modo non ex necessitate sed liberalitate restauratio fit *l. 4. in fin. ff. de administr. rerum ad civ. pertim.* Hinc in *l. ult. §. 1. ff. de oper. publ.* Opus publicum alterius Privati sumptu factum marmoribus exornant, aut fortuito collapsum ad utilitatem populi reficienti manentibus prioribus titulis, titulam quoque nominis proprii adjicere & effigiem locare permittitur. Ita Tiberius manente nomine Pompei Sejano quoque cuius æquam labore vigilantiæque tanta vis ignis unum intra damnum fessisset; effigiem apud Theatrum Pompei locandam h. l. censet. Prudenti non minus quam utili consilio. Nam cum Reip. interest cives habere locupletes nec ædes ruinosas *Arnisf. Polit. c. 15.* Non potest non interesse Principis præmiis in incendiis avertendis utilem operam dantibus, constitutis operibus publicis conservandis operam navare.

211. Nam Tiberius hic arrogantiæ venerat ut Legatos ad Tiberiam

Tiberium mitteret. Contra jus gentium quo prædones & desertores non utuntur legationis jure *Hug. Grot. de jur. Bell. & Pacis lib. 2. c. 18. §. 2.* Olim quidem ubi latrocinari & prædas agere in externos nullo bello indicto pro licito habebatur, inter hostem & prædonem nullum erat discrimen, sed eadem omnibus nomina, idem jus erat. Quo pertinent illa apud Homerum an prædones estis? Amica vox cujus & *Thucydides lib. 43.* meminit. At postquam jure gentium, certa bellorum forma præscribi cœpit, non idem nomen aut jus omnibus mansit, sed magna inter prædonem & hostem differentia esse cœpit. Ille hostis est ait *Cicero Philip. 5.* qui habet Remp. curiam, ærarium, consensum & concordiam civium & rationem aliquam si res ita tulerit pacis & fœderis. Prædones vero criminis causa lociantur, unde turba hominum non lege congregata sed injulitiz in unum coacta *Procopio.* in Vandalic, non immerito dicitur. Hinc nullo quo hostes, utuntur jure sicuti *Grot. in suspendo illo de jur. B. & P. opere* demonstrat.

212. Prudenter utut haud æquè justè: Tacfarinas sedem utro sibi atque exercitui sua postulat aut bellum inexplicabile ministratur. Omnia prius experiri verbis quam armis sapientem decet *Terenent. in Eunuch.* Multum enim anceps & dubius est belli exitus, nec in ejusdem potestate finis in cujus erat Principium. Multa ex eo mala, plurima etiam in innocentes sequi solent. Quis ergo dubitat homini convenientius esse prius verborum experimentum facere quàm statim ad arma proficere. Non ante ad res veniendum est, quam tentata sit verborum via *Dionys. Halicarnass.* Sapienter Rex Theodoricus apud *Cassiod. 3. Var. 1.* Tunc utile solum est ad arma concurrere cum locum apud adversarios non possunt invenire erba. *Mardonius apud Herod. polym. 2.* Græcos culpatur hac in arte, quos oportuit cum ejusdem essent linguæ Caduceatorum & egatorum opera non præliis controversias tractare. Laudatur yrus apud *Xenoph. lib. 2. Hist.* Quod in Regionem Armeniorum perveniens, antequam noceret cuipiam, misit ad Regem qui bitum ex fœdere tributum & milites exigent, humanus id estimans, quam si ultra duceret nihil prædicens. Atque hæc belli

belli vitandi ratio non infrequens Romanis melior omnino est violenta & subitanea invasione quæ innocentibus nullum cautionis spatium relinquit sed noxios innoxiosque pariter sub communione mali trahit.

213. *Ceteros quidem ad spem proliceret arma sine noxa ponendi; Id optimū ad officia turbantes reducendi remedium veniæ spem aut innocentæ opinionem aliquibus relinquere quo ipsius Ducis quoquo modo potiantur.* Multum prodesse compertum est, si ex prædonibus ac fœderatis aliquos ad apostasiam flectere licet. Callidis principibus hoc remedium tentare non insuetum. Sed an venia earatione promissa servanda? Dubitat Seneca 1. de clem. 2. ubi monet. *Non tamen, inquit, vulgo ignoscere decet. Nam ubi discrimen inter malos bonosque sublatum est confusio sequitur & vitiorum eruptio. Itaque adhibenda est clementia moderatio, qua sanabilia ingenia à deploratis discernere sciat* perinde ac iudex promissione impunitatis à Reo veritatem illiciens gratiam promissam servare non tenetur, nec potest *Vent. Valent. in partib. litig. lib. 1. c. 14. n. 25.* Verum aliter statuit *H. Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 19. n. 6.* Fidem prædonibus ac desertoribus non minus quam legitimo hosti datam servare juri gentium convenientissimum esse existimans. Vere enim Xenoph. orat. de Agesil. *Tanta tamque præclara res est in omnibus quidem sed præcipue in Ducibus, religionis & fidei observantes esse atque haberi. Grave est fidem etiam prædoni datam fallere. Melius non promittere quam promissa non servare.* vide late *H. Grot. d. l.*

214. Imperatoris vox cæpit in Rep. libera Romanorum. Quando enim movebatur bellum, Dux per electionem creabatur, & ut omnia feliciter præcederent augurio. Hic cogebatur absolvere bellum ejusque Imperio omnia tribuebantur, quia augurio lectus atque à Deo quasi approbatus erat. Neque tamen prius Imperator dicebatur; quam si decem millia, hostium prostravisset. Tunc enim ei acclamabatur ab exercitu quod esset Imperator & inde confirmabatur à Senatu quod esset Imperator lauræaque in fasciis & literis usurpabat. De quo more insignis hic apud Nest, locus. *Sed Tiberius id Blaso quoque tribuit ut Imperator à*

tor à legionibus saluaretur, praelio erga Duces honore, qui bene gesta Rep. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur e-rantque plures simul Imperatores n. e. super ceterorum aequali-tem, concessit quibusdam & Augustus id vocabulum, ac tunc Ti-berius Blasio postremum. Idem scribit Cicero. Neque vero, ait, solum, si ipsi sed si Legati & Quæstres res quibus imperium commisissent rem bene se absente gessissent, eodem hoc etiam ho-noris adipiscebantur, ut ex Legatorum Quæstorumque secundo praelio Imperatores appellarentur. Verum postea mutato Rep. statu Imperatoris nomen non nisi summo Principi tribui cœ-pit, factumque est perpetuum quod ad nostra quoque tem-pora pervenit.

215. Duplex aulicorum genus esse duobus contrariis exem-plis Nostr. h. l. proponit: *Labeo incorrupta libertate & ob id fama celebrator: Capitonis obsequium, dominantibus magno pro-batur.* Sed quis ex his melior? Uterque meretur laudem. Pri-mus si libertatem ita temperat, ut magis à Principe permissa quam vindicata videatur *Curr. 3. Hist.* Postremus quando obse-quiium non servile nimis aut deforme est. Sub Tyrannis clavis vitis suam claritatem obsequiis protegendam esse supra ostentum est, sed ita ne in fœdas adulationes prolabantur. Medium iter inter abruptam contumaciam & deforme obsequium commendat infra 4. *Ann. 20.* ubi de his plura dicam.

216. Ut injuria majori commendationi, sic honor sæpe in-vidiæ & hinc odium locum facit. Duo contraria exempla h. l. asse-runtur. *Labeoni quod præturam intra stans, commendatio ex in-juria. Capitoni, quod consulatum adeptus est odium ex invidia oriebatur.* Ita semper egregiis faciunibus negatus honor gloriam intendit indigno collatus invidiam gignit. De *Ælio Lamina Nostr. 6. Ann. 26.* scribit Non permissam provinciam ei dignatio-nem addidisse & de *Cassio* atque *Bruto* in fin. h. l. tradit. Præful-gebant *Cassius* atque *Brutus* eo ipso quod effigies eorum non vi-sebantur de quibus ad lib. 6. dicetur.

207. Cum

217. *Cum ferme cunctos Proceres cum honore nominavisset in testamento Casarem omisit quod civiliter acceptum.* Prudenti & utili consilio. Neque enim l. Imperatorem litis causa hæredem instituire neque institutum hæreditatem adire permittitur §. *ult. inf. quib. mod. testam. infirm. l. 16. ff. de hered. inst.* Tum quia hoc invidiosum Principi tum ut calumniandi facultas ex principali majestate vitetur *l. 21. final. C. ne fisc. vel resp.*

218. Ultimo loco notamus superbam Romanorum circa funera & exequias clarorum virorum Pompam *viginti clarissimarum familiarum imagines funus Junia anelatae sunt. Manlij Quintij aliaque ejusdem Nobilitatis nomina.* Quibus similes fuisse Galli de quibus *Cesar. de bell. Gall. lib. 6. Funera, inquit, sunt pro cultu Gallorum magnifica & sumptuosa, omniaque que vivis cordi fuisse arbitrantur in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam servi & clientes quos ab iis dilectos esse constabat justis confectis funeribus una cremabantur.* Quorum errorem sine dubio facile quisque cognoscit. Nos ut funerum ambitionem non laudamus, ita nec omnem apparatus detestamur. Pie non minusquam verè Augustin. *1. de civit. Dei 12.* *Pompa funebri, agmina exequiarum sumptuosa diligentia sepulturæ vivorum sunt, qualiacunque solatia, non adjutoria mortuorum.* Prudens Magistratus qui cives locupletes habere vult sumptibus funebribus modum præscribere & legibus coercere nunquam omitteret de quibus alibi pluribus,

FINIS Libr. III. Annal.



